

36
12-E
11



MAR. TVL. CI

ceronis de Oratore ad Quintū fratrem libri tres: vna cum Omniboni Leoniceni viri clarissimi Cōmentarijs. De Perfecto oratore. Topica. Oratoriae partitiōes. De Claris oratoribus: qui & Brutus dicitur. De Optimo genere oratorum. De Petitione cōsulatus Quīti fratris ad eundem Ciceronē. Item orationes: Aeschinis in Ctesiphōtē: & Demosthenis in Aeschinē: Leonardo Aretino interprete. In quibus omnibus additae sunt graecae dictiones: q̄ multis in locis deerant. Insuper Index copiosissimus omniū vocabulorum in margine positorum secundum ordinem Alphabeti nuper editus: & nunquam alias impressus.



Lucii Pauli Rhoselli: Ad Lucium Franciscum Tomacellum Carmen.

Tu me sæpe soles: Luci Francisce: rogare:
  Vt limem excellens hoc Ciceronis opus.
Desine: quod petis: est nostro sudore peractum
  Quod petis: absoluit cura: laborq; meus.
Reddidimus libro lumen: propriumq; nitorem:
  Sublatis mendis: quis maculatus erat.
Non tamen inficior melius potuisse libellum
  Censeri: uerum mi uoluisse fat est.
At tibi si noscam nostros placuisse labores:
  Atq; aliis: fiet: ut meliora parem.

CLARISSIMI & eloquentissimi Rhetoris Oiboni Leoniceni Oratio de laudibus eloquentię feliciter incipit.

QVANTVM admirationis habeat eloquētia Vincētini ciues: uel ex hoc intelligi pōt: q̄ ita di
ues: ita copiosa est: ut quoties de uirtutibus eius dicēdum fuerit: tāetsi res difficillima sit: nunq̄
tñ sibi ipsa deficiat. Hoc primo: hoc tertio egimus anno: hoc idem beneiuuante Deo in præ
sentiaꝝ agemus. Nā nec ignari sīus huc pcessimus: ut eloquentiā laudemus: laudatam diliga
mus: dilectā cōsequi studeamus. Igit̄ considerāti mihi de laudibus eloquētiæ: duæ solēt ipsius
laudandæ rōnes occurrere: q̄rū una de meritis eius ducit̄: altera de sua ipsius natura sumitur.
Et nunc quidē priorē tantūmodo: & eā ipsam q̄breuissime fieri poterit, expediā: q̄q̄ id uix fieri posse arbitror.
Quis eni rem tantā paucis absoluet: q̄ bene de rebus humanis merita fuerit? Qua sola consistit quicqd in re-
rum natura: totoq̄ mundo laudabile uersatur: quippe cuius adminiculis oīa nitunt̄: fouentur: illustrātur. Ha-
bet igit̄ laudis & gloriæ plusq̄ ab ullo fingi: aut excogitari pōt: q̄ res oēs sustentat: q̄ in lucē deducit: q̄ in tene
bris eas iacere non patitur. Nā si eloquentiā tollas: nil tā excellens, qd non aliq̄n deficiat: tā magnificū, qd non
funditus pereat: tā spectādum, qd non interea sordescat: tā egregiū, qd nō sensim intereat: tā pclarū qd nō con
tinuo abolescat: ergo nulla Persarum mētio fieret: nulla Macedonū: tetrica Sparte: & ingeniosæ silerent Athe
næ. Et ne singula percenseā regna uel oppida: q̄ rerū potita sunt urbis Romæ: hoc est principis terrarum po-
puli monumenta nō essent. Quinetiā tot regū: tot pricipū: & imperatorū nomina cū suis populis: & urbibus:
tēporis deleret antiquitas. Nec Alexander usq̄: nec Darius: uel Xerxes nosceret̄. Boni Photionis: iusti Aristi
dis: & Agesilai regis inuicti memoria conticesceret: Periclis: Themistoclis: Niciæ: Cononis: Alcibiadis fama in
obscuro esse. Et nostroꝝ haud secus. Nemo Camillos: nemo Fabritios: nemo Decios illustres animas: nemo
Scipiones: Læliosq̄ nosceret: & quos infinitū esset enumerare. Sed illi quāquā bello fuerunt: ac pace fortissimi
uiri: oēs tamen perpetuo silentio, & obliuione uetustas inuolueret. Quid artes (quas mæcanicas uocant) quā
tulum suis quæq̄ artificibus profuissent? Nihil Phidiæ Iuppiter olympius: siue Minerua: nihil Apelli Venus:
nihil spirantia prope signa: uiuiq̄ uultus Polycleto: nihil pictura Lysippo: nihil cælatura Menthori: siue Para
sio: & Alcidamanti: nihil architectura fabro illi Epæo ad immortalitatem nominis & famæ contulisset: etiā si
fabrilia eius instrumenta: qbus ligneum equū ædificauit: ubiq̄ fama celebratum uiserentur: ut Aristoteles scri
bit in templo statuæ Palladis (id et cognomen est) multis postea sæculis reposita: sub eam Italiæ partem: quam
haud procul a Metaponto Gargariā dicunt. Nam Vitruuium, qui iunior est, architectum ab interitu uendi
cat: non ars: quā & ipse profitebatur: sed liber quē de arte conscripsit minime contēnendū. Nec uero tanta fue
rit ædificioꝝ magnificentia: quæ diuturnitate temporis labefactari non possit. Turritæ urbes: immania templa
Deum: & celsa pyramidū fastigia suis molibus obruta iacent. Nec minus superbum illud Mausolum: quāquā
ad id cōdendū accersiti fuerint e toto orbe terrarū pstantissimi ætatis illius artifices: nisi ad consectandū etiā
conuenissent undiq̄ ingenio: & lingua præclari poetæ: & oratores: quos inter Theopompū Isocratis discipu-
lum: magistro ipso cōcertante: palmā obtinuisse cōmemorant: ut suis Elegis poeta non ignobilis tā uere: q̄ ele
gāter cecinerit: Nā neq̄ Pyramidū sumptus ad sidera ducti: Nec Iouis Idæi cælū imitata domus: Nec Mausoli
diues fortuna sepulchri: Mortis ab extrema cōditiōe uacāt. Aut illis flāma: aut imber subducet honores: Anno-
rūue situs pōdere uicta ruēt. At nō ingenii q̄situ nomē ab æuo Excidet: ingenii statq̄ uigetq̄ decus. Sed qd reliq̄
cōmemoro: bona ēt corpis: q̄ diuturna cē nō pñt (nā, uel morbo extinguunt̄: uel ætate deflorescūt) diuina poe-
taꝝ carmina posteritati cōmēdāt. Et de fortitudine minus mirū q̄ cōis est tā aī: q̄ corporis uirtus. Velocitas &
dignitas formæ: uarū bñficio manēt icorrupta. nā & Camilla nobilior est pnicibus ignea plātis. Et Pelides nē
ille magnus q̄uis Græcoꝝ fortissimus eēt: ποδώκυς tñ legit̄ sæpius & ποδάρκης: ut nō tā ui corporis uideat̄
q̄ pedū celeritate memorabilis: nā & Helene decora facie ppe notior est. q̄ Ioue pr̄e: de q̄ Troes apud Homerū
nō idignū putāt tā longo bello certare cū Gręcis: ob id solū: q̄ pulchritudine Diis imortalibus pxime accede-
bat. Quā a se depictā Zeusis ēt his ipsis Homeri carminibus laudauit. ου νεμεσις Τρωας τε: και ευκνημιδας
αχαιους τοιηδ᾽ αμφι γυναικι πολυν χρονον αλγεα πασχειν. αινως αθανατῃσι θεαις εις ωπα εοικεν. Phi-
dias quoq̄ i olympio Ioue fingēdo iterrogat᷒: de quo exēplo diuinā mutuaret effigiē rñdit: Archetypū se Io-
uis i his Homeri carminibus iuenisse: η και κυανεῃσιν επ᾽ οφρυσι νευσε κρονιων αμβ. οσιαι δ᾽ αρα χαιται
επερρωσαντο ανακτος κρατος απ᾽ αθανατοιο μεγαν δ᾽ ελελιξεν ολυμπον: ubi facile apparet naturæ ipsius æmu-
los artifices poetæ optimo plus multo tribuisse. q̄ sibi: nā supcilius, & crinibus totū se Iouis uultū collegisse ait.
Et recte qdē: nā qd ad eoꝝ artē ptinet. nec olympii Iouis honos augustior esset: nec diuæ Helenæ forma cele-
brior. Illa uero iactura incōparabilis: q̄ cū hac dicēdi facultate optimi cuiusq̄ tolleret̄ idustria: nec res arduas
q̄sq̄ nec piculo fas susciperet p patria: p rep. p focis, & aris: nullus oppeteret: si nō imortalitatē uirtuti pmium
eloqēntia pmitteret: ut pposita laude: & gloria: laborē otio: mortē icolumitati pferre non dubitaret. Ipsi phi
sub Stoa: Zeno in Academia: Plato in Nymphæo: Aristoteles in lycæo: Carneades siue Chrysippus: & reliqui
phoꝝ in suis q̄sq̄ gymnasiis torpescerēt. Itaq̄ reꝝ cāæ laterēt. Doctissimoꝝ uiroꝝ pcepta: & instituta nō eēnt:
nō iura: nō leges: nō mores cōsisterēt. Oīa dolo malo fierēt: nihil a ui & iniuria tutū. Cōtēnī Deū negligi iustu
tādū dñari pfidū: dissolui cōiūctionē hūanā: sine mō: sine ordīe res agi uideres. Sciū igit̄ illud Ci. ut oīa iā ue-
ro dña reꝝ (ut uos soletis dicere) uis eloquēdi: q̄ pclara est: q̄q̄ diuina: q̄ primū efficit: ut ea q̄ ignotamus dis-
ce-re: & ea: q̄ scimus: alios docere possimus. Hac cohortamur: hac psuademus: hac cōsolamur afflictos: hac gestiē
tes cōprimimus: hac iracūdias: cupiditatesq̄ restringimus. Hæc nos iuris: legū: urbiū societate deuinxit. Hæc
aūt humanā uitā ac ferā segregauit. Quæ cū ita sint res hoīum: hoīesq̄ ipsi: q̄ sunt: q̄ uiuunt: q̄ uigēt: totū hoc
eloquētiæ debēt: id si ita est: nō laudē meret̄ tm̄: sed multo magis admirationē. Fateor eqdē (q̄s eni eat inficias)

magno usui mortalibus esse eloquētiā:sine q̄ non populi:non urbes:non imperia:non regna stare possent:nō
ipsum deniq̧ humanum genus coalesceret:& ob eam rem omniū hominū pconiis celebrandā esse. Verū illud
cōtendo:quæ tantū ualeat habere pfecto aliquid ui sua natura præclarū:atq̧ præcipuū. Quid igitur hoc fue
rit ppe explicabitur:si fons:& origo eius inueniri poterit:quibus in urbibus:per quos uiros parta:enutrita:edu
cata:& adulta fuerit:q̄ uaria:q̄ multiplici rōne:uaria ipsa:multiplexq̧ tractet. Hæc nobis deinceps q̄breuissi
me fieri poterit,percurrēda sunt:ut intelligamus non esse cur quisq̄ miret:si tā late patet eloquētia:ut oia suis
uiribus continens:nullius nō rei decus & columē euaserit. Dicimus igit eloquētiā Diuū genus eē Deoꝝ. Nec
illud quidē agimus:Deū uniuersitatis huius patērem eē:icirco huius etiā,de qua nūc loquimur,facultatis. Est
enim rerū omniū:quæ sunt uniuersale principiū. Sed quoddā ppriū magis:& suum ipsius eloquentiæ quæri
mus. Fatemur omnes:qui quidē bene sentiunt illud Platōis:Quod sine alio bonū est:sine quo
nihil,quod phi bonū uocant,alii summū,alii uero solū. Hoc inquā Deū esse nemo dissentit. Vt igitur unum
quodq̧ plus bonitatis hēt:ita maxime diuinitati pximū est. Atq̧ eloquētiā dudū oñdebat de numero bono
rū:imo uero ipsaȝ bonorū humanoꝝ lōge pstantiorē. Quis igit dubitet rerū oium optimā diuinitus in hoies
pfectā eē:ab ipso uidelicet bonoꝝ omniū datore,& pricipe Deo. Hoc multo pbabilius ē:q̄ qd fabulose iactāt:
eloquētiā munus esse Mercurii: prius etiā ab ipsis Diis usurpatā:cuius rei testē faciūt apud Græcos Homeꝝ:
apud nrōs Virgiliū:Pāditur interea domus oipotētis olympi:Cōciliūq̧ uocat diuū pater:atq̧
hoium rex. Sidereā in sedē:& reliqua. Ipsam uero quidā auctores sunt Syracusis primū excepta fuisse:quę ciui
tas est Siciliæ. Hanc insulā,id qd inter oēs cōstat,insignes feritate tyrannos ptulisse. Duos tñ,sopra q̄ ceteri pos
sit,immanes:Gelonē,& Hieronē:qui ad hoc insolētiæ pgressi sunt:ut Syracusanis:nec hiscere qdē pmitterēt:
sed qd sibi cuiq̧ cōmodum esset nunc pedibus,manibusue:nunc uultu,& oculis significarent. Hinc & saltan
di usum primordia cœpisse. Naȝ q sermo ipsis interdictus erat:expssam necessitatē inueniēdi signa:quibus res
indicarent. Cum igitur superbe adeo,& efferate haberent: liberatori Ioui supplicasse:ut amara ista:& intolera
bili seruitute liberarentur. Nec incassum fudisse preces:quippe uolente Deo perditis omnino Tyrānis:liberta
tem adeptos fuisse. Veritos deinde ne in tyrānidē eiusmodi inciderēt:summā rerū demandasse non uni(ut an
tea)sed populo. Tū uirum quēdam noie Coracē:genere Syracusanū:qui prudens,& eloquens, cum populum
cerneret:rem esse mobilem:etiā currēti fluuio similē:nisi orationis moderatione gubernetur:ut recta ratione
meliora sequi:deteriora fugere persuasi:nihil temere:nihil inconsulte gerant:processisse in cōcionem:ibi mol
lioribus primo uerbis:& haud multū absonis opinioni multitudinis aures pmulsisse uulgi:& pertentasse ani
mos eorū:quos ubi paratos uidit ad audiendū:eaposuisse qd optimum factu censeret. Deinde id: quibus pro
baret rōnibus:breui subiectis argumentis confirmasse:partim ueris:partim similibus ueri. Postremo quæ per
oēm deinde orationē tractasset:singulis quibusq̧ cōmonēdi gratia succincte collectis iniulisse:qd efficere uo
lebat: & unāq̧q̧ orationis partē suis nominibus appellasse. Primas exordiū,& narrationē. Medias propositio
nē,& pbationē. Vltimā uero perorationē. Hac igitur dicendi rōne Coracē populo facile qd uellet psuasisse: q
finis est:ut plerisq̧ placet artificii oratoris. Eo factū:ut pmiis propositis:Syracusani filios ei magno studio tra
derēt:eiusmodi facultate instruendos. Interea adulescētem quēdā noie Ctesiam:cupidū & ipsum discendæ ar
tis:cæterū mercede paulisp deterritū:qa uidelicet soluēdo nō eēt:ausum tñ his uerbis petere Coracē:ut expo
neret quāto studio eloquentiā percipe uellet:at.n.pecuniā sibi nūc qdē nō eē:ubi uero didicisset:dupluȝ merce
dis redditurū. Exceptū deinde humaniter a Corace:postq̄ doctus euaserit:iprudēter nimis isultasse magistro.
Dic mihi inquit o Corax!quis est rhetoricæ finis!cum subiecisset persuasisse dicendo. Tum ille: Tibi ergo de
mercede litem intendo:q si persuasero nō dandā.nō dedi magistroꝝ optime:qa persuasi. Si minus iterū nō de
di:q abs te psuadere non didici. Immo uero cōuertens e contrario Corax:si psuaseris inqt accipiā discipuloꝝ
ingratissime:didicisti eni. Sinaūt accipiā rursus:nō eni psuasisti. Tū q aderāt:cōtinuo succlamasse: Mali corui
malū ouū. Nā Corax græce idem sonat:qd latine coruus. Et Syraculis quidē in hunc modū eloquentiā, Cora
ce auctore,institutam accepimus. Athenis uero Gorgia,Leontino pceptore,ac pncipe:qui cum legatus petitū
uenerat auxilia periclitanti patriæ:quā finitimi bello infestabant. Hic dato cōcilio:incredibile est:quāta audi
endi cupiditate populum affecerit. Is ornatus erat orationis:ea dicēdi suauitas & copia. Quocirca iterū,ac ter
tio introductus(neq̧ enim semel tātū orauit)tuȝ uero totas usq̧ adeo cōmouit Athenas:ut concursus undiq̧
fieret. Diesq̧ ipsos:quibus concionaretur,festos:conciones uero lampadas uocarent:quia uidelicet tāquā ful
gur auditorū animos dicēdo perstringeret. Hac deinde facūdia capti Athenēses:auxilia:q̄ petebat:Leontinis
miserunt:ipsum uero Gorgiaȝ penes se retinuerūt:cui pmia publice decreta:ut dicendi gymnasia iuuētuti ape
riret:& statim profecere adulescentes mirū in modum. Accedebat ad ingeniū:quo gens illa pstabat in primis
industria:cupiditasq̧ discendi. Hinc igitur exorti sunt:cum alii permulti:tum uero diuinus ille oratorū decem
catalogus:Antiphonis:Rhānusii:Lysiæ:Cephali:Isocratis:Isæi:Eudocidis:Lycurgi:Demosthenis: Aeschinis:
Hipperidis:Dinarchi. Quorum adhuc memoria uiuit:uiuetq̧:dū studia literarum extabunt. Neq̧ enim obscura
est:aut eiusmodi:ut silentio possit inuolui:qui tantū dicendo ualuerūt:ut Grēciā oēm sui nominis fama cōple
rint. Nam de nostris:qui Romæ potissimum floruere:tacere satius existimo:q̄ pauca dicere:cum unus Cicero
tantum excellat eloquio: ut omnes omnium gentium:& ætatum oratores:nullo dissentiente superarit: aut
certe adæquarit. De quo præclare quidem uaticinatus est: Tullius ætatis agitabat in agmine turmas Regia
progenies:& Tulli sanguine ab alto Indole pro quanta iuuenis quantūq̧ daturus Ausoniæ populis uentura
in sæcula ciuem:Ille super Gangem superexauditus & Indos Implebit terras uoce:& furialia bella Fulmine cō
pescet linguæ:nec deinde relinquet Par decus eloquii cuiq̄ sperare nepotum. Sed & ille tanti uiri gloriam mire
complexus est:qui Romanum imperium dixit: nihil ipsum sibi habuisse similius:q̄ Ciceronis ingenium.
O admirandā

O admirandā & uere munus Deorum eloquētiā:q̄ potissimas orbis terrarum ciuitates:& in his īgenia magna splē dore suo nobilitat. Nec mirum, cuius dici nō pōt, q̄ta dexteritas sit. Est.n. uersatilis natura: quę miris modis: quo libet ipsa tā uerti possit:q̄ uertere. Siqdē antistrophos est nūc phiæ: qua usi sunt Pythagoras: Socrates: Plato. Nūc politicæ: cuius principes fuerūt Cicō: atq̄ Themistocles. Nūc dialecticæ: cuius auctores fuerunt Demosthenes: Lycurgus: & reliqui oratores. Nūc sophisticæ: cuius iuentores fuerūt Aristogitō: Aegemō. Nūc scommaticæ: cuius præcipui fuerunt Demades: & Aristobolus: quibus oibus inest latēs psuasio q̄dā: in aliis alia magis: minusue pcepta: sine qua nulla earum suū pōt officiū implere. Quod cū ita sit p uarietate rerum ac psonarum: de qbus: apud quos agit̄: uoce: uultu: gestu pcipere: docere: monere: castigare: redarguere: accusare: cōcitare: ipellere: urgere: mulcere: sedare: cōprimere: assentire: cedere: delectare: denique in oēs pties uersare licet: ut aios: ita & ofonem. His ergo ōnibus ductus: eloquentiā existimo: ut ab initio ppolui: nō mō laudandā esse: q̄ ita merita sit: uerūetiā laudabilē: q̄ ita nata fuerit. Quo fit: ut pbandū sit maxime ppositū eorum: q se huiuscemodi studiis dederunt: ex quibus sibi patriæ suæ fructus uberrimos consequentur. DIXI.

PRAEFATIO EIVSDEM IN MARCI TVLLII ORATOREM.

QVANTVM Ciceronis orator scriptis oībus: nō dico aliorum: sed ipsius quoq̄ Ciceronis pstet: si scire uultis adulescentes optimi: accipite ipsius de hoc libro iudiciū: qui cū ad Leptā scriberet: Oratorē inq̄t meū tantopere a te pbari uehementer gaudeo: mihi quidem sic persuadeo: mei quicq̄d habuerim iudicii de dicendo in illū librū contulisse: qui si est talis: qualē tibi uideri scribis: ego quoq̄ aliq̄d sum. Aliter nō recuso quin q̄tū de illo libro tantūdē de mei iudicii fama detrahat̄. Quocirca uidetis q̄ifacundius sit de Oratore liber: in quo secū ipse Cicero quodāmō certarit. Etenim cū aliis opibus cæteros scriptores superarit: hoc certe seipsum uicisse pfitet̄. Est igr̄ oī diligentia perdiscendus liber: ex quo nūc demū possit uis oīs oratoria percipi. Hic.n. oratorē qualis esse debeat: eximius orator expssit. q̄d ab illo non minor studio: q̄ arte cōfectū est. Siquidē uires oēs excitauit ingenii: ut quē aīo conceperat: studio didicerat: usu pbauerat: uirum dicendi peritū nobis ante oculos poneret. Quā dignū igr̄: q̄ uenustum: q̄ elegantem ab eo fruī putamus: qui cum scriptores oēs longo interuallo reliquerit: in hoc uno tota mente uersatus est: ut legētibus summi oratoris uim: atq̄ uirtutem ondēret. Vt.n. pictor egregius: siquid potissimū pingere uelit: ubi artis suæ specimen præbeat. pclarum quoddam efficere solet: ita facultatis huius incōparabilis auctor cū statuisset artificii sui periculū facere: id cōtinuo deprōpsit opus: q̄d diuino potius: q̄ humano ingenio elaboratū uideri posset. Apelles Veneris formā pictura imitatus est: Phidias Mineruæ signum mirabili arte perfecit. Multum quidem in suo uterq̄ gn̄e elaborauit. Cui rei id uel maximo fuerit argumento: q̄ alterius Diuæ caput: summumq̄ pectus posteritas imperfectū reliquit: q̄q̄ hoc de industria factum uideri pōt: ut cum Anadyomenem uocat̄: maris undas quasi emergentem: pubetenus extare uoluerit alterius effigiem. Athenienses in ipsius Deæ templo: q̄d in arce amplissimum, pulcherrimūq̄ habuerūt: collocandū studiosissime curarūt. Quis tum populi concursus fuit: q̄ alacritas: ut pstantissimorum artificiū pstantissima opera spectaret. Equidē ex ultimis terrarum partibus gentes cōfluxisse crediderim: ut q̄d fama perceperant: id re ipso curiosi hoīes experirent̄: q̄ si ea, q̄ dico, & alia huiusmodi signa, tabulasq̄ pictas: uisendi libidine: studioq̄ ducebant̄ illi: nullū sæpe laborē itineris recusantes: q̄to studiosius nos expressam oratoris imaginem contēplari debemus: quā nō in ære nobis: aut marmore Cares: siue Lysippus opere, manibusq̄ primi: sed icorruptis literarum notis Romani decus eloquii Cicero cōcinderit: præsertim cū nulla nobis spatia uiæ demetienda sint. Adest: & psto est uolentibus liber: non qui oculos inani pictura teneat. sed aīum uera delectatione permulceat: & cum spectandis imaginibus laudent̄ artifices: qui uiuos uultus colore ducunt: & marmore: cognoscenda oratoris uirtute: q̄ se nobis hoc libro totā explicat: auctoris quidē sui nequāq̄ parua celebrat̄ laus: ipsius uero lectoris nihilo minor cōprobat̄ utilitas, qui ppositū dicendi magistrū tanta admiratione psequit̄: ut nihil sibi pclarius esse uideat̄: quē uero tantopere admiret̄: ad eius imitationē necesse est summa ope nitat̄. Nisi forte īgenio simus humili: & abiecto: qui nihil magnū: nihil egregiū sperare audeamus. Neq̄.n. audiendi sunt hi: qui talem dn̄t a Cicerone describi oratorē: qualis nemo unq̄ fuit: & ppea stultum esse in eo elaborare: q̄d nec illi quidem consequi potuerunt: qui oibus dicēdi arte pstiterunt. Hoc nihilo plus ualet q̄ siquis physicum iubeat a studio suo desistere: ppea q̄ rerum naturā cognoscere nullo mō possit: aut phūm male sanum appellet: qui sapientiā sequatur: q̄ nulli unq̄ holum oī ex parte concessa fuerit. Nā q̄d poeta elegans dixit: Est aliquid pdire tenus: si non datur ultra: pclare simul: & recte dictum arbitror. Nunq̄ ingenia magna pulcherrimo laboris præmio fraudant̄. Qui minus igit̄ laudandus erit: siquis cum dicendi artem percipere cupiat: hunc Cice. librū crebra lectione pertractet: quā Scipio ille Africanus: qui cum imperatoris artes expectaret: Xenophontis libellos nunq̄ de manibus ponere solebat. Nec nescius erat Scipio Cyrū illū non ad historiæ fidē scribi: sed ad iusti imperii effigiem induci. legebat tn̄ nihilo secius: in quo nullū ptermitti uidebat diligentius: & moderati imperatoris officium. Et q̄rum uerbis plus pcipere studuerat: tm̄ re ipsa uir strenuus pstare elaborabat. Eo euenit: ut imperatoris artibus non inferior euaderet: q̄ qui unq̄ amplissimi fuerunt. Quid igit̄ prohibet: parem nobis industriæ fructum: laborisq̄ parare: si tanto nos studio imitemur Cice. oratorem: quanta ille diligentia Xenophontis imperatorem. Quæ cum ita sint: nulla nos rō defendere poterit: ne non indigni uideamur laudibus eloquētiæ: si hoc nobis negliget̄ opus: ex quo tm̄ oratoriæ facultatis percipiatur: quantum ex eo percipi potest: quo nullum ne Cicero quidem ipse testatur esse præstantius. Postremo hic liber est: qui quātum nobis placuerit: tantum nos profecisse sciamus: & quemadmodum Cicero uoluit in huius libri dignitate suum de dicendo iudicium periclitari: ita nos quicquid de illo iudicauerimus: eruditionis nostræ testimonium esse putemus.

Finis.

Finis.

OMNIBONI LEONICENI RHETORIS CLARISSIMI IN MARCI TVLLII ORATOREM AD Q V.FRATREM:COMMENTARIVM FOELICITER INCIPIT.



Ogitanti mihi sæpenumero. Quæ in principiis librorum requiri solent:ea breuiter libanda censuimus:uitam scriptoris: intentione scribentis:titulum libri : numerum librorum : cui parti philosophiæ hoc opus subiiciatur. Vita scriptoris uarios passa est euentus. Nam cum post studia ad remp.se contulisset:fortuna magis agitatus est. In quê nũq̃ destitit sæuire: priusq̃ urbe,quá fuerat tutatus,caruerit. Intentio scribẽtis est: pfectũ oratorem instituere : & ipsa materia est de oratoris institutione. Titulus ẽ M. Tullii Ciceronis de officio:& ĩstitutione oratoria liber primus incipit. Titul⁹ operis Volumina oĩa sunt tria:ut ipse ẽt testatur in epistola ad Lentulũ:q̃ est:Quod rogas: ut tibi mea scripta mittã. Parti autẽ phiẹ subiicit:q̃ sermocinalis appellat. Ois nãq; ph.a diuidit in phisicã.i.in naturalẽ: æthicã moralem:logicã sermocinalẽ. Phiæ ptes Si qs forte q̃rat:quo tpe editũ fuerit hoc opus:cõstat fuisse scriptũ eo tpe:quo P.Lentulus suæ puinciæ administrationẽ gereret:& ante ciuilia bella Cæsaris & Põpeii:& anteq̃ Crassus pficisceret in Parthiam. Cogitãti:in oĩbus poemis hoc seruari solet:ut auditores dociles:beneuoli: & attẽti reddant. Beneuolẽtia igit primũ captat a psona sua:cũ sua incõmoda referat : & ea cæterorum suæ pfessionis cõmodis cõparat. Nã plerisq; oratoribus licuit in repu. bene constituta cũ tranquillitate uiuere:ut Pericli:ut Socrati: quod nõ ita sibi euenisse cõquerit. Dicit.n.se nullis occupationibus:nullisq; periculis impeditum fuisse:quin morẽ fratri suo gereret. Nã didicimus in arte:beneuolẽtiam a nra psona contrahi:si nostra incõmoda proferimus:quibus ĩpediti nihilominus ĩ officio persistimus. Cogitanti:bene cogitanti & non considerãti: Cogito nam cogitamus pñtia : consideramus futura: repetimus p̃terita. Quare a sideribus tractũ est considerare:quia futura perspicimus. Nũc uero cum scriberet:pñtia cogitabat : simul & p̃terita:quare subiicit. Et memoria uetera repetenti:ac si.d.antiquum reipu.statũ memoria repetẽti. In optima republica.i.in repub. bene constituta.i.in optimatuũ repub. Aristocratiam dicit : in qua optimates oẽs rempub. tractant.nam respu. oẽs aut sunt sub Aristocratia.i.sub optimatum administratione:aut sub Dimocratia.i.sub populi potẽtia: aut sub Monarchia.i.sub unius principis administratiõe. Quæ quoquo modo florerẽt.i.quocũq; modo florerent:infinite positum est: uidelicet uel bello:uel pace:uel domi:uel militiæ.



MAR.TVL.CICERONIS AD QVINTVM FRATREM IN LIBROS DE ORATORE PRAEFATIO.



Ogitanti mihi sæpenumero & memoria uetera repetẽti : pbeati fuisse Q uíte frater illi uideri solent: qui ĩ optima repu. cum & honoribus & rerum gestarum gloria florerent: eum uitæ cursum tenere potuerunt : ut uel in negocio sine periculo:uel in otio cũ dignitate esse possent. Ac nunc quidem mihi quoq; initium requiescendi:atq; animum ad utriusque nostrum præclara studia referendi fore iustum : & prope ab oĩbus concessum arbitrarer : si infinitus

Et honoribus:ad magistratum hoc pertinet:scilicet ad ædilitatem:præturam & cætera. Gloria rerum gestarum:res gestas(ut ante diximus)& bello & pace consequi possumus. Vt uel in negocio:qd' otium perpaucis conceditur:sed multo minus ipsi Ciceroni. Hoc ẽt conqueritur Sallu. in Catilinario:sed ego inquit adulescentulus initio sicuti plerisq; a studio ad rempu. delatus sum:ibiq; mihi multa aduersa fuere. nam pro pudore & cætera. Deinde subiungit: Igitur ubi animus ex multis miseriis atq; periculis requieuit: & mihi reliquam ætatem a repub. procul habendam decreui:non fuit consilium secordia atq; desidia bonum otium conterere : & reliqua. Negocium autem cum dignitate:est reipu. administratio:& amicorum defensio. rursus in senatu sententiam dicere:& in foro causas agere. Ac mihi tempus uidelicet cum Catilinæ coniurationem dissoluisset: sperabat se tale otium consecutum esse. Præclara studia:sine dubio intelligit studia literarum:& præcipue philosophiæ. Si infinitus:exponit quod ante dicebamus:scilicet negocium cum dignitate.

forensium rerum labor: & ambitionis occupatio decursu honorum: etiam ætatis flexu constitisset: quam spem cogitationum: & consiliorum meorũ: cum graues cõmunium temporum: tum uarii nostri casus fefellerunt. Nam qui locus quietis: & trãquillitatis plenissimus uidebatur: in eo maxime moles molestiarum: & turbulentissimæ tempestates exciterunt. Neque uero nobis cupientibus atque exoptantibus fructus otii datus est: ad eas artis: quibus a pueris dediti fuimus celebrandas: internosque recolendas. Nam prima ætate incidimus in ipsam perturbationem disciplinæ ueteris: & consulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atq; discrimen; & hoc tempus omne post consulatum obiecimus iis fluctibus: qui per nos a communi peste depulsi in nosmetipsos redundarent. Sed tamẽ in eis uel asperitatibus rerũ: uel angustiis temporis obsequar studiis nostris. Et quantum mihi uel fraus inimicorum: uel causæ amicorum: uel respu. tribuet otii: ad scribendũ potissimum conferam. Tibi uero frater: neq; hortanti deero: neque rogãti. Nam neque auctoritate quisqam apud me plus ualere te potest: neque uoluntate. Ac mihi repetenda est ueteris cuiusdã memoriæ: non sane satis explicata recordatio: sed (ut arbitror) apta ad id quod requiris: ut cognoscas quæ uiri omnium eloquentissimi: clarissimiq; senserint de omni ratione dicendi. Vis enim (ut mihi sæpe dixisti) quoniam quæ pueris: aut adulescentibus nobis: aut ex commentariolis nostris.

Ambitio / medium uo / cabulum / Ambitus

Reꝝ forensium: quæ ad causidicos pertinent: nam intelligit causas quæ aguntur in foro. Ambitionis: in petendis magistratibus: quos cum ambitione candidati petebant. Est aũt medium uocabulum: nam ambitio aliquando honesta est: cum præsertim sine largitione fit alioquin crimen ambitus incurritur. nam ambitus est ipsius rei crimen: ambitio uero est actio ipsa. Constitisset: firmatus esset & stetisset. Virgi. Et paribus Cyllenius alis Constitit. Cursu bonorum: quia fere per oẽs magistratus & honores cucurrerat Cicero. nam fuit Augur: ædilis: quæstor: prætor: præfectus totius Asiæ: & consul cum L. Antonio in urbe. Flexu ætatis: declinante ætate ad senectutem. Quam spem: ut aliquando requiescere possem. Cum. i. p. tum. Cõium temporum: uidelicet defensiones ciuiles: in quibus maximo cum labore se exercuit: & præcipue tempore Catilinæ. Nostri uarii casus: quia ne tribunitio furori ciues & rempu. obiiceret Cicero: urbe discessit spõte: cum post consulatum suum inimicitias P. Clodii incurrisset. Qui locus: tempore. s. ætatis intelligit: hoc est senectutem. Quietis: quies est corporis: tranquillitas uero animi. Tempestate: seditiones dicit. per metaphoram loquitur. Hic animaduerte: q̃ reciprocæ comparationes sunt inter tempestatem & seditionẽ. Nam Virgi. comparauit tempestatem uentorum seditioni in primo Aenei. hic comparat seditionẽ tempestati. ut: Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio. Cupientibus & optantibus: plus est optare q̃ cupere. cupimus quæ in spe sunt: optamus uero q̃ non speramus consequi posse. Cupimus præterea affectu: exoptamus electu. Colẽdas: exercitatione. Nam in prima ætate incidimus in perturbationem. intelligit seditiones quæ fuerunt inter Syllam & Marium. Veteris disciplinæ: perturbationem morum intelligit. Dicit enim Romanos a consuetudine maiorum declinare cœpisse. A consulatu. i. a principio consulatus nostri. Certamen: contentionũ. quia simul ac creatus est consul Cicero: in cõtentionem adduxit Catilinam. Et discrimẽ: potest esse hoc sine certamine: ideo bene iunxit. Iis fluctibus: permanet in translatione: quam superius fecit. Qui fluctum: P. Clodii factiones intelligit. quas Cicero post consulatum suũ maximo periculo expertus est. Nã ne bonos ciues furori tribunitio (ut ante diximus) obiiceret: exulauit ultro. Sed tamen: q̃ q̃ hæc omnia me a studiis detrahant. Sic plane uidemus quomodo beneuolentiam captat a persona sui. Nam hæc omnes tempestates nequaq̃ possunt eum detrahere a studiis: qui fratris obsequatur uoluntati, q̃tum potest. Asperitatibus rerũ: quãtum discrimina tam publica q̃ priuata. Vel angustiis: ad disciplinas malas refertur. Tibi uero frater: hic beneuolentiam captat a persona auditoris. Didicimus enim ab auditoꝝ persona beneuolentiam capi: si ꝓferemus quæ de his æstimatio fit. Nam ostendit quanta sit sua de fratre æstimatio: cum dicat alium neque auctoritate magis persuadendo: neq; uoluntate potius rogando eum posse mouere. Tibi uero: ac si dicat: & si cæteris deessem tibi profecto non deero. Alium neq; auctoritate: si hortetur. Neq; uoluntate: si rogabit. Hortanti, auctoritate. Roganti, uoluntate tua. Ac mihi: comparat attentionem. Facit enim auditorem attentũ a rebus ipsis: cum ostendit se de rebus magnis esse dicturum: & de his rebus quæ ad ipsum auditorem pertineant. Non satis explanata: non satis ostensa per ipsos disputatores: qui ad ipsam disputationem conuenerant. Nam probatissimi hoĩes cũ de re magna per disputationẽ contendunt: conant̃ quisq; suam defendere sñiam quo fit ut non satis ꝑ sñiarum uarietatem ipsa res quæ assumitur disputanda: explicari q̃at. Crassum. n. Cottam: & alios ꝓbatissimos uiros uidebimus disputare de oĩ rõne dicendi: & unusquisq; suam sñiam affert. Repetenda: ꝓteritarum reꝝ est repetitio. A pueris aut adulescentibus: si non puer saltem adulescens erat tũ Cicero: cum hæc composuit commentariola de dicendi genere rudia quidem: quippe quæ ab ipso adulescente sunt edita. Ex cõmentariolis: rhetoricam ueterem intelligit: quam constat in adulescentia composuisse.

Cupere / Optare

Inchoata: neq; n. opus illud perfecit: sed inchoatum reliquit. Nam cum sint quinq; rhetoricæ partes: de sola dicit inuentione. Hoc. n. opus postea non probauit. Atq; rudia: præcepta illa rhetoricæ ueteris nõ sunt edita illa elocutione: quia in cæteris scriptis usus est Cicero: ergo inchoata ad infectionem: rudia ad ornatum refertur. Hac ætate: uel his tpibus: quibus maxime uiget eloquentia. Vel hac ætate. i. ætate ipsius Ciceronis: quia in maiori ætate digniora scribere poterat. Vsu: consuetudine & exercitatiune. Tot: ad numerum refertur: quia multas dixit causas. Tantis: ad dignitatem. Politius: quia illa rudia. Perfectius: quia ista ichoata m̃: sed non perfecta: ad superiora ergo ista.

Inchoata atq; rudia exciderunt: uix hac ætate digna: & hoc usu quem ex causis: quas diximus: tot: tantisq; consecuti sumus: aliquid eisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri. Solesque nõnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire: quod ego eruditissimorum hominũ artibus eloquentiam cõtineri statuam. Tu autem illam ab elegantia doctrinæ segregandam putes: & in quodam ingenii atque exercitationis genere ponendam. Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines: ac summis ĩgeniis præditos intuenti: quærendum esse uisum est: quid esset cur plures in omnibus artibus: q̃ in dicendo admirabiles extitissent. Nam quocunque te animo & cogitatione conuerteris: permultos excellentes in quocunque genere uidebis: non mediocrium artium: sed prope maximarum. Quis est enim? qui si clarorum hominum scientiam rerum gestarum uel utilitate: uel magnitudine metiri uelit: non anteponat oratori imperatorem? Quis autem dubitet? quin belli duces ex hac una ciuitate præstantissimos pene innumerabiles: in dicendo autem excellentes uix paucos proferre possimus? Iam uero consilio ac sapientia: qui regere ac gubernare rempublicam possint multi nostra: plures patrum memoria: atque etiam maiorum extiterunt: quam boni per diu nulli: uix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. Ac nequis forte

De iisdem rebus: de ratione dicendi. Statuaz iudicem: quia Cicero censebat esse artez aliquam rheturicæ facultatis. Ab elegantia doctrinæ: quia doctrina est electa & separata a uulgari opinione: ideu elegans dicitur? nam doctrina est sæpe contraria uulgaribus sentẽtiis. Quodam ingenii & exercitationis: quia suopte ingenio quisq; ẽt rudis: exercitatione artem dicendi consequi põt. AC mihi quidẽ: in superiori procemio oñdit se: & literati otii dignitate: & Q. fratris auctoritate cõmotuz inter multas uel rerum asperitates: uel temporum angustias constituisse de uratoris institutione scribere. Nunc in hoc procemio ostẽdit oratoriam artem rem quandam esse miram: & amplissimam: & tria facit. nam primo quærit: cur tam pauci oratures fuerunt. In secũda quæ incipit: Sed nimirum. ostendit qua de cã plures in omni genere literarũ excellẽtes fuerint: q̃ in uratoria arte. In tertia parte, quæ incipit: Sed quia nun dubito. ostendit quisnam sit rhetoricæ facultatis modus. In prima sic intendit: admirandum esse, cum in cæteris artibus plures excellentissimi euaserint: tñ paucos excellentes inuenire oratores: præsertim cum neq; plures cæteris artibus inseruiant: neq; quisq̃ aut maiori delectatione: aut spe uberiore: aut præmiis amplioribus ad illas perdiscẽdas cõmoueatur: & tñ in illis plures: in hac uero arte perpauci inueniantur excellẽtes. in qua concurrunt ea oĩa: quibus ad studia solẽt animi incendi. Est profecto res admirabilis. Bene igitur quærit cur hoc sit. Secundu qua de causa sit, ostendit. Sæpenumero: aduerbiũ est numeri: & tota una pars: & numero ad ornatum additur. Summos homines: quantũ ad eorum dignitatem. Ac summis ingeniis præditos: quantum ad sententiarum profunditatem. Vt summos dicit uirtute, quæ consistit in actione: ut imperatores, & rerum publicarum rectores, & gubernatores. Præditos summis ingeniis: dicit eos qui in sententiarum obscuritatibus & uarietatibus uersantur. Admirabiles: quia admiramur cum uidemus aliquem: qui longe cæteris præstet hominibus. Quocunque: idest ad quamcunque artem uel uirtutem. Animo & cogitatione: idest cogitatione animi. Permultos: ad numerum refertur. Excellentes: ad magnitudinem sententiarum. In quocunque genere: scilicet & in exercitationibus uirtutis & in literarum artibus. Quis enim? ecce quomodo iam infert quod agere cœperat. Clarorum hominum scientiam: scilicet philosophorum, astrologorum, mathematicorum: etiam oratorum. & hæc iam referuntur ad homines maximarum artium. Belli duces: ut Qu. Catullos, Fabii, Fabritii, Scipiones, Marcelli, Catones, Cæsares: denique plures alii. Vix paucos: ut Gracchi, Hortensius, Antonius, Crassi, Scæuula, & cæteri: de quibus habetur in hoc libro. Iam uero: artium mediocrium homines iam comparat oratoribus: nam reipub. administratio respectu imperatoriæ artis est ars mediocris. Memoria nostra: scilicet nostri qui uiuimus, & adhuc sumus: nam ad præsens tempus refertur. Patrum: ad eorum tempus, qui uiuunt, refertur. Atque etiam maiorum: ad tempora priscorum refertur. Tolerabiles: nec summi, sed mediocres. Ac ne quis: occurrit cuidam obiectioni: quam facere posset aliquis: non esse oraturiam artem cum his comparandam: quæ ad uirtutem potius: q̃ ad studia literarum sunt conferenda. propterea q; inter ipsas nulla sit similitudo: sed illis esse comparandam artibus: quæ in literarum studiis repositæ sunt.

cum aliis studiis: quæ reconditis artibus: atque in quadam uarietate literarum uersentur: magis hãc dicendi rationem: q̃ cum imperatoris laude: aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet: qui conuertat animum ad eaipsa artium genera: circunspiciatq́ qui in iis floruerunt: quãq́ multi sint: facillime quanta oratorum sit: semperque fuerit paucitas iudicabit. Neq́ enĩ te fugit omniũ laudatarum artium ꝓcreatricem quandam: & quasi parentẽ eam (quam philosophiam grę̨ci uocãt) ab omnibus doctissimis iudicari. In qua difficile ẽ numerare: quot uiri: quanta scientia: quantaq́ in suis studiis uarietate & copia fuerit: qui nõ una aliqua in re separatim elaborarint: sed omnia quæcũque possent: uel scientiæ peruestigatiõe: uel disserẽdi ratione comprehenderint. Quis ignorat: ii qui mathematici uocantur: q̃ta in obscuritate rerum:

Cum aliis studiis: aliis scilicet ab arte imperatoria: & reipu. administratione. hic innuit artem imperatoriam inter studia esse connumerandam simul cum rerumpub. administrationibus. In artibus reconditis. i. obscuris. artem mathematicam intelligimus: quæ magnam habet rerum obscuritatem: ut paulopost dicemus.

Atq́ in quadã uarietate literaruꝫ: philosophiam intelligit: cuius magna est uarietas propter philosophoruꝫ uarias sectas. Nam sicuti uarie sentiebant: ita diuersa sunt eorum studia. finis aũt philosophiæ unus est. Bene uiuere: & summum bonum quærere. Sed alii alia ratione id quærunt. Sunt enim qui in uirtute summũ bonum esse putant: ut Stoici: qui diuitias, honores, cæteraq́ talia contemnunt: sicut in Paradoxis declaratur. Sunt qui in uirtute quidem putant bonum esse: sed negant solum bonuꝫ in uirtute esse ꝙ diuitiæ: & cætera fortunæ & naturæ bona sunt: ut Peripatetici. Sũt qui summum bonuꝫ in uoluptatibus ponunt: ut Epicuri. Cinici uero nihil esse malum uolunt: qđ natura appetat. Quare honestius aiunt in foro comedere: uel aliud facere turpius: si natura appetat. Ergo horum, quoniam uarię sunt sententiæ, necesse est: ut quæ literis mandantur: uaria sint: sic uaria sunt philosophiæ præcepta uel documẽta. Imperatoris laude: laudantur imperatoris res gestæ: & non approbantur scripta. Prudentia senatoris: prudentia docet eos: qui respub. regunt uel administrant. Eaipsa. s. quæ modo diximus. Quãque multi sint: ut Pythagoras: Diogenes: Aristoteles: Socrates: Democritus: Ptolomeus: & multi alii. Quanta sit: ad præsens. Fuerit: ad præteritum tempus refertur. Neq́ enim te fugit: aperit, quod dixit, unamquanq́ artẽ: oratoriæ comparans. Et quia princeps artiuꝫ est philosophia: ab ea incipit & docet: tamen multo plures inueniri philosophos q̃ oratores. Laudatarum omnium artium: artes dicit liberales quæ ingenio coluntur: & propterea liberis hominibus dignæ sunt: quas ideo dicit laudandas esse quoniam animum excolunt. Illiberales uero: quas mœchanicas dicimus: & in manuum opera consistunt: eam laudem non merentur: quoniam seruile habent ministerium & manum operibus accommodatæ sunt. Procreatricem quandam: quia omnes artes a philosophia descendunt. omnis autem philosophia diuiditur (ut in principio diximus) in naturalem, moralem, & sermocinalem. Rursus philosophia naturalis diuiditur in physicam, metaphysicam, & mathematicam. Aethica uero: idest moralis diuiditur in politicam, monasticam, & œconomicam. Sed logica diuiditur in grammaticam, dialecticam, & rhetoricam. ergo omnium artium procreatrix: & quasi

Oĩuꝫ artiũ mr̃ p̃hia — mater est philosophia. Quæ non in una aliqua re: scilicet uel naturali, uel morali, uel sermocinali. Vel disserendi: intelligit logicam: quæ maxime omnes continet quæstiones. Vel peruestigatione scientiæ: quantum ad moralem & naturalem philosophiam: quarum magistri omnia inquirunt. Quis ignorat: pergit facere, quod cœperat: ut ostendat rariores semper extitisse oratores q̃ cæterarum artium periti uiri: & hic oratores comparat mathematicis: quorum ars quanquam sit obscurissima: speculatiua: atque multiplex: tamen qui illi uehementius studuerint: uidentur id quod optarunt consecuti: sed non hunc assequuntur effectum: qui oratoriæ arti se dederunt. Nam tanta est ipsius scientiæ magnitudo & profunditas: ut uix pauci tolerabiles inueniri possint oratores. Mathematici: sunt qui in arithmetica: geometria & astrologia uersantur. Nam

Mathesis — mathesis græce, latine appellatur disciplina; sed heæ scientiæ disciplinæ dicuntur eo ꝙ discantur plane: & per demonstrationem quandam percipientur. Sed philosophia: grammarica: atque rhetorica non disciplinæ dicuntur: quia non firmissima demonstratione, ut illæ: sed ratione quadam & studii inuestigatione percipiuntur. In quanta obscuritate rerum: quoniam aliæ corporeæ: aliæ incorporeæ sunt: in quibus mathematici

Diffinitio numeri — uersantur. Obscuritatem uero habent: quia uersantur in numeris: atque mensuris: quibus nihil potest esse obscurius: propterea ꝙ de his cuncta dimetiuntur. Sed numerus est: alius perfectus, alius imperfectus. Perfectus numerus dicitur: qui ex suis partibus constat: & in suas partes resoluitur: ita ut ad unitatem reducatur: ut ternarius numerus. Imperfectus dicitur numerus: qui ita resolui non potest: sed aliquid habet superfluum: ut quaternarius: nam in numeris est paritas & imparitas. Imparitas: ut unus. Paritas: ut duo. In mensuris uero consideratur quantitas continua: & quantitas discreta. In quantitate discreta est perfectio & imperfectio. Sed in quantitate continua consideratur longitudo, latitudo, altitudo, & profunditas. Per altitudinem consideramus æthera & res cælestes. Per latitudinem consideramus aera & res aeris. Per longitudinem res terrenas. & per profunditatem aquas consideramus. Quarum rerum rationem numerus arithmeticus complectitur: quę res obscurissima est: & speculatiuo indiget ingenio.

&q̄ recondita in arte:& multiplici subtiliq; uersentur? Quo tamē in genere ita multi perfecti homines extiterunt:ut nemo forte studuisse ei scientiæ uehementius uideatur:quin quod uoluerit consecutus sit. Quis musicis? Quis huic studio literarum quod profitētur ii:qui grammatici uocantur: penitus se dedit:quin omnium illarū artium pene infinitam uim & materiem: scientia & cognitione comprehenderit? Vere mihi hoc uideor esse dicturus ex omnibus iis:qui in harum artium studiis liberalissimis sint:doctrinisq; uersati nimiam copiā poetarum egregiorum extitisse:atq; in hoc ipo numero:in quo perraro exoritur aliquis excellens: si diligēter & ex græcorum & nostrorū copia cōparare uoles:multo tamen pauciores oratores q̄ poetæ boni reperientur. Quod hoc etiam mirabilius debet uideri:quia cæterarum artium studia fere recōditis:atq; abditis fontibus hauriuntur. Dicendi autem omnis ratio in medio posita:communi quodā in usu:atq; in hominum more & sermone uersatur: ut in cæteris id maxime excellat:quod longissime sit ab imperitorum intelligentia:sensuq; disiunctū: in dicendo autem uitium uel maximum est: a uulgari genere orationis:atq; a consuetudine communis sensus abhorrere. Ac ne illud quidem uere dici potest:aut plures cæteris inseruire:aut maiore delectatione:aut spe uberiore:aut præmiis ad perdiscendum amplioribus cōmoueri. Atq; ut omittam Græciam: quæ semper eloquentiæ princeps esse uoluit:atq; illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas:in quibus summa dicendi uis:& inuenta & perfecta est:in hac ipsa ciuitate profecto nullā unquam uehementius:q̄ eloquentiæ studia uiguerunt. Nam posteaquam imperio omnium gentium constituto:diuturnitas pacis otium confirmauit:nemo fere laudis cupidus adulescens:non sibi ad dicendum studio omni enitendum putauit.

Recondita arte:in oculta arte & speculatiua:nam res speculatiuæ reconditæ dicuntur. Multiplici:quia in arithmetica:qua numerum agit.in geometria:ubi de mensuris & astrologia uersantur mathematici:sic multiplex est mathematica. Subtilique:hæ tres profecto sunt subtiles : & speculatiuis accomodantur ingeniis: sed tamen harum subtilius est astrologia. Multi perfecti homines:ut Nicomachus in arithmetica: Euclides in geometria. Ptolomeus in astrologia. Plures alii fuere : sed hi principatum tenent. Ei scientiæ:scilicet siue arithmeticæ, siue astrologiæ:quæque sub mathematica complectuntur. Quis musicis dedit se:cœpit specialiter probare in omni arte plures inueniri prestantes uiros:q̄ in arte dicendi.ac de philosophis quidem superius:& de mathematicis dixit.nunc idem de musicis:& grammaticis intendit. Pene infinitam uim & materiem:nā si quis uarietates uocum & numerorum comprehendere uoluerit:illud uix conficere poterit. Pari ratione:si quis omnem artis grammaticæ materiam complecti uoluerit : illud uix consequi poterit. Materia eniʒ artis grammaticæ sunt literæ:syllabæ: dictiones & orationes. Nam elemēta ipsæ literæ sunt ex quibus syllabæ conficiuntur:ex syllabis dictiones:ex dictionibus orationes componuntur. Quæ omnia si quis complecti uoluerit:inueniet laborem pene infinitum & inexuperabilem.

Vere:& ut cuʒ poetis oratores comparentur uideamus nunquid plures oratores boni, an poetę reperiantur. Negari inquit non potest: quin & ex nostris:& ex græcis pauci admodū poetæ boni fuerint:sed si cum oratoribus cōparentur:multo pauciores hi q̄ illi reperientur. Artium liberalissimis studiis: idest liberalissimarum artium studiis. Liberales autem dicuntur artes:eo q̄ homines liberos efficiāt. Liberales artes

In quo perraro:quia poetica ars sub rhetorica continetur. Necesse eni est ut bonus poeta optime teneat artem dicendi. Quod hoc etiam:postq̄ confirmauit plures in cæteris artibus uiros præstantes inueniri, q̄ in arte dicēdi:nunc ostendere incipit multis rationibus id admirandum esse. Quia cæterarum artium studia fere:fere dicit propter grammaticam & musicam:quaruʒ materia, & si ampla sit, non tamen in rebus uersatur obscuris: sed quæ & ipsæ in usu quotidiano sunt. Reconditis atque abditis:librate loquitur:nam recōditis dicit:quia obscura & difficilia sunt. abditis autem:quia noua & inusitata. In medio: contra id quod dixit recōditis. Communi quodam usu atque hominum more: ad id q̄d dixit abditis. A uulgari:si nimis antiqua uerba pronunciaueris. A cōsuetudine communis sensus:quia orator elaborare debet in eo: ut non tantum uera:q̄ uerisimilia dicat:uidelicet quæ sint ex opinione hominum. Ac ne illud:postq̄ a facili arguit miruʒ esse:cur pauci admodū oratores inueniantur:nūc probat illud a dignitate & utilitate. Dicit enim multos huic arti operā dare propter maxima præmia: quæ huic studio proposita sunt:uel ad gratiam:uel ad opes:uel ad dignitatem:& tamen inde paucos excellentes euadere. Ac ne illud quidem:occurrebat illud. ideo forte non multos inueniri in hac arte prestantes: q̄ pauci huic studio operam darent. Tollit hoc Cice. eloquentiæ princeps. Et si in cæteris cesserit Græcia Romanis:tamen eloquentiæ princeps esse uoluit. sed postea Cicero cum apud Apollonium græce orasset:iudicio Apollonii e Græcia Romam transtulit eloquentiam. Et inuenta est & perfecta:bono ordine usus est. nam primo aliquid inuenitur:deinde perficitur. Inuentrices:nam bonarum artium matrem Athenas dicunt.

Ac primo quidem: primo quidem, inquit, suopte ingenio ad studia eloquentiæ ducebantur. quippe: quæ nullam præceptionem huius exercitationis habebant: existimabant enim a natura tantummodo proficisci eloquentiam: non exercitatione, neque alia arte confici. Oratoribus: scilicet Hermestre, Hermagora. Magnitudo ac uarietas: nulla fere causa erat: quam non in urbe Romana agere potuissent: qui se huic studio dederant. Magnitudo: ad quantitatem continuam. Multitudo: ad quantitatem discretam. Varietas: quia omnis res ad dicendum proposita est materia oratoris. Multitudo: quæ in iudiciali, in demonstratiuo, & deliberatiuo genere causarum uersarentur. Adiũgeretur usus: idest exercitatio. Ingenia uero: ad gratiam: ut qui eloquentissimus esset: apud optimos gratus esset, & opibus præstaret: & summo apud omnes in honore esset.

Ingẽia uero: erat & alia causa cur multi hãc artem consequerentur: quod & Romani cæteris gentibus ingenio præstiterunt. Sed nimirum: hæc est postrema pars huius capitis: in qua soluitur quæstio: cur in cæteris artibus excellentes uiri complures: in arte oratoria pauci inueniantur. & hec causa est: q̃ hanc artem dicit cæteris esse difficiliorem: quod ita esse coniecturis euidenter ostendit. Erit ergo cõiecturalis cõstitutio. Intentio est: Ars

Ars oratoria difficilior aliis

oratoria cæteris difficilior est. Depulsio: non est. Quæstio: utrũ ars oratoria cæteris artibus difficilior sit? Q̃d ꝓbare uult artẽ oratoriã cæteris artibus esse difficiliorẽ: coniecturis ostendit non factum esse quod oportuit, hoc modo: Si ars oratoria cæteris difficilior non esset: a multis sicut cæteræ disci oportuit: cum multi præsertim operaꝫ darent: sed hoc factuꝫ non est: apparet ergo hanc artem cæteris esse difficilioreꝫ. Maius est: scilicet hoc artificium oratorium: non est, inquit, ut uulgo homines opinantur: q̃ hæc ars facilior sit.

Est enim & scientia: hoc dicit quantum pertinet ad materiam rhetoricæ facultatis. nam in hac probatione breuiter uniuersum corpus artis oratoriæ complectitur. Non solum electione, sed etiaꝫ constructione: & hoc quantum ad elocutionem: quæ in tres partes diuiditur: in elegantiam, compositionem, & dignitatem. Electione: ad elegantiam: quæ facit ut unumquodque uerbum pure & aperte dici uideatur. nam in simplicibus uerbis, quod non est latinum: sic in coniunctis, quod non est consequens, est uituperandum. ergo electione scilicet simplicium uerborum: constructione: scilicet coniunctorum. Constructione: ad compositionem: quæ est constructio uerborum æqualiter perpolita. Et omnes animorum motus: nam partium orationis duæ ad rem docendam ualent: narratio & confirmatio. Ad impellendos animos duæ: principium & peroratio. hoc pertinet ad principia & conclusiones: in quibus animi hominum & ad beneuolentiam trahuntur: & ad indignationem concitantur: & ad misericordiam flectuntur. Cognoscendi ergo sunt hominum affectus: ut ex diuersitate complexionum: prout nobis commodum erit: eorum animi uel ad beneuolentiam: uel ad indignationem: uel ad misericordiam trahantur. Nam si homo colericus fuerit ad iracundiam facile concitatur. Si sanguineus ad beneuolentiam inducitur. Si melancholicus ad odium. Aut sedandis: si ad misericordiam traducere uolet orator. Excitandis: si ad odium & indignationem. Illud per conquestionem fiet incommoda nostra commemorando. Hoc per amplificationem aduersariorum crimina exaggerando.

Ac primo quidem totius rationis ignari: qui neque exercitationis ullam uim: neque aliquod præceptum artis arbitrarentur: tantum quantum ingenio & cogitatione poterant: consequebantur. Post autem auditis oratoribus Græcis: cognitisque eorum literis: adhibitisque doctoribus: incredibili quodã nostri homines dicendi studio flagrauerunt. Excitabat eos magnitudo: ac uarietas: multitudoque in omni genere causarum: ut ad eam doctrinam: quam suo quisque studio adsequutus esset: adiungeretur usus frequens: qui omnium magistrorum præcepta superaret. Erant autem huic studio maxima: quæ nunc quoque sunt: exposita præmia: uel ad gratiam: uel ad opes: uel ad dignitatem. Ingenia uero: ut multis rebus possumus iudicare: nostrorum hominum multum cæteris hominibus omnium gentium præstiterunt. Quibus de causis quis nunc iure miretur: ex omni memoria ætatum: temporum: ciuitatum: tam exiguum oratorum numerum inueniri? Sed nimirũ maius est hoc quiddam: q̃ homines opinantur: & pluribus ex artibus: studiisque collectum. Quis enim aliud in maxima discentium multitudine summa magistrorum copia præstantissimis hominum ingeniis: infinita causarum uarietate: amplissimis eloquentiæ propositis præmiis esse causæ putet: nisi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? Est enim & scientia comprehendenda rerum plurimarum: sine qua uerborũ uolubilitas inanis atque irridenda est. Et ipsa oratio conformanda non solum electione: sed etiam constructione uerborũ: & omnes animorum motus: quos hominum generi rerum natura tribuit: penitus pernoscẽdi: quod omnis uis: ratioque dicendi in eorum qui audiunt mẽtibus: aut sedãdis aut excitandis exproméda ẽ.

Accedat eodem oportet: hoc pertinet ad confirmationem & confutationē: tametsi enim in principiis & conclusionibus præcipue seruandum est: ut beneuoli reddantur auditores: tamen hoc quoq; per totam orationē seruandum est. Facetiæq;: facetiæ autem nonnunquā etiam animos auditorum oblectant: & aduersarios plerunq; confundunt. Ergo his in confirmatione: & in confutatione utendum est. Lepos facetiæq;: est autem lepos oratio continua & iucunda: facetiæ autem oratio breuis & iucunda. Respondendi: ad confutationez. Lacessendi: ad confirmationem. Venustate: ad leporem. Vrbanitate: urbanitas: & leporem & facetias cōplectitur. Tenenda: hoc ad exornandam & locuplectandam pertinet argumentationez.

Lepos
Facetiæ

Accedat eodem oportet lepos quidam: facetiæq;: & eruditio libero digna: celeritasq;: & breuitas: & respondendi: & lacescendi: subtili uenustate atq; urbanitate coniuncta. Tenenda præterea omnis antiquitas: exemplorumq; uis: neq; ius legum aut ciuilis iuris scientia negligenda est. Nam quid ego de actione ipsa plura dicam: quæ motu corporis: quę gestu: quæ uultu: quæ uocis conformatione: ac uarietate moderāda est: quæ sola per seipsa sit histrionum leuis ars & scęna declarat. In qua cum omnes in oris & uocis & motus moderatione laborent: qs ignorat quā pauci sint: fuerintq;: quos animo ęquo spectare possumus? Quid dicam de thesauro rerū omniū memoria: quæ nisi custos inuentis: cogitatisq; uerbis & rebus adhibeat: intelligimus omnia etiam si præclarissima fuerint: in oratore peritura? Quamobrem mirari desinamus: quæ causa sit eloquentium paucitatis: cū ex iis rebus uniuersis eloquentia constet: in quibus singulis elaborare permagnum est. Hortemurq; potius liberos nostros cæterosq;: quorum gloria nobis: & dignitas chara est: ut animo rei magnitudinem complectantur. Neq; eis aut præceptis: aut magistris: aut exercitationibus: quibus utuntur oēs: sed aliis quibusdam se id quod expetunt: consequi posse confidant. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator: nisi erit omnium rerum magnarum: atq; artium scientiam consecutus. Etenim ex rerū cognitione efflorescat: & redundet oportet oratio: quæ tui si sit ab oratore percepta & cognita: inanem quandam habet elocutionē & pene puerilem. Neq; uero hoc ego tantum oneris imponam nostris præsertim oratoribus: in hac tanta occupatiōe urbis ac uitæ: nihil ut iis putem licere nescire. quāq; uis oratoris professioq; ipsa bene dicēdi hoc

Iuris ciuilis: hoc etiam præcipit Quintilianus libro institutionum ultimo, ait enim: Iuris quoq; ciuilis scientia necessaria huic uiro est: & morum ac religionum eius reipublicæ quam capesset. Nā de actione ipsa: hoc pertinet ad pronunciationem quæ uoce, uultu, & gestu corporis moderanda est: quę pars difficilis ē: sicut Demostheni uidebatur. Ex quo cum quæreretur: quid esset primum in oratore? respondit: Pronunciatio. Quid secunduz? Pronunciatio. Quid tertium? Pronunciatio.

Pronūciatio est apta in oratore

Motu corporis: omnis pronunciatiōis ratio in duas partes diuiditur: in uocis figuram: & corporis motum. Motus autem corporis in uultus & gestus moderatione continetur: in uultu pudorem & acrimoniam esse oportet: in gestu uero uenustatem conspiciendam nō turpitudinem. Figura uocis in tres partes diuiditur: in magnitudinem, firmitudinē, mollitudinem. Quæ quanta sit: cum multi fuerint: qui fabulas in theatro recitauerint: pauci adhuc inuenti sunt: qui spectatoribus placuerit: cum unus tantummodo Ciceroni placuerit: quem delitias suas appellabat: Roscius uidelicet: ex quo deprehendi facile potest q̄ difficilis sit pronunciandi ratio. Nam si in re leui & inani: utpote ludrica pronunciatio tanti fuit quanto magis ea in oratore æstimanda est. Quid dicam de thesauro? idest repositione. nam inuenta & excogitata in memoria reposita: fideli custodia seruantur. Rerum omnium: scilicet inuentionis: in qua continetur exordium: narratio: diuisio: confirmatio: confutatio: & cōclusio. Inuentis: cogitatis. inuēta ad res ueras: cogitata ad uerisimiles pertinent. Rebus & uerbis: res ad inuentionem: uerba ad elocutionem pertinēt. Hortemurque potius: q̄ admiremur: ac si diceret: Omissa admiratione liberos nostros hortemur: ut cogitent quanta sit huius rei magnitudo.

Inuenire
Cogitare

Quibus utuntur omnes: scilicet uulgo. Præceptis: quæ de hac arte tradita sunt. Aut magistris: rhetoribus. Aut exercitationibus. i. declarationibus. Sed aliis quibusdam: uidelicet his quæ a nobis in his libris traduntur.

Ac nisi erit omniū rerū: quantum ad antiqtatis memoriā. Exempla enim antiquoꝝ ad id ualēt: ut argumentationē nostrā & confirmēt & exornēt. Magnarumq; artiū: ad oēs artes quæ liberales appellantur. Ex rerū cognitione efflorescat & redūdet oratio: ut Hora. Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ. Efflorescat: ad exornationē. Redundet: ad locupletationē. Percepta: ad memoriā. Et cognita: ad intelligētiam. Neq; uero: tacitæ q̄stioni respōdet. Nā obiici posset: tantū oratori præcipi: quantum assequi nemo possit: & pręsertim occupatus homo sicuti Romani ciues: qui nō solum in studiis literarum exercentur: sed etiā in gerendaꝝ rerum exercitatione uersantur. Nostris præsertim oratoribus: quia hoc fortasse græcis imponi posset? qui otio abundant: ut omnia complecti possint. Vrbis ac uitæ: rempublicam & priuatam innuit. Nihil ut his putem licere nescire: idest ut existimem necessarium esse oratorem omnia scire.

Suscipere:ad studium. Polliceri:professione. Vt omni de re:ergo si officium oratoris est omni de re:quæ cunque proposita sit ornate:copioseque differere:sequitur oportere eum omnium rerum habere scientiam. Sed quia non dubito:quanuis uideatur hoc esse oratoris officium: ut dixi. Tamen quia uideo Græcos, qui otio abundant:non aliis negociis occupati:sicut Romani:ut possent suum omne tempus in studiis literarum consumere:noluisse tamen oratorem omnia complecti. Sed a cæteris artibus separasse hanc dicendi ratione: quæ in forensibus disceptationibus iudiciorum, & deliberationum uersatur:& hoc unum genus oratori reliquisse. Ego quoque in his libris amplectar: quæ ad hanc partem pertinere putauerunt.

Hoc immensum:magnitudine. Infinitū: numero. Sed etiam otio:contra illud in tanta occupatione urbis ac uitæ. Neque in uniuerso genere singulos: ac si diceret uniuersos omnes artes consequi potuisse: sed singulos certe uniuersas artes non fuisse complexos. A cæteris dictionibus:scilicet physicis & moralibus. Iudiciorum aut deliberationum: ui detur duo tantum genera causarum inuenire:sed tamen altius intuenti:tria genera fuisse complexum inueniet. Nam demonstratiuū genus, de quo tacuisse uidetur hoc loco, sub iudiciali continetur. Est autem genus iudiciale:quod in controuersia positum habet in se accusationem aut petitionem cum defensione. Demonstratiuum uero quod attribuitur in alicuius certæ personæ laudem: uel uituperationem:sed aliquē accusare non possumus: quin eundē uituperemus: nec defendere quem non laudemus. Apparet ergo sub iudiciali recte genus quoque demonstratiuum intelligi.

Genus iudiciale & demōstratiū

Repetamque non ab incunabulis: idest repetam non quæ a prima ætate didici: aut etiā tradidi:sed quæ intelligo in disputationibus nostrorum hominum eloquentissimorum esse uersata. Et hic facit auditorem attentum: quia dicit se non usitata:sed noua de arte oratoria præcepta traditurum. Quendam ordinem præceptorum:ut dicam, tria esse genera causarum:demonstratiuum, deliberatiuū, & iudiciale. Deinde quinque esse partes integrales rhetoricæ facultatis: inuentionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, & pronunciationem. Postea inuentionis partes esse:Exordium, narrationem, diuisionem, confirmationē, confutationem, conclusionem:& reliqua per ordinem digerere. Hoc non fuit propositum meum. In nostrorum hominum:ut Crassi, aut Antonii. Sed quoniam illa pateant in promptuque sint omnibus:ac si diceret:Nemo est, qui nesciat tria esse genera causarum:quinque partes rhetoricæ facultatis:deinde inuentionem diuidi in partes instrumenti. Aut ornatius explicari:aut planius exprimi:propria aduerbia:uerbis reddidit & recte:nam aduerbia sunt quasi uerborum epitheta. Explicare est proprie extendere, & explanare. Exprimere est pene rei ipsius imaginem describere. Vt eorum auctoritatem:uidelicet Crassi & Antonii.


Explicare
Exprimere

suscipere ac polliceri uideatur:ut omni de re: quæ cūque res sit proposita:ornate ab eo:copioseq̄ dicatur. Sed quia non dubito:quin hoc plerisque immensum:infinitumque uideatur:& q̄ Græcos homines non solum ingenio & doctrina: sed etiam otio:studioque abundantes portionem quandam artium fecisse uideo:neque in uniuerso genere singulos elaborasse:sed seposuisse a cæteris dictionibus eam partem dicendi:quæ in forensibus disceptationibus iudiciorum:aut deliberationum uersaretur:& id unum genus oratori reliquisse. Non cōplectar in his libris amplius:q̄ q̄ huic generi re quæsita:& multum disputata:summorum hominum prope consensu est tributum. Repetāq̄ non ab incunabulis nostræ ueteris:puerilisque doctrinę quendam ordinem præceptorum: sed ea quæ quondam accepi in nostrorum hominum eloquētissimorum:& omni dignitate principum disputationibus esse uersara. Non q̄ illa contemnam: quæ Græci dicendi artifices: & doctores reliquerunt: sed quoniam illa pateant:in promptuque sint omnibus:neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari:aut planius exprimi possint. Dabis hanc ueniam mi frater:ut opinor:ut eorum quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est: auctoritatem Græcis anteponam.

Cum igitur


Vm igitur uehementius. Expedito primo huius operis tractatu: qui locum procemii obtinet: nam & beneuolentiam captauit a persona sua: cum incommoda sua cōmemorauit: & attentum fecit auditorem: cum se noua & inusitata de hac arte præcepta traditurum ostendit. Sequitur secundus tractatus: in quo disputationis futuræ introductio continetur. Est autem huiusmodi: Cum seditione intestina senatus, & equestris ordo disceptaretur: Drusus Tribu. ple. causam senatus suscepit: & ut uires acquireret perniciosa largitione: lata lege Agraria plebem excitauit. Huic rogationi resistebat consul Philippus: qui largitionem illam ex dignitate senatus non esse uidebat: hic cum grauiter in senatum esset inuectus: & ei segnitiem pro rostris exprobrans dixisset: alio mihi senatu opus ē. Idq; Crassus uir summus & eloquētissimus grauiter ferret lictorem immisit: qui ei manum iniiceret. Illo repulso: non es, inquit, mihi Philippe consul: qm nec ego tibi senator sum. Sub hanc disceptationem dicitur Crassus cā recreandi se cū Antonio & duobus adulescentibus, Cotta & Sulpitio: in agrum Tusculanum recepisse.

DIALOGVS. INCIPIT NARRATIO.


Vm igitur uehementius in ueheretur in causam principum cōsul Philippus: Drusiq; tribunatus pro senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitariq; uideretur: memini dici mihi ludorum Romanorū diebus L. Crassum quasi colligēdi sui causa se in Tusculanum contulisse eodem socerum eius: qui fuisse Quintus Mutius dicebatur: & M. Antonius homo & consiliorum in repub. socius: & summa cū Crasso familiaritate coniunctus. Exierant autem cum ipso Crasso adulescentes & Drusi maxime familiares: & in quibus magnam tum spem maiores natu dignitatis suæ collocarant: C. Cotta: qui tribunatum petebat: & P. Sulpitius: qui deinceps eum magistratū petiturus putabatur. Hi primo die temporibus illis: deque uniuersa repu. quam ob causam uenerant multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti sunt: quo quidem sermone multa diuinitus a tribus illis consularibus Cotta deplorata: & cōmemorata narrabat. ut nihil incidisset postea ciuitati mali: quod non impendere illi tanto ante uidissent. Eo autem omni sermone confecto tantam in Crasso humanitatem fuisse: ut cū lauti accubuissent: tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis: eaque esset in homine iucunditas: & tantus in loquendo lepos: ut dies inter eos curiæ fuisse uidereť conuiuium Tusculani. Postero autem die cum illi maiores natu satis quiessent: & in ambulationē uentum esset: dicebat tum Scæuolam duobus spatiis: tribusue factis dixisse: Cur non imitamur Crasse Socratem illum qui est in Phædone Platonis? Nam me hæc tua platanus admonuit: q̄ nō minus ad opacandū hunc locum patulis diffusa est ramis: q̄ illa cuius umbram secutus est Socrates: quæ mihi uidetur

In causam principum. i. in senatus: qa senatus impotentiam equestris ordinis ferre nolebat: quam in iudicii exercebat: nam iudicia a senatu ad equites translata erant: quæ Senatus reuocare studebat. Ludorum Romanorum. i. Circensium. Quasi colligendi. i. recreandi. ut ipse in Verrinis: Manifesto furto perturbatus ubi se collegit. i. recreatus est. A tribus illis: Crasso, Mutio, & Antonio. Deplorata: quia incōmoda reipub. miserabantur. Quod non impendere illi tanto ante uidissent: diuinarunt inquit uiri illi cōsulares imminere reipubli. quod postea re ipsa sumus experti. Humanitatē: quæ est uni homini data ex uniuersis animantibus: unde ab homine appellatur humanitas. Lauti: a lauro lautitia dr. Vt dies inter eos curia: tanta iucunditate conuiuiū in Tusculano celebrarunt: ut eo die uisi sint in senatu fuisse. Duobus spatiis tribusue. i. cum bis terue deambulassent. Socratem illum: qui est in Phædone Platonis. nam Plato induxit Socratem præceptorem suum cum Phædone de aīa disputantem: ubi subtili & exactissima disputatione oīa, quæ ad animam pertinent, philosophus ille complexus est. Dicitur aūt libellus ille: qui adhuc extat. Fuit autem Phædon Helidensis Socrati & Platoni familiarissimus: conditione seruus: forma tamen atque ingenio liberalis: ab Alcibiade seu Critone, Socrate monente, redemptus: cum a Lenone domino infami quæstui intra celam se cogeretur addiscere. Is postea philosophus illustris fuit. Opacandum: inumbrandum. Quam illa cuius umbram secutus est Socrates: sic enim inducitur Socrates sub umbra illius arboris disputare. Quæ mihi uidetur non tam aquula: Plato describit circa platanū fuisse riuulū discurrētis aquæ: qui radices arboris rigaret: & eam frondibus lætiorem redderet. Locum hunc autē ita describit Plato: ut quodāmodo uideatur amœnitate sua ad disputandum Socratem inuitare. De platano plura in naturali historia scribit Plinius. Vnam dicit fuisse cubitorum triginta unius: radice ramos antecedente: atque ambulatione academica celebratam: de qua hoc loco Cicero loquitur.

Humanitas unde

Non tam ipsa aquula: idest parua aqua. Dicitur autem aqua a qua uiuimus. Quam Platonis oratione creuisse: nam quia inducit Socratem sub ea arbore disputantez: ideo ipsius arboris perpetua memoria manet. Durissimis pedibus: hoc de Socrate legitur: quod ab ortu Solis: usque ad occasum in iisdem uestigiis immotus: uno intuitu steterit. auctor est Gellius. Meis pedibus: qui sunt molliores. Ibi ut ex pristino sermone: in hoc capite secundi tractatus continetur: quomodo disputatio de studiis dicendi oritur a Crasso: quæ studia cũ ex rebus multis: tum ex auctoritate sermonis: & partim etiam ex urbium constitutione laudantur. In prima parte huius artis ostendit utilitatem. In secunda præstantiam. In tertia uirtutez eloquẽtiæ. Pristino sermone: quem de discrimine reipublicæ habuerant. De studio dicendi: uidelicet laudasse studia eloquentiæ. Tantam facultatem: facultas omnium artium genus est. Sic enim diffinire possumus: ut Dialectica facultas differendi. Logica facultas inueniendi. Rhetorica facultas dicendi. Est autem facultas uis quædam quæ facit: ut id facilius fieri possit: quod de unaquaque arte præcipitur. Aequalibus: idest æquæuis. Quã posse dicendo: tres orationis singulares tangit partes: uidelicet docere: delectare: & mouere. cuz enim dicit. Tenere hominum cœtus: quantum ad docere. Mentes allicere: quantum ad delectare. Voluntates impellere: quãtum ad mouere. Hæc una: argumentatur ab utili. Libero populo: qui rerum potitus est: ut populus Romanus, & Atheniensis. Floruit: ad honorem & dignitatem. Dominata: ad opes & potentiã. Quod omnibus natura sit datum: quod a natura omnibus datum est: ut loqui possint. Qui uero id excellenter facit: uel solus uel cum paucis: num ne omni admiratione prosequendus est? Aut tam iucundum: ad gratiam pertinet: & dignitatem. Sumit autem argumentum a facili: simul & iucundo. Aut tam potens: ad id quod dixit supra: dominata est. Sententiis & uerbis: utranque tangit ornationem & uerborum & sententiarum. Populi motum: in rostris concionãdo. Iudicum religiones: in foro causidicando. Senatus grauitatem: in dicendo sententiam. Iudicum autem religiones ideo dixit: quia iurati iudices exercebant iudicia. Tã liberale: liberalis dicitur: qui rogatus. munificus qui sponte beneficium contulit. Quid autem? argumentatur a tuto. Quam opem ferre: singula singulis reddit: ut ostendat differentiam liberalis: & munifici. Supplicibus: ad id quod dicit liberale. Excitare afflictos: quantum ad munificum. Dare salutem: scilicet petentibus quantum ad liberale. Periculis liberare: etiam non petens: quantum ad munificum. Retinere in ciuitate homines: ad utrunque refertur. Tenere arma: idest eloquentiam. Sic ipse in arte ueteri: Qui uero ita est armatus eloquentia. Vel tectus: in defendendo. Prouocare: lacessendo & accusando. Age uero: ostendit etiam otiosis eloquẽtiam utilem esse. Forum: causidicus. Subsellia: concionator. Curia: senator. Subsellia autem sunt: in quibus triumuiri, Tribu. plæ. Quæstores: uidelicet minores magistratus, iudicia exercere solebant. non in sellis curulibus: sicut consules & prætores.

Facultas quid sit

Liberalis

Munificus

Subselia

non tam ipsa aquula quæ describitur: q̃ Platonis oratione creuisse: & quod ille durissimis pedibus fecit: ut se abiiceret in herba: atq; itaq; philosophi diuinitus ferunt esse dicta: loqueretur: id meis pedibus certe concedi est æquius: tum Crassum. Immo uero commodius etiã: puluinosque poposcisse: & omnes in his sedibus: quæ erant sub platano consedisse dicebat. Ibi ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium: solebat Cotta narrare. Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. Qui cum ita esset exorsus: Non sibi cohortandum Sulpitium & Cottam: sed magis utrunq; collaudandum uideri: q; tantam iam essent facultatem adepti: ut non æqualibus suis solum anteponerentur: sed cum maioribus natu compararentur. Neque uero mihi quicquam inquit præstabilius uidetur: q̃ posse dicendo tenere hominum cœtus: mentes alicere: uoluntates impellere quo uelit. unde autem uelit deducere: hæc una res in omni libero populo: maximeque in pacatis: tranquillisque ciuitatibus: præcipue semper floruit: semperque dominata est. Quid enim est aut tam admirabile q̃ ex ĩfinita multitudine hominum existere unum: qui id quod omnibus natura sit datũ: uel solus: uel cum paucis facere possit? Aut tam iucundũ cognitu atque audiru: q̃ sapientissimis sententiis: grauibusque uerbis ornata oratio: & perpolita. aut tam potens atque magnificum: q̃ populi motus: iudicum religiones: senatus grauitatem: unius oratione conuerti? Quid tam porro regiũ: tam liberale: tam munificum: q̃ opem ferre supplicibus: excitare afflictos: dare salutem: liberare periculis: retinere homines in ciuitate? Quid autem tam necessarium: q̃ tenere semper arma: quibus uel tectus ipse esse possis: uel prouocare improbos: uel te ulcisci lacessitus? Age uero ne semper forũ: subsellia: rostra: curiamq; meditere: quid eẽ potest in otio aut iucundius: aut magis proprium humanitatis: q̃ sermo facetus: ac nulla in re rudis? Hoc enim uno pręstamus uel maxime feris: q; colloquimur iter nos: & exprimere dicẽdo sensa possumus.

Quæuis: alia. Fera:efferata. Humanum cultum:ad id quod dixit fera. Ciuilem:ad id quod dixit agresti. Aut dispersos homines:sic in arte ueteri:Qui dispersos in agris homines:& in tectis siluestribus abditos ratione quadam compulit,& unum in locum congregauit. Aut iam constitutis ciuitatibus:leges:iudicia:iuraq; describere. Sensus est:Aut ciuitates constituere,aut constitutas seruare. Hoc uno cum in cæteris fere similes sumus animantibus:in hoc excessimus. Sensa:sensus sunt quibus sentimus:sensa uero quę sentimus. sicut auditus & audita. Sunt enim quedam nomina:quæ in numero singulari quartæ sunt declinationis:& masculini generis. in plurali uero neutra,& declinationis secundæ. Ac ne plura quæ sunt innumerabilia:ac si diceret:Si omnia uoluerim eloquentiæ ornamenta:atq; adiumenta narrare:longum nimis erit,atq; prolixum. Sic enim statuo:breuiter per enumerationem comprehendit omnia:quæ sparsim per totam orationem diffudit. Moderatione:translatio ab auriga:quia ut ille equis:sic animus hominis moderatur oratore. Vnde recte Græci moderationem μιτριοτην appellant. Bene autem sapientiam coniungit: nam eloquentia sine sapientia plerunq; obfuit:nunquam autem profuit. Tum Scæuola: Scæuola neq; urbes ab initio per oratores constitutas: aut conseruatas. neq; eos esse in omni genere sermonis perfectos contra Crassum disputat.& in prima quidem parte proponit duo membra:quæ Crassus de laudibus eloquentiæ dixit:quæ non concedit. In secunda parte primum membrum refellit. In tertia secundum. Et primum quidem est:Oratione eloquentis constitutas esse ciuitates, atque seruatas. Secundum: Oratorem in omni genere dicendi esse perfectum. Ac primum quidem membrum in duas partes scinditur:prima in qua refellit Scæuola ciuitates a disertis hominibus:& ornate dicentibus esse constitutas. Altera in qua reprehendit easdem per oratores esse seruatas. secundũ uero membrum simplex est. C. Lælii soceri mei:qui & ipse eloquentissimus fuit. Foro: in quo iudiciale genus tractatur. Concione: in qua demonstratiuum. Senatu:ubi deliberatiuum. In omni genere sermonis & humanitatis:quo dicto:omnes artes,& studiorum genera complectuntur. Humanitas autem est eruditio:institutioque in bonas artes. non autem dexteritas quædam:ut multi existimant.

Sensus
Sensa

Quamobrem quis hoc non iure miretur:summeq; in eo elaborãdum esse arbitretur:ut quo uno homines maxime bestiis præstẽt:in hoc hominibus ipsis antecellat? Vt uero iam ad illa summa ueniamus:quæ uis alia potuit:aut dispersos hoies unũ in locum congregare? aut a fera:agrestiq; uita ad hunc humanum cultum:ciuilemque deducere? aut iam constitutis ciuitatibus:leges:iudicia:iura describere. Ac ne plura quæ sunt innumerabilia cõsecter:comprehendam breui. Sic enim statuo perfecti oratoris moderatione & sapientia:non solũ ipsius dignitatem:sed & priuatorum plurimorum & uniuersę reipub. salutẽ maxime contineri. Quã obrem pergite(ut facitis)adulescentes:atq; in id studium in quo estis:incumbite:ut & uobis honori:& amicis utilitati & reip. emolumento esse positis. Tum Scæuola comiter ut solebat:Cętera inqt assentior Crasso:ne aut de C. Lælii soceri mei:aut de huius generi?aut arte:aut gloria detraham:sed illa duo Crasse uereor:ne tibi possim concedere. Vnum q; ab oratoribus ciuitates:& ab initio constitutas:& sæpe conseruatas esse dixisti. Alterum q; remoto foro:concione:iudiciis:senatu:statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectum. Quis enim tibi hoc concesserit:aut initio genus hominum in montibus ac siluis dissipatum non prudentium consiliis compulsum potius:q̃ disertorum oratione delinitũ:se oppidis:mœnibusq; sepsisse? Aut uero reliquas utilitates:aut instituendis:aut in conseruandis ciuitatibus:nõ a sapientibus & fortibus uiris:sed a disertis ornateq; dicentibus esse constitutas? An tibi Romulus ille:aut pastores & conuenas congregasse:aut Sabinorũ cõnubia cõiũxisse:aut finitimorũ uim repressisse eloquẽtia uisus:nõ cõsilio & sapiẽtia singlari?

Humanitas

Quis enim?incipit primi membri primam partem refellere.& uult quod Crassus eloquẽtiæ concesserat:prudentis uiri consilio potius attribuendum. Delinitum:delinire est placare & delectare. Ipse ad Cæsarem: Voluptatis illecebris delinitus. A sapientibus:consilio. A fortibus:uiribus corporis. nam alterum alterius indiget auxilio. ut etiam ait Sallustius:& ipse exemplo sequenti demonstrat. A disertis:non dicit eloquentibus. Nam eloquens dicitur:cuius oratio est grauibus sententiis referta:& ornatis distincta uerbis. Disertus uero:qui ornatissimis uerbis redundat. An uero:exemplis incipit exornare suã argumentationẽ:uidelicet non fuisse a disertis uiris conseruatas ciuitates. Pastores aut conuenas congregasse: cum asylum aperuit: quod Athenis primi instituerant Herculis filii:timentes eos:qui a patre iniuriam acceperant:ad quorum postea similitudinem Romulus & Remus eiusmodi templum aperuerunt. Aut Sabinorum connubia coniunxisse:nota est historia: quemadmodum Romulus cum a finitimis per legatos connubia impetrare non posset: a quibusdam etiam superbum satis responsum accepisset: dicentibus ecquid fœminis quoque asylum aperuisset:ad enim de-

Delinio
Eloquens
Disertus

mum compar cõnubium fore: iram dissimolans quammagnificentissimo potuit apparatu ludos instruxit: ut

Raptus Sabinarum

rem claram: expectatamq; faceret. Quo cum ex cæteris popolis multi conuenissent: Sabini omnium proximi ferme omnes conuenere. Ibi cum omnes ludis intenti essent: ex composito dato signo: iuuentus Romana passim ad uirgines rapiendas discurrit. Hic finis ludorum fuit. Patres uirginum mœsti rediere. Hac de causa a tribus simol popolis bellum Romanis indictum: ab Antenatibus: Crustumenus: Ceninensibus: quos Romulus haud difficulter subegit. A Sabinis postremo bellum indictum: multoq; id maximum: quod tamen ipsum euẽtu felici confectum est. His rebus apparet, inquit, Romulum consilio & uiribus magis: q̃ eloquentia ciuitatem nostram instituisse. Finitimorum uim repressisse: hoc ad uires pertinet. unde supra dixit: a sapiẽtibus: & fortibus. Vim autem finitimorum repressit eo modo: quo diximus. Quid enim in Numa Pompilio? Quid in Seruio Tollo? Quid in cęteris regibus? qui omnes (ut inquit Liuius) merito orbis conditores appellari possunt. Mente nõ lingua: idest consilio: nõ eloquentia: & instrumentum posuit pro re. Nam a mente consilium: a lingua proficiscitur eloquentia. Ex hoc quoq; patet: quo modo Brutus stoltum se finxerit: ut apud regem tutus esset: donec ei regnum extorsit. Quid exactis regibus? scilicet fuit in pricipibus ciuitatis. Ego uero: oratorie agit. Postq̃ enim refutauit argumenta aduersarii: sua confirmat. Dicit enim non solum eloquentes non instituisse ciuitates: sed institutas euertisse plerũq;. Tiberium & Cn. Sempronios: qui Tiberii Gracchi filii fuerũt.

Mors Gracchorum

hi cum intenderent ferre leges Agrarias: quæ reipu. perniciosæ erant: interempti sunt: Alter a Scipione Nasica: alter ab L. Opimio cõsule. Libertinos in urbanas tribus transtulit: qd' etiam multis annis ante Q. Fabius fecerat: q ex illo maximus cognominatus ẽ. Et hoc idẽ factum est: quia magnum erat reipubli. detrimentum: & summæ causa seditionis: si libertini per se suffragia ferrent. Nam libertini subornabantur a principibus ciuitatis: ut suffragia eorum: quocunq; uellent, traherent: & ita magistratus: ac imperia indignis plerunq; demandabãtur. Sed postq̃ in tribus urbanas trãslati sunt: necesse erat: ut cum aliis non separatim suffragia ferrent. Censor. s. cũ Claudio. At uero: ostendit per comparationem plus ualuisse patrem consilio sine eloquentia: q̃ filios eloquentia: immo illum plurimum profuisse reipubl. hos maxime nocuisse. Naturæ: ad ingenium. Doctrinæ: ad industriam. Vel auitis armis. s. armis Scipionis Africani superioris: qui pater Corneliæ fuit matris Tiberii & C. Gracchorum. Gubernatione unius: ironice loquit'. Dixerat. n. Crassus: Sic enim statuo: pfecti oratoris moderatione. Quid leges? ordo est: Nũ aũt inuentæ sunt? zeugma. n. est ab inferiori: pergit aũt refellere ab oratoribus ciuitates esse cõstitutas: atq; seruatas. An inquit in eo: q ad leges: & mores: & auspicia & religiones ptinet ciuitates ab oratoribus cõstitutæ & cõseruatæ sunt? Leges: q. xii. tabu. continent'. Primum. n. in ciuitate ab Athenis latæ fuerunt: qbos remp. constituere. Ante eas. n. nullæ erant apud Romanos scriptæ leges. Moresq; maiorum: mos cũ plus aliquanto in ciuitate inualuerit p legibus hr'. Quid auspicia? quia apud Ro. nihil publice nec priuatim gerebant': nisi captis auspiciis. Vnde ẽt auspicia ĩ nuptiis adhibebant'. ut apud Lucanũ: Cõtentiq; auspice Bruto. Quibus ego & tu Crasse: nam Scæuola & Crassus augures fuere. Quid religiones & cerimoniæ: nã pontifices docebãt quibus diebus: q bosue hostiis sacrificandũ esset: in qbus religiones & cerimoniæ continent'. Equidem: exemplo pbat nõnullis oratoribus. & his q maxime laudibus eloquẽtiæ pstarẽt: ius ciuile ĩcognitũ fuisse: quo maxie ciuitates cõstituunt' atq; seruant'. Sergiũ Galbã, & M. Aemiliũ Porcinã: & C. ipm Carbonẽ: hi suis tpibus clari oẽs oratores extiterũt: ut ẽt ipse Cic. i lib. de claris oratoribus oñdit.

Quid enim in Numa Pompilio? quid in Seruio Tullo? quid in cæteris regibus: quorũ multa sunt eximia ad constituendam rempub. num quod eloquentię uestigiũ apparet? Quid exactis regibus? tam & si ipsam exactionem mente non lingua perfectam L. Bruti esse cernimus: sed deinceps omnia nonne plena consiliorum: inania uerborum uidemus? Ego uero si uelim nostræ ciuitatis exemplis uti: & aliarum plura proferre possim detrimenta publicis rebus: q̃ ad iumenta per homines eloquẽtissimos importata. Sed ut reliqua prætermittam: omnium mihi uideor exceptis Crasse uobis duobus eloquẽtissimos audisse T. & C. Sempronios: quorum pater homo prudens & grauis: haud q̃q̃ eloquens: & sæpe alias: & maxime censor saluti rei publi. fuit. Atq; is non accurata quadam orationis copia sed nuda: atq; uerbo libertinos in urbanas trĩbus transtulit. quod ni fecisset: rempu. quam nunc uix tenemus iam diu nullam haberemus. At uero eius filii deserti: & omnibus uel naturæ uel doctrinæ præsidiis ad dicendum parati: cum ciuitatem uel paterno consilio: uel auitis armis florentissimã accepissent ista præclara gubernatrice (ut ais) ciuitatem eloquentia remp. dissipauerunt. Quid leges ueteres moresq; maiorum? Quid auspicia: quibus ego & tu cum magna reipu. salute præsumus? Quid religiones & cerimoniæ? quid hęc iura ciuilia? quę iam pridem in nostra familia sine ulla eloquentiæ laude uersant'. Num aut inuenta sunt: aut cognita: aut oĩno ab oratorũ gñe tractata? Equidẽ & Ser. Galbã memoria teneo: diuinũ hoĩem in dicẽdo: & M. Aemiliũ Porcinã: & C. ipm Carbonẽ

Quem tu adoleſcentulus perpuliſti: Craſſus adoleſcens Cn. Carbonem ſibi inimiciſſimum accuſauerat: & cum ſcrinium eius complura continens: quibus facile Carbo opprimi poſſet: allatū eſſet a ſeruo: ut erat ſignatum cum ſeruo cathenato ad eum remiſit: ut animi magnitudinem oſtenderet. In hac accuſatione Craſſus ſuperior euaſit. In iure ciuili: ius ciuile genus eſt: comprehendit enim & leges: & inſtituta maiorum. Quod pudeat: pro cuius pudeat. Nam hoc uerbum aliquando eſt perſonale. Quod uero: poſtquam primum membrū confutauit: uidelicet non eſſe ab oratoribus ciuitates conſtitutas & conſeruatas: quod in duas partes diuiſum Ius ciuile quid

quem tu adoleſcentulus perpuliſti: ignarum legū: hæſitantem in maiorum iſtitutis: rudem in iure ciuili: & hæc ætas noſtra præter te Craſſe: q tuo magis ſtudio q̄ proprio munere aliquo diſertorū: ius a nobis ciuile didiciſti: quod interdum pudeat iuris ignara eſt. Q d uero in extrema oratione quaſi pro tuo iure ſumpſiſti: oratorem in omnis ſermonis diſputatione copioſiſſime uerſari poſſe: id niſi hic in regno eſſemus: non tuliſſem: multiſq; præeſſem: qui aut interdicto tecum contenderent: aut te ex iure manu conſertum uocarēt: q in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. Agerent enim te cū lege primum Pythagorei omnes: atq; Democriti: cæteriq; in ſuo genere phyſici: uindicarentq; ornati in dicendo & graues: quibus cum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret. Vrgerent præterea philoſophorum greges: iam ab illo fonte & capite Socrate: nihil de bonis rebus in uita: nihil de malis: nihil de animi permotionib⁹: nihil de hominum moribus: nihil de ratione uitæ didiciſſe: nihil omnino quæſiſſe: nihil ſcire conuincerent. Et cum uniuerſi in te impetum feciſſent: tum ſingulæ familiæ litem tibi intenderent. Inſtaret academia: quæ quicquid dixiſſes: id teipſum negare cogeret.

erat tranſit ad ſecundum: uidelicet oratorem in omni genere ſermonis eſſe perfectū: & hoc quoq; reprehendit. Niſi in tuo regno: ideſt i Toſculano tuo: & urbane hác ſermonis Craſſi confutationem ſuſcipit & iocatur Scęuola. Multiſq; præeſſem. i. me ducem præſtarem his qui tecum contendere uellent. Et bene p̄eſſem dicit: quaſi aduocatus. nam iuriſconſultos erat. Qui aut interdi. tecum cō. interdictū uocat formas & cōceptiones uerboꝝ: qb⁹ cōtēdere ſolēt iter ſe nōnulli de poſſeſſiōe: aut q̄ſi poſſeſſione alicuius rei: cū prætores: aut aliquid fieri permittunt: aut prohibent. Eſt ergo interdictum: ut ſommatim dicam: prætoria prohibitio de poſſeſſionis perturbatione: quoties prætor prohibet: ne aliquis de poſſeſſione perturbetur. Dicit ergo multis præeſſe: qui tecum prohibitione prætoria agerent: ne eos de poſſeſſione perturbares: ut philoſophi: quia oratoribus uendicas: quod eorum ꝓprium eſt. Aut te ex iure conſertum: ideſt ad cōſerendum: hoc eſt conteſtata lite in ius uocarent. Lis dicebatur eſſe conteſtata: cum utriſq; patribus exiſtentibus ad pretorē dicitur: Eſtote teſtes. hoc modo: Cum accuſator & reus in iudicium ueniſſent. altera pars ſcilicet accuſatoris ſummam cauſæ narrabat. Deinde his qui aderant, dicebat: Teſtes eſtote: tū utraq; pars ius ſuum quærebat. ut exempli gratia: Eſt qui conſequitur ſuam ab aliquo poſſeſſionem occupari: hic aduerſarium in iudicium citari facit: & apud prætorem: uel iudicem contra aduerſarium intendit hoc modo: Occupaſti poſſeſſionem meam. Ille depellit: Non occupaui. Tum qui petit: qui adſunt teſtes eſſe iubet: quo ꝓteſtatus ſit poſſeſſionem ſuam ab eo, quem reum facit, occupatam. Reus uero eoſdem teſtes facit negare ſe poſſeſſionem illā occupaſſe. His ita actis: lis dicitur conteſtata. Quod in alienas poſſeſſiones: nam cum conſtituis oratorem in omni genere ſermonis eſſe perfectum: id ei attribuis: & tamen ſuum non eſt: ſed aliorum. Oēs pythagorei: Pythagoras Samius fuit Mneſarchi annuloꝝ ſculptoris filius: ſiue, ut Ariſtoxenus ait, Tyrrhenus ex inſula quam electis Tyrrhenis Athenienſes poſſederunt. Is dicebat aīas de corpore in corpus tranſmigrare. Qui ergo a Pythagora deſcenderunt (Nam ille in ea parte Italiæ, quæ magna olim Græcia uocabatur, philoſophiā docuit) cōtenderunt oratores neſcire: quō animæ de corporibus in alia corpora migrarent. Democriti: Democritus Athenocriti filius, ſiue Damaſippi fuit. Hunc legimus tractaſſe rerum oīum naturam ex atomis conſtare. Senſit ēt infinitos eſſe modos generationi: & corruptioni obnoxios: nihil ex eo qđ non ſit fieri: neq; in id qđ haud quaq̄ ſit corrūpi. Ornati hoies: q̄tum ad uerba. Graues: q̄tum ad ſnīas. Quibus cum iuſto ſacramēto: conſuetudo erat: ut in iudiciis utraq; pars iuraret ſuā petitionem: ut ipſe crederet eſſe iuſtitiam: ac ueram uel negationem, accuſationem, uel defenſionem: & tanta apud eos iuriſiurandi obſeruatio fuit: ut qui iuraſſet ex eo iudicio nō ſine magna laude: uel ignominia euadere poſſet. Laude: ſi uiciſſet. Ignominia: ſi uictus fuiſſet. Quod hæc conſuetudo antiquitus fuerit: apud Valeriū quoq; cognoſci licet: ubi de teſtamentis tractat: Afronia, inquit, tum cum ſorore ſacramento contendere uoluit. Item alibi: L. quidem Sextilius: & M. Pompilius: quos P. Aneus ſanguine ſibi coniunctos ex eadem parte q̄ Tullianum. Hæredes fecerat: ſacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt. Quibus cum iuſto ſacramento: neq; enim iuſte iurare materiam pħorum propriam oratoris eſſe. Iam ab illo fonte & capite Socrate: philoſophi īquit: qui a Socrate deſcenderūt, inſtarent oratorem de uita & moribus hominum non poſſe diſcernere. Ab illo fonte & capite dicit: quia Socrates primus fuit: qui moralem philoſophiam de cælo in terram dicitur deduxiſſe. Hominum moribus. i. de ratione uitæ: quantum ad moralem pħiam. Vitæ autē ratio triplex eſt: Politica, Monaſtica, & Oeconomica.

Pythagoras

Democritus

Vitæ rō

Singulæ familiæ. i. ſectæ. Nam philoſophiæ moralis tres ſectæ fuerunt: quæ quidem probarentur.

Stoici uero nostri disputationum suarum: atq; interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Peripatetici autem hæc ipsa: quæ propria oratorũ putas esse adiumenta atq; ornamenta dicendi: a se peti dicerent oportere: ac non solum meliora: sed etiam multo plura Aristotelem: Theophrastum de his rebus: q̃ omnes dicendi magistros scripsisse ostẽderent: missos facio mathematicos: grãmaticos: quorum artibus uestra ista dicendi uis ne minima quidem societate coniungitur. Quamobrem ista tanta: tamq; multa profitenda Crasse non censeo satis id est magnum: q̃ potes præstare: ut iudiciis ea causa quæcunq; tu dicis: melior & probabilior esse uideatur: ut in concionibus & sententiis dicendis: ad persuadẽdum tua plurimum ualeat oratio. Deniq; ut prudẽtibus diserte: stultis etiam uere uideare dicere. Hoc amplius si quid poteris: nõ id mihi uidebitur orator: sed Crassus sua quadam propria non cõmuni oratorum facultate posse. Tum ille: Non sum inqt nescius Scæuola: ista inter Græcos dici & disceptari solere. Audiui enim summos homines cum quæstor ex Macedonia uenissem Athenas: florente academia (ut tpibus illis ferebatur) quod eam Carneades & Clitomachus & Aeschines obtinebãt. Erat etiam Metrodorus: qui cũ illis una et ipsum illum Carneadem diligentius audierat: hominem omnium in dicendo (ut ferebatur) acerrimum & copiosissimum. Vigebat auditor Panætii illius tui Mnexarchus: & Peripatetici

Stoici, Peripatetici, & Academici: Epicurei quoq; de moribus & uita disputarunt: sed belluarũ more. Stoicorum princeps Zeno fuit. Peripateticorũ autem Plato. Et Stoici quidem nihil præter uirtutem bonum esse dicebant. Peripatetici autem uirtutem quidem summum bonum affirmant: sed alia quoque esse: quæ bona & essent & appellari deberent: ut diuitiæ: potentia: nobilitas: bona ualetudo: & huiuscemodi alia. Cum his etiam esse quædam adminicula ad uirtutem cõparandam. Rursus Stoici neminem bonum esse dicebant nisi sapientem. Sapientem aũt interpretabantur eum: in quem nulla animi perturbatio caderet. At uero Peripatetici bonum quidem neminem esse nisi sapientem affirmabant. Sed sapientem eum interpretabãtur: in quem perturbationes animi caderent: sed uirtute eas coercent. Academici aũt nihil confirmabant: sed quod probabilius uidebatur id in sua disputatione sequebantur. Et dicebant oĩa de quibus disputarent hoĩes uideri magis q̃ ut ita esset affirmari posse. Disputationũ suarum, atq; interrogationum laqueis: Stoici concisis utuntur argumentis: ut exempli gratia: Probare uolunt diuitias malum esse: hoc modo intendunt. Diuitiæ plerunq; nocent: ergo malæ sunt. breue hoc: sed ualidum: ac prope necessarium argumentum est. Adiumenta atq; ornamenta dicendi: cum dicit adiumẽta: respicit illud: Quid autem tam necessariũ, q̃ tenere arma: qbus uel tectus ipse esse possis: uel prouocare improbos: uel te ulcisci lacessitus. Nam arma significat locos: ex quibus argumenta sumuntur: siue rõnes nostras confirmare: siue aduersariorũ dissoluere uolumus. Nouimus autem Aristotelẽ & Theophrastũ: Peripateticos maxima eloquẽtia uiros: locos non solum logicos: sed etiã rhetoricos & subtiliter composuisse & tractasse. cũ uero dicit: Atq; ornamenta dicendi: tangit illud: Aut tã iucundum cognitu & auditu: q̃ sapiẽtibus sententiis: grauibus uerbis: ornata & ꝑpolita oratio. Hoc ergo quod supra Crassus dixit: ad ornamenta dicendi pertinet: q̃ ex ꝑ hiorum fontibus hauriuntur. Nã sapienter & grauiter dicere nemo põt: qui nõ ꝓcepta phiæ didicerit. Aristotelem: Aristoteles Stagyrites inter oẽs Platonis discipulos maxime excelluit. Theophrastũ: Theophrastus ãt Cresius fuit: uir summæ prudentiæ: studiiq; singularis: ac diuinæ eloquẽtiæ. Ad eũ audiendũ pergebãt discipuli ad duo millia. Fuit aũt Platonis discipulus: deĩde Aristotelis, cũ aũt ex Aristo. ꝓceptore qreret: quẽ post mortẽ successurũ relinqueret: rñdit Theophrastũ. Missos facio: est occupatio. Mathematicos: ut astrologos, geometras. Quadã ꝓpria facultate: uel iurisconsulti: uel philosophi: quia ingenio pręstas. In iudiciis: q̃tum ad iudiciale genus. Concionibus: ad demonstratiuum. Sententiis: ad deliberatiuum. TVM ille: Crassus eam disputationis partem: qua oratorem dixit in omni genere sermonis perfectum: defendit: & sententiam Scæuolæ alio modo interpretatur. Carneades: hic Libycus fuit: Cyrenĕus princeps iunioris academiæ Chrisippi discipulus: æthicæ se magis deuouit q̃ physicæ: ad eum quoque audiendum oratores pergebant: ut Laertius scribit. Clitomachus: Carthaginensis fuit: patriaque lingua Hasdrubal appellabatur: Athenis autem contendit quadraginta annos natus: audiuitque Carneadem: ad tantum autem peritiæ prouectus est: ut ultra quadraginta uolumina scripserit. Aeschines: Charini tunicas uendentis, siue Lysaniæ filius Atheniensis fuit. Erat autem in arte oratoria maxime exercitatus. is nunquam a Socrate discedebat: atq; ideo de illo Socrates dicere solebat: Solus nos nouit honorare Aeschines. Fuit autem a puero miræ indolis: ac laboris patientissimus. Metrodorus: is fuit Atheniensis pictor: idemque philosophus: & in utraque scientia (ut Plinius in libro naturalis historiæ refert) magnæ auctoritatis: itaque cum L. Paulus, deuicto Perse, petiisset ab Atheniensibus uti sibi q̃ probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, Metrodorum elegerunt: professi eundem in utroque desiderio præstantissimum: quod ita Paulus quoque iudicauit. Auditor Panætii: qui Scipionis Africani præceptor fuit: & quem Cicero imitatus est in officiis.

Stoici

Peripatetici

Aristoteles

Carneades

Clitomachus

Aeschines

Metrodorus

Critolaus

Critolaus & Diodorus.Multi erant præterea pręclari in phia:& nobiles: a quibus oibus una pene uoce repelli oratorem a gubernaculis ciuitatis:excludi ab omni doctrina rerumq; maiorum scientia ac tantum in iudicia & conciunculas:tanq̃ in aliqđ pristinum detrudi & compigi uidebam . Sed ego neq; illis assentiebar:neq; harum disputationũ inuentori:& principi longe omniũ in dicendo grauissimo:& eloquentissimo Platoni:cuius tum Athenis cum Carneade diligentius legi Gorgiam: quo in libro in hoc maxime admirabar Platoné: q̧ mihi in oratoribus irridédis:ipse esse orator summus uidebatur. Verbi.n.controuersia tãdiu torquet homines Græculos:contentionis cupidiores q̃ ueritatis. Nam siquis hunc statuit esse oratorem q tñ̃modo in iure:aut in iudiciis possit:aut apud populum:aut in senatu copiose loqui:tñ̃ huic ipsi multa tribuat & concedat:necesse est. Neq;.n. sine multa ptractatione oíum rex̧ pu.neq; sine legum mox̧ iuris scía:neq; natura hoíum incognita ac moribus:in his ipsis rebus satis callide uersari:& perite potest. Qui aũt hæc cognouerit: sine qbus ne illa qdem minima in causis quisq̃ recte tueri põt: quid huic abesse poterit de maximax̧ rex̧ scía? Sin oratoris nil uis esse:nisi composite:ornate:copiose loqui:quæro idipsum q possit assequi:sine ea scía: quam ei nõ cõcedis:dicendi.n.uirtus:nisi ei qui dicet: & ea de quibus dicet:percepta sint: extare non põt. Quãobrem si ornate locutus est: sicut & ferunt:& mihi uidetur physicus ille Democritus:materia illa fuit phiæ:de qua dixit.ornatus uero ipse uerbox̧ oratox̧ putandus est. Et si Plato de rebus a ciuilibus controuersiis remotissimis: diuinitus est locutus: qđ ego cõcedo:si idé Aristoteles:si Theophrastus:

Critolaus & Diodorus:hi naturam deox̧ penitus sustulerunt. Vnde Diodo. Atheos est appellatus. A gubernaculis ciuitatum:qđ proprium pħi esse dicerent. Vnde Plato dicere solebat:Tum demum beatum orbem futurum cum aũt sapientes regnare aut reges facere,cœpissent. Detrudi:quasi ex alta scía. In aliquod pristinum amare simul & urbane dixit.i.tanq̃ orator in uile ministerium deiiciendus esset: & hoc est laborem magnum & ignominiosum dignus sustinere. Sed neq; ego:secunda pars est:ubi oñdit cur Scæuolæ non assentiat. Gorgiã:librum Plato composuit: qué Gorgiã inscripsit. in quo disputat rhetoricam non esse artem:sed idolum & umbram artis.adeo ut eam compararet coquinæ:& ideo dicit Irridendis: quemadmodum enim coquus quandam habet condiendoq; experiẽtiam:ita rhetoricam dicit quãdam experientiam habere dicendi. Verbi.n. controuersia.s.oratoris. Dicunt.n.isti græculi:Si diserte de causis loquitur,orator est: si de pħia:philosophus.nec intelligunt proprium oratoris esse:distincte,ornate,& copiose dicere. Siue ergo quis de causis:siue de pħia:siue de alio quocunq; genere tractat: dũmodo id distincte,ornate,copioseq; faciat:orator appellandus est. Nam si quis:pręsupposito non tñ̃ concesso:ut sicut ipsi dicũt:orator is sit: q aut in iudicio:aut apud populum:aut in senatu copiose loqui possit: tñ̃ huic ipsi multum tribuant necesse est. Non.n. sine uerbis copiose loq poterit:uerba aũt sunt rex̧: igitur sine cognitione rex̧ copiosius esse non poterit. In iure aut in iudiciis:quantum ad iudiciale genus:siue de re iudicanda quærat:siue de re iudicata. iudicanda quantum ad ius:iudicata q̃tum ad iudicia. Apud populum:quantũ ad demonstratiuũ. In senatu:q̃tum ad deliberatiuum genus. Neque.n. sine pertractatione: ꝓbat necesse esse ut multa tribuant oratori.& hic innuit politicã: aut exiguam æthice pħiæ parté. Hæc aũt sunt philosophi ꝓpria. Igit̃ si copiosus esse debet orator:hæc quoq; tenere necesse est. Legum:lex est generale populi ius: aut plebis rogante magistratu. Mox̧:quod in ciuitatibus fieri solet:ut pactum:par: æquũ:iudicatum. Ius duplex est:diuinum & humanũ. Ius diuinum dr̃ religio: & oĩs cerimonia. Ius humanum diuiditur in pietatem: gratiã:uindicationem:obseruantiam:ueritatem & fidé. Ius quid

Neq; natura hominum ĩcognita:per qđ hominum affectus:uel ad iram:uel ad misericordiã concitare:& flectere possit.qđ est physici propriu:id ẽt orator tenere debet: ut cognoscat cholericũ ad irã facile incitari: sanguiné ad misericordiam:phlegmaticum ad metũ.

Ac moribus:priuatis uniuscuiusq;: quia alii sunt cupidi:alii liberales:alii urbani:alii callidi. Ergo pro qualitate morum eorum,qui audient,erit oratio adaptanda. Nam si cupidus est:ad parsimoniam procliuis est. Si liberalis ad munificentiam. Si callidus ad dolum. Si urbanus ad risum. Callide: ad naturæ rationem pertinet. Perite:ad morum experientiam. Illa minima:scilicet legum, morũ, iuris scientiam,& naturam hominum cognoscere:ac mores: quibus rebus mouentur.
Hæc tamen paulopost maximam uim habere dicit. Quamobrem:concludit nunc Crassus:ex quo ostendit græculos illos contentionis cupidiores esse,q̃ ueritatis:& uerbi tantummodo controuersia torqueri. Ornate:ad elegantiam uerborum & sententiarum. Composite: ad ipsius orationis concinnitatem. Copiose:ad utrunque pertinet. Sine ea scientia:scilicet æthica. Physicus ille Democritus:qui rerum naturam ex atomis constare dixit. A ciuilibus controuersiis remotissimis:ut in Timæo de deo mundi:in Memnone de uirtute:in Phædrone de anima:in Ctesiphonte de republica. Aliis:ab oratoris studio. Democritus

si Carneades in rebus his: de quibus disputauerũt eloquẽtes & in dicendo suaues atq; ornati fuerunt: sint hæ res de quibus disputãt in aliis quibusdam studiis oratio quidem ipsa propria est huius unius rõ[illegible] de qua loquimur & quærimus. Etenĩ uidemus iisdem de rebus ieiune quosdam & exiliter: ut eum quem accutissimum ferunt: Chrisippũ disputauisse. Neq; ob eam rem philosophiæ non satisfecisse: quod non habuerit ex arte: alienam hanc dicẽdi facultatem. Quid ergo interest? aut qd discernes eos: quos nominauu in dicẽdo ubertatem & copiam: ab eorum exilitate: qui hanc dicendi uarietate & elegantia non utuntur? Vnum erit profecto: qđ ii qui bene dicunt: propriam compositam orationem: & ornatam: & artificio quodam expolitione distinctam habent. hæc aũt oratio si res nõ subest: ab oratore percepta & cognita: aut nulla sit necesse est: aut omnium irrisione laudatur: quid est .n. tam furiosum: q̃ uerborum uel optimorum atq; ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta snia nec scientia? Quicquid erit igitur quacunq; ex arte: quocunq; de genere orator: si id tanquam clientis causam dicent: dicet melius & ornatius: q̃ ipse ille eius rei inuentor atq; artifex: nam siquis erit: qui hoc dicat: esse quasdam oratorum proprias sententias atq; causas: & quasi certarum artiũ forensibus cancellis circumscriptã scientiã: fatebor equidẽ in his magis assidue uersari hãc nostram dictionem: sed tñ in iis ipsis rebus multa sunt: q̃ ipsi magistri qui rhetorici uocant: nec tradunt nec tenẽt. Quis enim nescit maximam uim existere oratoris: in hominum mẽtibus uel ad iram: uel ad odium: aut dolorem incitandis: uel ab hisce iisdem ꝑmotionibus ad lenitatem: misericordiamq; reuocandis? quę nisi qui naturas hominum: uimq; oẽm humanitatis:

Si Carneades: quem legimus oẽm diuinandi tractasse rõnem: duobus libris: quoꝝ in altero de somniis: in altero de oraculis tractat. Etenim uidemus: uult ꝓbare eloquentiam non ꝑ phi: sed oratoris ꝓpriam esse: & argumentatur hoc modo: Si elocutio propria philosophi esset: quicunq; sine elocutione ꝑ phiam tractaret: hic non esset philosophus appellandus. At cõplures phiam nudis uerbis: & sine ulla orõnis ornatu tractarunt: hiq; in numero subtilium phorum habentur. non ergo est elocutio phi propria: sed oratoris existimanda. Ieiune: q̃tum ad sententias. Exiliter: ad uerba. Neq;: immo satisfecisse. Ob eam rem: quod ieiune & exiliter disputarent. Alienam: a philosophia. Quid ergo? quando uidemus quosdam ieiune & exiliter disputasse: & eos quidem acutissimos. Quid interest? inter oratorez & philosophos? Vnum erit: ut ipse declarat. Vbertatez: sententiarum. Copiam: uerborum. Varietate: propter tres characteres: sublimez: mediocrẽ: & humilem. Habent propriam compositaz orationem & ornatam & artificio quadaz expolitione distinctam: paucis uerbis ostendit quid oratorem habere oporteat. Propriam: ad elegantiam. Compositam: ad orationis concinnitatem. Propriam: ut pura sit oratio ac usitatis & propriis uerbis composita. Pura est oratio: quæ ab omni uitio remota seruat. Vsitata uerba sunt, quæ uersantur in sermone, & consuetudine quotidiana. Propria, quæ eius rei uerba sunt: aut esse possunt. Qua de re agitur: & ex his uerbis comparatur elegantia. Compositam: ut oratio ex omni parte sit æqualiter perpolita sine hiatu. Artificio: ad id quod dixit propriam. Artificis enim est nequãdo plus in materia progrediatur q̃ liceat. ergo si uoluerit orator propriam esse orationem: raro translationibus utetur. Quod si uti uoluerit: id artificiose faciat. Expolitione: ꝑtinet ad id quod dixit ornatam. Ornatam: ad dignitatem pertinet. Est enim dignitas: q̃ redit ornataz orationẽ uarietate distinguens. Hæc uerborum & sententiarum exornatione continetur. Cuz ergo dicit propriam, compositam, & ornatam: elocutionem complectitur uniuersam: quæ in elegantiam diuiditur: compositionem & dignitatem. Res: uidelicet sentẽtiæ. Percepta & cognita: bono utitur ordine. Vel: pro etiã optimorum. Nam siquis: nunc euidentius exponit quod superius icceperat: uidelicet secundam suę præpositionis partem. nam ita proposuerat: Si dicitis proprium oratoris esse iudiciales: aut demonstratiuas: aut deliberatiuas causas tractare: philosophiam moralem & naturalez nescire non potest. Si aũt propriũ oratoris esse cõceditis: diserte, ornate, & copiose dicere: non uideo cur moralem saltem negare possitis. Sententias demonstratiuam, deliberatiuam, & iudicialem. Snia iudicialis ẽ accusandi aut defendẽdi. Demõstratiua: laudãdi aut uituperãdi. Deliberatiua suadẽdi: aut dissuadendi. Certaꝝ artiũ: uidelicet quæstionis ciuilis. Cãcellis .i. septis. Cãcellus idẽ est qđ locus quibusdam finibus circumscriptus: quos præterire non licet. Est enim cancellus locus quibusdam distinitis terminis circumscriptus lignis in quibusdam in modum retis inuicem consertis: ut ipse Cicero in Quintiana: Ab his cancellis, quibus me circumscriptis, declinauero. Maximam uim: si hæc superius minima appellauit: quomodo maximam uim habere dicit? minima superius appellauit respectu partium orationis: quia mouere est pars conclusionis. Vel ad iram, uel ad odium: cum tria sint oratoris propria: docere, suadere, mouere: maximũ est mouere. Nisi qui naturas hoiumque: uim oẽm humanitatis: cũ dicit: uimq; oẽm humanitatis declarat id qđ dixit: Naturas hoium .i. oẽm humanam rõnem: nec humanitatem intelligit: ut superius.

Cancellus

Causasq;

Causasq; eas: unum pendet ex alio: nam si apud ambitiosos honores laudaueris: apud integrum innocentiaȝ & continentiam admiratus fueris: apud magnificum fortia facta extuleris: deniq; si totam moribus hominuȝ orationem accommodaueris: ad lenitatem flectes. Si econtra: ad odium. A physionomia autem ipsa mores hominum intelligere poterimus. Incitantur: dissimilitudine. Reflectūtur: similitudine. Philosophorum: uidelicet physicorum. Villa scientia: scilicet philosophia. Grauis: sententiis. Ornata: uerbis. Sensibus ac mentibus: sensibus ad mores: quia sensus ad nostri morum similitudinem flectuntur: si dissimilitudine, incitantur: mentibus ad naturam. Totum sit a me: idest mecuȝ faciat: a me stet. Hos: in quibus praecepta dicendi continentur. Quae sunt communia: uidelicet loci dialectici: qui sumūtur a simili, a pari. De diis: metaphysicam tetigit: quae transcendit rationem humanam.

causasq; eas quibus mētes aut incitantur: aut reflectuntur: penitus pspexerit: dicēdo qd uolet: perficere nō poterit: atq; totius hic locus philosophoꝝ ꝓprius uidetur. Neq; orator (me auctore) unq̄ repugnabit: sed cū illis cognitionē reꝝ cōcesserit: qd in ea solū illi uoluerint elaborare: tractationē orōnis: q̄ sine illa scīa nulla est: sibi assumet. Hoc.n. est ꝓpriū oratoris: qd saepe iam dixerā: scilicet oratio grauis: & ornata: & hominum sensibus ac mentibus accommodata. Quibus de rebus Aristotelem & Theophrastum scripsisse fateor: sed uide ne hoc Scaeuola totum sit a me. Nam ego quae sunt oratori cum illis cōmunia: nō mutuor ab illis: isti qui de his rebus disputant oratorum esse concedūt. Itaq; caeteros libros artis suae noīe: hos rhetoricos & inscribūt & appellāt: Eteni cum illi in dicēdo inciderint loci: qd psaepe euenit: ut de Diis imortalibus: de pietate: de cōcordia: de amicitia: de cōi ciuiū: de hominū: de gentiū iure: de aequitate: de tēperantia: de magnitudine animi: de omni uirtutis genere: sit dicendū. Clamabunt credo oīa gymnasia: oēs philosophorū scholae: sua haec esse omnia propria: nihil oīno ad oratorem ptinere. Quibus ego: ut de his rebus in angulis consumendi otii cā disserant: cū concessero: illud tamē oratori tribuā & dabo: ut eadē de quibus illi tenui quodā & exiguo sermone disputant: hic cū omni grauitate & iucunditate explicet: haec ergo cum ipsis philosophis tum Athenis disserebāt: cogebat enim me M. Marcellus hic noster: qui nunc aedilis curulis est. & profecto nisi ludos nunc faceret: huic nostro sermoni interesset. ac etiam tum erat adulescentulus his studiis mirifice deditus. Iam uero de legibus instituendis. de bello: de pace: de sociis: de uectigalibus: de iure ciuili generatim in ordines: aetatesq; de scripto dicāt: uel graeci si uolunt Lycurgum aut Solonem: quāq̄ illos quidem censemus in numero eloquētiū reponēdos: scisse melius q̄ Hyperidem: aut Demosthenē perfectos iā homines in dicendo & perpolitos:

De pietate con. haec moralia sunt. De concordia: inter ciuitatem. Amicitia: inter priuatos. De diis: ad religionem de concordia: amicitia ad ius humanum pertinent. De cōmuni ciuium iure: ius commune dicitur de aequo & bono. Ius aequum & bonum est qd ad ueritatem & utilitatem communem pertinere uidetur. De hominum iure: hoc diuiditur in pactum & iudicatum. Pactum est quod inter aliquos conuenit. Iudicatum est de quo iam aut alicuius: aut aliquorum sententia cōstitutum est. Gentium: ius gentium est quod par appellatur: idest quod inter omnes conuenit: sicuti est: ut legati tuti sint apud omnes gētes. Aequitate: aequitas est: ut nihilo plus habeat alius ab alio: cum omnes una eademque conditione uiuūt. Sed occurrit cum dicit: De communi, de hominum, de gentiuȝ iure: hoc uidetur magis iurisconsulti q̄ philosophi proprium esse. Sed respondetur: q; ius ciuile ab institutis philosophiae ducitur. Gymnasia: loca ubi Philosophi exercentur: dicta per translationem. nam loca proprie dicebātur ubi iuuenes nudi & peruncti oleo palestra exercebātur: unde & gymnasiū dictū. nam γυμνον nudum significat. Tribuā: iure. Dabo: spōte.

Ius hoīum

Aeqtas

Gymnasia

Tenui: exili, & exangui. Cogebat eni me M. Marcellus: cum ex Macedonia rediret q̄stor: & Athenis diuertisset: apparet ibi inuenisse Marcellum: a quo se coactū dicit: ut cōtra philosophos diceret. Nisi ludos faceret: qd ludi sint: ipse Cicero in oratione contra Verrem declarat. De legibus instituendis: uidelicet de institutis. De bello: ius dicendi. bellum ab equicolis sumptum est. De sociis: i si de retinēdis. De uectigalibus: locandis & cōducendis. De iure ciuili generatiȝ: nō est ite ratio illius loci: neq; sine legum morum iuris scientia. Illa enim: idest generaliter dicta sunt. Hec: idest generatim. naȝ ius de quo supra dixit: gnāliter omni intelligitur iure: qd ex fontibus manat phiae: nunc autem dicit de legibus pticulariter scriptis. In ordines: qa aliud iuris senatoribus seruādum est: aliud equiti: aliud plebeo. Aetates: alio iure tenent pueri: alio iuuenes: alio senes. Vel graeci: ideo dicit uel: qa dicturus est uel nr̄os.

Lycurgum: hic leges tulit Lacedaemoniensibus: Solon autem Atheniensibus. Hyperides & Demosthenes praestantissimi oratores fuerunt iisdem temporibus. Et Hyperides quidem (ut Quintilianus in decimo scribit) dulcis fuit & acutus.

Lycurgus
Solon

Vel nostros decem uiros:nã T. Tremelio:& C. Veturio consulibus missi legati sunt Athenas:ut Liuius scri bit:iussiq3 inclytas leges Solonis describere:& aliarum Græciæ ciuitatũ instituta, mores, iuraq3 noscere. Variæ: ad id quod dixit plenum. Obscuriore aliqua scientia:idest ex philosophia naturali & morali, ac geometria pleruncq3:ut siquis imperatorem accusare uel defendere uoluerit:multi possunt incidere loci:quos nisi geometriam plene tenuerit orator commode tractare non poterit:ut si accuset imperatorem:q cladem ab hostibus acceperit:q ab eo locus castris idoneus non captus fuerit:q iniquo loco pugnauerit:hũc oportebit ex cognitione geometriæ:& quantitatem & qualitatem ostendere loci. Nam spacia terrarum: tractusq3 maris solo aspectu metiri posse, geometrarum est. Quæro enim: scilicet ex his, qui dicunt concedi tantũmodo oratori causas iudiciales, demonstratiuas, & deliberatiuas. Contra imperatorem:si non secundum rei militaris disciplinam pugnauerit. De legibus iubendis:suadendo. Vetandis:dissuadendo. Hoc autem facere non poterit:nisi iurisperitus sit:sed ius est pars philosophiæ moralis. igitur & cætera. Sine summa rerũ ciuilium cognitione:maxima pars est politicæ.

De omni reipubli. genere : quæ domi: quæ foris:quæ pace:quæ bello gerenda sunt. Cognitione:quantum ad scientiam. Prudentia: quantũ ad usum. Num admoueri ad sensus?

Oratorem eẽ debere pitũ phiæ naturalis — ostendit oratorem peritum esse debere philosophiæ naturalis. nam similitudine morum mouentur auditores. Atq3 motus:propter naturam. unum opinionis est: alterum affectionis: secundum opinionem sensus uel commiserantur, uel indignantur. Secundum affectionem motus uel incitantur:uel reprimuntur.

Equidem non dubito:dicit oratorem nihil desiderare aliarum artium adiumenta:sed econtra alias artes indigere oratoris officio : si de suis quisquam sententiis disputare uoluerit:quod probat exemplis. Tanquã ad architecti:sicut architectus materiam propositam artificio suo componit in opus: ita & orator

Philo architectus — rem propositam. Philonem:de hoc Valerius mentionem facit in memoralibus:fuit enĩ architectus non ignobilis. Adeo autem de institutione sua disertissime dixit : ut maiorem gloriam ei populus tribuerit de eloquentia q̃ de arte architecturæ.

Armamẽtarium — Armamentarium: locus est ubi arma reponuntur. Rationem operis sui:cur id & eo loco & ea forma struxisset.

Et Antonio pro Hermodoro dicẽdum fuisset:num ne inquit melius & copiosius de illo artificio dixisset:q̃ ille ipse a quo causam accepisset? Asclepiades:Prusiensis: qui (ut Plinius dicit) condita noua secta: spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis: reperta ratione qua uinum ægris medetur : relato e funere homine:& conseruato : sed maxime sponsione facta cũ fortuna:ne delatus ad rogum medicus crederetur: si unquã inualidus ullo modo fuisset ipse:& uictor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus. Hæc Plinius De hoc etiam multa refert Apuleius libro quarto. Atq3 illud est probabilius:refellit dictum Socratis.

Asclepiades

Dicit

uel nostros. x. uiros:qui. xii tabulas perscripserũt: quos necesse est fuisse prudenteis : anteponant in hoc gñe & Ser. Galbę:& socero tuo C. Lęlio:quos constat dicendi gloria p̃stitisse. Nunq̃ enim negabo esse quasdam artes proprias eoꝝ:qui in his cognoscendis atq3 tractandis studium suum omne disposuerunt:sed oratorẽ plenum:atq3 perfectum esse eũ:qui de omnibus rebus possit copiose:uarieq3 dicere. Etenim sæpe in his causis : quas omnes proprias esse oratorum confitemur: est aliquid qd nõ est ex usu forensi:quem solum oratoribus concedi tis:sed ex obscuriore aliqua scientia sit ꝓmendum atq3 sumendũ. Quæro enim num possit aut cõtra imperatorem:aut pro imperatore dici:sine rei militaris usu:aut sępe etiam sine regionum terrestrium aut maritimarum sciẽtia? Num apud populum de legibus iubendis:aut uetandis? num in senatu omni reipu. genere dici sine summa rerũ ciuilium cognitiõe & prudentia? num admoueri possit oratio ad sensus animorum atq3 motus:uel inflammãdos: uel etiam extinguendos:qd unũ in oratore domĩatur sine diligẽtissima puestigatione eaꝝ oĩum rõnũ:q̃ de naturis humani generis ac moribus a philosophis explicantr? Atq3 haud scio an minus uobis hoc sim ꝓbaturus:equidẽ non dubito qd sentio dicere:physica ista ipsa quæ pauloante & mathematica:& cæterarũ artium ꝓpria posuisti:scientiæ sunt eorum qui illa ꝓfitentr. Illustrare autẽ oratione siquis istas ipsas artes uelit:ad oratoris ei cõfugiendum est tanq̃ ad architecti potius facultatem. Neq3 enim si Philonẽ illũ architectũ:qui Atheniẽsibus armamẽtariũ fecit: cõstat pdiserte populo rationẽ operis sui reddidisse:existimandũ est architecti potius artificio disertũ:q̃ oratoris fuisse? Nec si huic M. Antonio ꝑ Hermodoro fuisset de naualiũ opere dicendũ:num cum ab illo causam didicisset:ipse ornate de alieno artificio copioseq3 dixisset? Neque uero Asclepiades is: quo nos medicos amicoq3 usi sumus:cum eloquentia uincebat cæteros medicos:in eoipso q ornate dicebat:medicinæ facultate utebatur non eloquentiæ. Atq3 illud est probabilius:neq3 tamen uerum qd Socrates dicere solebat:oẽs in eo qd scirent satis esse eloquẽtes.

Illud uerius:neq; quenq̃ in eo disertum esse posse: quod nesciat:neq; si id optime sciat: ignarusq; si sit faciundæ ac poliendę orationis:diserte idipsum de quo sciat non posse dicere. Quaobrem siquis uniuersam & propriam oratoris uim diffinire complectiq; uult:is orator erit mea sententia: hoc tam graui dignus est nomine:qui quæcunq; res inciderit: quæ sit dictione explicanda:prudenter & composite & ornate & memoriter dicet:cum quadã actionis etiam dignitate. Sin cuipiam nimis infinitum uidet̃:q ita ꝓposui quacũq; de re:licet hinc q̃tum cuiq; uidebit̃:circumcidat atq; amputet: tamen illud tenebo:si quæ cæteris in artibus aut studiis sita sunt:orator ignoret:tãtũq; ea teneat:quæ sint in disceptationibus:aut usu forensi:tamen si de his rebus ipsis sit ei dicendum:cũ cognouerit ab his qui tenent quæ sint in unaquaq; re:multo oratorẽ melius:q̃ ipsos illos:quorum eæ sunt artes:esse dicturum. Ita si de re militari dicẽdum huic erit Sulpitio:quæret a C. Mario affini nostro: & cũ acceperit:ita pronunciabit ut ipsi C. Mario pene hic melius:q̃ ipse ille scire uideat̃. Sin de iure ciuili: tecũ cõicabit:te hoiem prudẽtissimum & peritissimum in his ipsis rebus:quas abs te didicerit: dicẽdi arte superabit. Sin quæ res inciderit:in qua de natura: de uitiis hominum:de cupiditatibus: de modo: de cõtinentia:de dolore:de morte dicendum sit: forsitan si ei sit uisum:& si hæc quidẽ nosse debet orator:cum Sex. Pompeio erudito hoie:in phia cõicarit.hoc profecto efficiet:ut quemq; rem a quoquo cognouerit. De ea re multo dicat ornatius: q̃ ille ipse a quo ante cognorit. Sed si me audierit: quoniã philosophia in tres partes est distributa:in naturæ obscuritatem:in disserendi subtilitatẽ: in uitã atq; mores:duo illa relinquamus:atq; largiamur inertiæ nostræ. Tertiũ uero qd semper oratoris fuit: nisi tenebimus:nihil oratori:in quo magnus eẽ possit:relinquemus. Quare hic locus de uita & moribus totus est oratori perdiscendus. Cætera si nõ didicerit:tamen poterit siquãdo opus erit:ornate dicendo:si modo ad eũ erunt delata & tradita. Etenim si constat inter doctos hoiem ignarum astrologiæ ornatissimis atq; optimis uersibus Aratum de cælo stellisq; dixisse:si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicãdrum Colophoniũ poetica q̃dã facultate nõ rustica scripsisse pclare:qd ẽ cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat:

Dicit eniz probabilius esse:qd Socrates dixit: q̃ qd ipse ꝓposuit:sed tñ uerius qd proposuit.

Quaobrẽ siquis:hanc conclusionẽ recte ex superioribus infert. Prudẽter & composite: oẽs partes integrales rhetoricæ facultatis cõplexus est. Prudẽter:ad inuentionẽ. Cõposite:ad dispositionẽ. Compositio autẽ duplex est:una reꝜ:altera uerboꝜ. Rerũ est:ut pcedentibus sequẽtia conueniãt:& de hac intelligit.nã uerboꝜ magis aptitudo est. Ornate: ad elocutionẽ. Memoriter: ad memoriam.

Cum quadã actionis dignitate:ad pronunciationem. Actio enim est ꝓnunciatio. Sic & Quintilianus pronunciationẽ actionem appellat. Circuncidat atq; amputet: circuncidere est partez partis alicuius demere. Amputare uero est totã partez abscindere: ut siquis oratori philosophiã cõcedat:sed nõ plenã.ille circũcidit.ut ex tribus ptibus phiæ, naturali, morali, & logica:nullaz qdem demat: sed eas nõ plene cõcedat. Quod siquis ex his ptibus aliquã oratori penitus demeret:hic dr̃ amputare. Ita si de re militari:ponit exẽpluz quid facere debeat orator. Sed si me audierit: dixi de quacunq; re si opus fuerit plenũ oratorẽ scire oportere:sed si nimiũ id nõ nullis uidebitur:cõcedã ut relinquat philosophiã naturalem:moralẽ uero quæ ab ipso separari non potest: oĩno cõplectat̃. De natura, de uitiis: hæc oĩa ad naturalẽ:uel moralẽ philosophiã pertinẽt. De cupiditatib⁹:tria sunt gñа cupiditatũ:auaritia pecuniaꝜ, ambitio honorũ, ira ulciscẽdi. De modo, de cõtinẽtia: partes sunt tẽperãtiæ:& ad mores spectãt. De dolore, de morte:hęc ad fortitudinẽ referunt̃:quę in patientiã diuidit̃ & pseuerantiaz:patientia dolorẽ supat:pseuerãtia mortẽ cõtẽnit. Hæc nosse q̃ ad phiam ptinẽt. Tecũ.s.o Scæuola.

Naturę obscuritarẽ:uidelicet physicã. Disserendi subtilitatẽ.i.logicã:quæ in duo diuidit̃.in iuentionẽ, & disputationẽ. Inuẽtio ad logicã:disputatio ad dialecticã ptinet. In uitã atq; mores:æthicã.i.bene uiuẽdi rationẽ.

Inertiæ:qa excusamus nos non posse cõplecti tantã sciam.qd igitur est inertiæ retribuimus difficultati rei. Totus est oratori:cũ dicit totus, ostẽdit etiã partem phiæ naturalis & logices eẽ tacendã. Siqñ uolet: si de rõne naturæ, & disserẽdi tractare uoluerit. Etenim si: ꝓbat exẽplo fieri posse:ut de phia naturali & logica disserere possit orator:tãetsi eas non tenuerit artes. Delata: narrando. Tradita: docẽdo. Aratũ: hũc ipse Cicero de gręco in latinũ sermonẽ trãstulit.ut in li. de Officiis testat̃. Cuius uersũ hũc Priscianus ĩ auctoritatẽ adducit:Spicũ illustre ferẽs ꝓstãs in corpe uirgo. Hic ergo de apparentibus stellis locutus est:cũ tñ astrologiã ignoraret. Ouidi. Cuz cælo & stellis sẽp Aratus erit. cuius liber adhuc extat. Nicander uero de agricultura scripsit. Scripsit & de medicina. Fuit aũt Lydius ex urbe Colophone.

Circũcidere
Amputare

Tria gñа
cupidatũ

Aratus

Ad certā cāmːpro rei, de qua agitur, natura:ut si laudandus sit imperator:discat quō id facere debeat. ut ipse
Cicero in Pōpeiana:ubi Pōpeium laudās de re militari disseruit:hō minime militaris. Tépusq̃: uidelicet ad
occasioné:ut ipse Ci. in Catōe maiore:cū de uoluptatibus senū loqueret:arrepta occasiōe de agricultura disse
rere cœpit. Est eni finitimus:qa exéplo poetaꝶ ꝓbauerat hoc, occurrebat illđ:aliđ eē poetas:aliđ oratores. di
cit multis in rebus poetas oratiōibus similes eē.. Numeris astrictior:ergo & orator astrictus:qđ etiā Quint.
ostēdit. Numeris:mēsuris syllabaꝶ. ut Numeros memini:si uerba tenerē. Verboꝶ licentia liberior:qa poe
ta plerūq; figuris utitur:aut abiectiōe syllabę:
ut Nos abisse rati. aut ꝑmutatiōe:ut Olli eæ
tuleus. mutatiōe téporum:ut Steteruntq; co
mæ. & mille alia. Multis ornādi generibus:
ut tut ē ꝓlepsis, zeugma,
anadiplosis, anaphora, panalepsis, & multa
huiusmodi exornationū genera. q plura didi
cerit:tam oratori q̃ poetæ inueniet esse cōia.
Pene par:pene iō dicit : qa orator res ueras
aut uerisimiles tractat. poeta neutꝶ plerunq;
facit. Circūscribat ius suū:ná qcqd uoluerit
siue poeta siue orator pro arbitrio suo tracta
bit:ut poeta physica & metaphysica. Virg. in
yi. sciæ plenus est. ná multa in eo per altā sciaꝫ
phoꝶ dīt. sic orator ut Cicero. Nōne in suis
libris oē refert genus doctrinæ. nam in lib. de
Officiis æthicā. in somno Scipiōis astrologiā.
in libris de natura deoꝶ metaphysicā tracta
uit. In meo regno. s. in Tusculano. ná supius
dixerat id:Nisi in tuo regno essemus:nō tulis
sem. In oī genere sermonis:in quo seria tra
Tria gña seriorum
ctantur. Quoꝶ tria sunt genera:mores, con
silīū, historia. Mores in ꝑcipiēdo. Consiliū do
Tria gña iocorum
cendo. Historia narrādo. Humanitatis: ad
iocos. Quoꝶ tria sūt genera. s. lepos, facetiæ,
urbanitas. licet postremū duo illa priora com
prehēdat:aut oēs liberales artes dicit. Sed ut
solebat:nō hoc dico ꝙ ego is sim:qué ego fin
go:sed hęc mea est snia. Subiratus tibi:qa de
repub. dissentiebant inter se. Propter eāipsā
causam:ꝙ tibi subiratus sit. scit enim te mihi
amicissimum esse. Doctus:ad seria. Perur
banus:ad iocos refertur. Tamē apparet : ex
qualitate orationis significat utrū orator do
ctus sit, an ignarus. urbanus, an insulsus? In
ipsa lusione:pulchra similitudo. sicut ipsa agi
litate cōparis luctatur, sit nec ne:dum pila lu
dit, ostēditur. sic ipso dicendi genere significa
Fingere
tur doctus sit orator harum artium nec ne.
Pingere
Et qui fingūt: ē uel in aere uel lapide uel ter
ra alicuius rei effigiem formare. Pingere ē co
loribus alicuius imaginem exprimere. Iudi
ciorū. i. in causis forēsibus. Cōtionū. i. in de
monstratiuis. Senatus. i. i deliberatiuis. Ia
ctatus:exercitatus. translatio a tempestate.
TVM ridens Seçuola:hoc est quintū caput
in quo Scæuola a risu prosequitur Crassi arti
ficiū:quo fuerat usus:ut qđ non concedebat
quodāmodo cōcedere uideretur. ná Scæuola
Crassi disputationé ex hoc maxime ridet: ꝙ nemo talis orator fuit qualem Crassus diffinit. Non luctabor:
contédam:translatio a palæstra. Vt mihi, quæ ego uellem, nō esse oratoris cōcederes: hoc fecit Crassus cum
dixit: Atq; totus hic locus philosophorum proprius putat. Cōcederes:cum dixit: Atq; totus hic locus philo
sophorū ꝓprius uidetur:neq; orator:neq; me oratore repugnabit. Et eaipsa nescio quomodo rursus detorq̃
res:cū dixit:Nam ego q̃ sunt oratori:cū illis cōmunia nō mutuor ab illis. isti qui de his disputant:oratorū esse
Apolloni*
cōcedunt. Cum illo:dicendo illo:emphasim facit. Apollonio:hunc præstantissimū constat oratorem fuis
se:quem Cicero audiuit & Octauianus. Quæ a Panætio acceperam:uidelicet physica & æthica.

quas ad certā causam tépusq; cognouerit? Est enī
finitimus oratori poeta:numeris astrictior paulo:
uerborū autem licētia liberior:multis uero ornan
di generibus socius ac pene par. In hoc qdem cer
te ꝓpe idem nullis ut terminis circūscribat:aut dif
finiat ius suū:quominus ei liceat eadē illa faculta
te & copia uagari qua uelit. Nāq; illud quare Scæ
uola negasti? te fuisse laturum:nisi in meo regno es
ses:ꝙ in omni genere sermonis:in oī parte humani
tatis:dixerim oratoré ꝑfectū esse debere? Nunquā
mehercule hoc dicerem:si eū qué fingo : meipsum
esse arbitrarer:sed ut solebat C. Lucilius sæpe dice
re:hō tibi subiratus:mihi ꝓpter eamipsam causam
minus:q̃ uolebat:familiaris:sed tñ & doctus & per
urbanus. Sic sentio neminē esse in oratoꝶ numero
habēdū:q nō sit oībus iis artibus : quæ sunt libero
hoīe dignæ ꝑpolitus:qbus ipsis:si in dicēdo nō uti
mur:tñ apparet atq; extat:utrū simus earū rudes:
an didicerimus:ut q pila ludunt:nō utunt in ip̄a lu
sione artificio ꝓprio palæstræ:sed ipse motus indi
cat:didicerit ne palæstra an nesciāt. Et aliquid fin
gūt:& si tū pictura nihil utunt:tñ utꝶ sciant pige
re:an nesciant:nō obscurū est. sic in oronibus hisce
ipsis iudicioꝶ:cōcionū senatus:et si ꝓpriæ cæteræ
nō adhibeant artes:tñ facile declarat:utrū is q di
cat:tantūmō in hoc declamatorio sit opere iacta
tus:an ad dicendū oībus ingeniis artibus istructus
accesserit? Tum ridēs Scæuola:Nō luctabor ingt
tecū Crasse amplius. Id. n. ipsum qđ contra me lo
cutus es:artificio quodā es cōsecutus:ut mihi quæ
ego uellē nō esse oratoris cōcederes: & eaipsa ne
scio quō rursus detorqueres:atq; oratori ꝓpria tra
deres : hæc cū ego ꝑtor : Rhodū uenissem: & cum
summo illo doctore istius disciplinæ Apollonio:ea
q̃ a Panætio acceperā:cōtulissem. irrisit ille qdem
(ut solebat) philosophiā:atq; cōtépsit:multaq; nō

Grauiter

tam grauiter dixit:q̃ facete: tua autem fuit oratio eiusmodi:non ut ullam artem doctrinamue contẽneres:sed ut omnes comites ac ministras oratoris esse diceres:quas ego siquis sit unus cõplexus omnes:idemq; si ad eas facultates: istam ornatissimæ orationis adiunxerit:non possum dicere eum non egregium quendam hominem atq; mirandum fore. Sed siquis esset:aut si etiam unquam fuisset:aut uero si esse posset:tu esses unus profecto:q & meo iudicio & omnium:uix ullam cæteris oratoribus (pace horum dixerim)laudem reliquisti. Verum si tibi ipsi nihil deest:qd in forensibus rebus:ciuilibusq; uersaretur quin scias:neq; eam tamen scientiam quam adiungis oratori:complexus es:uideamus ne plus ei attribuas:q̃ res ipsa & ueritas concedat. Hic Crassus:Memẽto inquit me nõ de mea: sed de oratoris facultate dixisse. Quid enim nos aut didicimus:aut scire potuimus:qui ante ad agẽdum q̃ ad cognoscendum uenimus: quos in foro: quos in ambitiõe:quos ĩ republica:quos in amicorum negociis res ipsa ante confecit:q̃ possemus aliquid de rebus tantis suspicari? Quod si tibi tantum in nobis uidetur esse:quibus etiam si ingeniũ: ut tu putas non maxime defuit: doctrina certe & otium:& Hercule etiam studium illud dicẽdi acerrimum defuit. Quid censes si ad alicuius ingeniũ uel mauis illa quæ ego non attigi accesserint: qualem illum & quantum oratorem futurum. Tum Antonius:Probas mihi inquit ista Crasse quæ dicis:nec dubito:quin multo locupletior in dicendo futurus sit:siquis omnium rerum atq; artium rationem naturamq; comprehenderit. Sed primum id difficile factu est:præsertim in hac nostra uita: nostrisque occupationibus. Deinde illud etiam uerendum est:ne abstrahamur ex hac exercitatiõe & consuetudine dicendi populari & forensi. Aliud enim mihi quoddam genus orationis esse uidetur eorum hominum: de quibus pauloante dixisti:

Grauiter:serio. Facete:ioco. Quas ego siquis:probat quod dixerat Scæuola:du3 respõderet iis, quæ Crassus disputauerat:uidelicet fieri non debere:ut rerum omnium atq; artium doctrina oratori tribuatur. Dicit enim si fieri posset:ut unus omnium artium scientiam complecteretur:& huic facultas orationis addita fuerit:hunc ego egregium,& admirandum sentirem:sed nullus eiusmodi est.& id Crassi ipsius probat exemplo: qui & si acri sit ingenio:non tamen eam oratoris facultatem sit assecutus. Quas:scilicet artes liberales. Vnus orator. Istam:scilicet facultatem. Sed siquis:idest talis,qui istas artes esset complexus. Esset:præsenti tempore. Fuisset:præterito. Esse posset:ad utrũque refertur:& semper auget. Omnium:scilicet iudicio. Laudem reliquisti:quia omnes laudes quæcunq; tribui possunt oratori:tu solus comprehendisti:& tamen nondum omnium scientiarum facultatem adeptus es. Verum:concludit ergo. Forensibus:quantum ad iudiciale. Ciuilibus:quantum ad politicam:sub qua demonstratiuum & deliberatiuu3 continetur:quod uel in foro:uel in curia tractatur. Res & ueritas: ueritas rei. endiadis est. Hic Crassus:respondit breuiter Crassus ad ea:quæ de laudibus suis Scæuola dixerat:& dicit non de seipso locutum fuisse:quia nec didicit:nec discere potuit assiduis & proprie importunis occupationibus impeditus. Quod siquis præstanti ingenio fuerit:& otiũ habuerit id consequi poterit:quod oratori necessarium prope existimat. In foro:in caussis agendis. In ambitione:in petendis magistratibus. In republica: administranda. Amicoru3:in defendẽdis amicis. Aut didicimus: ac si diceret:Non modo nihil didicimus: sed ne discere quidem potuimus:tam intempestiuis:& assiduis occupationibus impediti. Cõfecit:defatigauit:ut ipse alibi:His me laboribus confecissem. Quod si tibi tantu3: quod Scæuola contra se dixerit:id in suam utilitatem conuertit. Si mihi tantum, inquit, attribuis occupato homini:quid si alius extiterit maiori ingenio:& otium adeptus fuerit? numne existimas illum hæc omnia consecuturu3?

Qualem:dignitate. Quantum: magnitudine. TVM Antonius: Antonius q̃si arbiter inter Crassum & Scæuolam: sententiam Crassi confirmat:sed difficultatem in tanta re ostendit:negans ullam esse artem dicendi. Diuiditur autem hoc caput in tres partes. In prima dicit difficile eẽ occupatis hominibus, cuiusmodi sunt Romani, tantarum rerũ sciẽtiam posse complecti. In secunda parte ostendit aliud dicendi genus esse oratoris:& aliud phi:sed tamen in suo genere utrunq; grauem & ornatũ. In tertia autem Mnesarchi & Carneadis disputationem ponit:& Carneadis sententiam confirmat. Quæ dicis: de oratore perfecto. Rationem:quantum ad precepta.

Naturam:quãtum ad proprietatem. Grammatices est proprium recte loqui:recteq; scribere. Dialecticæ proprium ab aduersario uerum extorquere. Rhetoricæ: auditoribus persuadere. Arithmeticæ: quantitatis & numeri rationem explicare: & sic de cæteris. Vita:scilicet politica. Occupationibus:administrandæ reipublicæ. Ne abstrahamur:etiam si iis studiis dandi uoluerimus.

Proprium omnium artium

Populari:quantum ad demonstratiuum & deliberatiuum. Forensi:quantum ad iudiciale. Aliud enim: hæc est secunda huius capitis pars: Vere inqua3 uereor ne abstrahamur:quia aliud & cætera. Eorum hominum:scilicet philosophorum.

quãuis illi ornate & grauiter:aut de natura rerum: aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quodam genus eſt uerborum & lætum: ſed palæſtræ magis & olei:q̃ huius ciuilis turbæ ac fori. Namq; egomet qui ſero ac leuiter græcas literas attigiſſe: tamẽ cum ꝓcõſul in Cilicia proficiſcens Athenas ueniſſem:complures tum ibi dies ſum propter nauigandi dificultatem commoratus. Sed cum quotidie mecũ haberem homines doctiſſimos:eos fere ipſos:qui abs te modo ſunt nominati:cumq; hoc neſcio quomodo apud eos increbuiſſet:me in cauſis maioribus ſicuti te ſolere uerſari:pro ſe q; quiſq; poterat:de officio & de oratoris ratione diſputabat:horũ alii ſicuti iſte ipſe Mneſarchus:hos:quos nos oratores uocaremus: nihil eſſe dicebat: niſi quoſdam operarios ligua celeri & exercitata. Oratorem autem niſi qui ſapiens eſſet: eẽ neminẽ: atq; ipſam eloquentiam:quod ex bene dicendi ſcientia conſtaret:unam quandam eſſe uirtutem: & q unã uirtutem haberet:omneis haberet: eaſq; eſſe inter ſe æqualeis & pares. Ita qui eſſet eloquẽs eum uirtutes omnes habere:atq; eſſe ſapientẽ. ſed hæc erat ſpinoſa quædam & exilis oratio: longeq; a noſtris ſenſib⁹ abhorebat. Carneades uero multo uberius hiſdem de rebus loquebatur:non quo aperiret ſententiam ſuam (hic enim mos erat patrius academiæ:aduerſari ſemper omnibus in diſputãdo) ſed tum maxime tamen hoc ſignificabat:eos qui rhetores nominabantur:& qui dicendi præcepta traderent:nihil plane tenere: neq; poſſe quenquã facultatem aſſequi:niſi qui philoſophorum inuenta didiciſſet. Diſputabant contra diſerti hoĩes Athenienſes in republica cauſiſq; uerſati: in quis erat ẽt is:qui nuꝑ Romæ fuit Menedemus hoſpes meus: qui cũ diceret eſſe quãdam prudentiam:q̃ uerſaretur in ꝑſpiciendis rõnibus conſtituendarũ & agendarũ reꝝ publicaꝝ excitabatur hõ prõptus ab homine abũdanti doctrina:& quadã incredibili uarietate rerũ atq; copia:omnis.n. partis illius ipſi⁹ prudẽtiæ petẽdas eẽ a philoſophia dicebat. Neq; ea q̃ ſtatuerent in repub. de diis ĩmortalibus: de diſciplina iuuẽtutis:de iuſtitia:de patiẽtia:de tẽperãtia:

Ornate:uerbis. Grauiter:ſententiis. De natura reꝝ:qđ ẽ phyſici. Humanis rebus:quod eſt æthici. Nitidum quoddam:& oſtendit differentiam inter genus dicendi philoſophorum & oratorum. Nitidum: planum & exile. Lætu3:gratum. nam ex primo ſequitur ſecundum. ſignificat autem quietum diſputandi genus quoquo utuntur philoſophi. Palæſtræ:hoc eſt ludi cuiuſdam manſuetioris:q̃ prælii aſperioris. Quod aute3 dixit palæſtræ, & olei:innuit gracile, & extenuatum dicendi genus:quo utuntur philoſophi. Turbæ ac fori: quia uidelicet in forenſibus cauſis:& etiam in populo acrioribus utimur & uerbis & ſententiis. Namq; egomet: aggreditur tertiam partem. Egomet: non qui ab alio audiuerim. Qui ſero:occurrebat quomodo Athenis audire uoluiſti græcos diſputantes:cum & latinus eſſes & Romanus uidelicet. Leuiter:ſuperficialiter. Increbuiſſet:fama uulgatu3 eſſet. Maioribus: difficiliorib⁹:ſiue ĩ curia ſiue ad pplm. Pro ſe q; qſq;:ut mihi gratificaretur. Ratione:uidelicet ex arte dicere. Operarios:qui operas ſuas locant clientibus. Vnam quandam uirtutẽ: quia bene dicendi ſcientia. ſi eſt ſcientia bene dicendi:ergo uirtus eſt: ſed qui unam habet uirtutem:omnes habeat neceſſe eſt:ergo orator omnium artium ſciẽtiã tenebit. Aequales:magnitudine. Pares:ui. Aequales:quãtitate. Pares:dignitate. Spinoſa:aſpera:non facile perſuadens:nam argumenta eorum ſunt exilia. Abhorrebat:non eni probat qđ uolebat. Carneades uero:oſtẽdit uberiori ratione diſſeruiſſe Carneadem, q̃ Mneſarchum.

Operarii

Non quo aperiret ſententia ſua: nam Academici nihil certum ponunt:ſed quod ex diſputatione magis probant, ſequũtur. Significabat:unde de Academico ſignificabat dixit:non autem affirmabat:quia illi nihil certi affirmant. Rhetores nomina. ideſt qui dicendi præcepta tradunt. Sophiſtæ uero declamationibus adoleſcentes exercent: oratores uero ex arte dicunt. Quemq;: ſcilicet eloquentiæ ſtudentem. Philoſophorum inuenta didiciſſet:rhetores autem non didiciſſe: ergo nec aliis tradere poſſe. Cõtra:ſcilicet hũc Carneadẽ. Diſerti:ſcilicet oratores. Republica cauſiſq;:in foro:in populo:ĩ curia. Hoſpes:que3 Antonius ſuſceperat hoſpitio. Inſtituendarum rerũ publicaru3:legibus & moribus. Agendarum:gubernatione & adminiſtratione. & bono utitur ordine. Promptus:acri ingenio. Ipſius prudentiæ: quã dixerat Menedemus eſſe oratoris. Incredibili uarietate rerum:quia omnis philoſophiæ genus tenebat Carneades. De diis immortalibus:quod eſt iuris pontificii: ad religionem pertinet & cerimonias:in quibus metaphyſica continetur. De diſciplina iuuentutis: ad politicam: ideſt de ſtudiis iuuenum: ut belli, paciſq; temporibus poſſint eſſe muniti:ut uidelicet literis & armis exerceantur: literis in pace: armis in bello. De iuſtitia: ideſt de innocentia:ut legibus pareatur:quaru3 cuſtos eſt iuſtitia. hæc autem omnia tractantur ab æthico. De patientia:quæ eſt pars fortitudinis.

Rhetor
Sophiſta
Orator

Temperantia eſt ipſa uirtus: cuius pars eſt continentia & modeſtia.

Modo

dę modo rerum omniũ:cæteraq;:sine q̃bus ciuitates:aut esse:aut bene moratæ eẽ nõ possent; usquã in eorum libris inueniri. Quod si tantam uim rerũ maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur:quærebat cur de procemiis:& de epilogis:& de huiusmodi nugis (sic enĩ appellabat) referti essent eorum libri: de ciuitatibus instituendis:de describendis legibus:de æquitate: de iustitia:de fide:de frangendis cupiditatibus:de conformandis hominum moribus: litera nulla in eorum libris inuenietur. Ipsa uero pręcepta sic illudere solebat:ut ostenderet eos non modo expertes esse illius prudentiæ:quã sibi asciscerent:sed ne hanc q̃dem ipsam dicendi rationem ac uiam nosse. Caput enĩ esse arbitrabatur oratoris:ut & ipsis apud quos ageret:talis qualem se ipse optaret uideretur:id fieri uitæ dignitate: de qua nihil rhetorici ipsi doctores in præceptis suis reliquissent:& uti eorum qui audirent sic afficerẽtur animi:ut eos affici uelit orator:quid idem fieri nullo modo posse: nisi cognosceret is qui diceret, quot modis hominum mentes:& quibus rebus:& quo genere oratiõis in quãque partem mouerentur. hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atq; abdita: quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Ea Menedemus exemplis magis q̃ argumentis refellere conabatur. Memoriter enim multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuncians:dicebat illum in animis uel iudicum, uel populi in omnem partem dicendo permouendis non fuisse ignarum:quibus ea rebus consequeretur: q̃ negaret ille sine philosophia quenquã scire posse: huic ille respõdebat:non se negare Demosthenem summam prudentiam summamq; uim habuisse dicendi:sed siue ille hoc ingenio potuisset:siue id q̃d constaret:Platonis studiosus audiendi fuisset; non q̃d ille potuisset:sed quid isti docerent; esse quærẽdum. Sæpe etiam in eam partem ferebatur orõne: ut oĩno disputaret nullam artem esse dicendi. Idq; cum argumentis docuerat:q; ita nati eẽmus: ut & blandiri suppliciter iis a quibus aliquis eẽt petendum:& aduersarios minaciter terrere possemus:& rem gestam exponere:& id quod intenderemus cõfirmare:& id quod contradiceretur refellere: & ad extremum deprecari aliquid & cõqueri. Quibus in rebus omnis oratorum uersaretur facultas:cum consuetudo exercitatioque & intelligendi prudentia acueret; & loquendi celeritatem incitaret.

Modo:modus est quatuor rerum: modus pecuniæ:modus honoris: modus ulciscendi: modus etiam uoloptatis. *Modi quatuor reꝝ* Esse: aut omnino tolluntur:aut si stant:non stant bene moratæ. De cioitatibus instituendis: ad id qđ dixit constituendarum reiũ publicarũ: & est laudãda oratoris copia:nam eadẽ quæ supra diuersis uerbis dicit. Caput.i.summam. De æquitate, de iustitia:iostitia est uniuersalis q̃dam oirtus:quæ & uirtutũ oĩuȝ opera iubet: & uitiorũ omniũ facinora uetat. Aequitas uero specialis est magis:ut omnes æquo iure uiuant:ut nec plos quisquam alio cõmodi cõsequatur:nec plus incõmodi. De fide:quæ est pars iuris naturalis. Nam in fide fœdera continentur. De frangendis cupiditatibus: quãtum ad temperãtiam:idest de uincendis appetitibus:ut Fracti bello: idest uicti. *Fractus* De conformandis:ad id quod dixit:disciplinam iuoẽtutis.ut sciant & quid turpe oitent:& quid honestum sequantur. Illios prudentiæ:scilicet constituendarum ciuitatum. Vitæ dignitate:bene sentiendo, & bene agendo:uitæ dignitas comparatur:hoc aotem cognosci poterit bene uiuendo:sed nulla utilitate extrinsecus quæsita. Et ut eos affici: & summam oratoris esse:ut auditoruȝ animos moueat. Qd: scilicet animos auditorum inclinari: ot uult orator. Quot modis:duob⁹ scilicet.primus si ingenio:deinde moribus horũ, qui audiũr, orationem accomodauerimus. Quibus rebus:uidelicet laudando:quæ placent auditoribus, & uituperando quæ displicent. Quo genere orationis:uel sublimi:uel mediocri:uł attenuato.sublimi si ad odiũ:uel indignationem cõcitauerimus.humili si ad misericordiã lenire uoluerimus. In quãq; partem: uidelicet in principiũ & cõclusionem. Retrusa: reposita: Abdita:recõdita. Primoribus.i.sũmis; ut Sandalo innixus primoribus digitis: idest summis. Exemplis magis q̃ argumentis:qa uidelicet dialecticã ignorabat simplex causidicus. Demosthenis: qui tãetsi orator tantum fuisset non philosophus: tamẽ qcqd uolpisset suadere poterat. Vel iudicum: in foro causas agẽdo. Vel populi:cõciones habẽdo. Siue ingenio:nullo adiutos artificio.

Ferebatur:dirigebatur. Vt & blandiri: nã rustici etiã cum timent se condemnari. Sine arte:sine præceptione suppliciter blandiũtur iudicibus:& ad procemium spectat isinuare quod est procemii proprium. Aduersarios minaciter terrere:cum uel caosam aduersarioruȝ:uel ipsos ẽt insectamur:& minamur non esse illis ex sententiis cessuruȝ sicut existimãt.

Rem exponere:quod est narrationis. Confirmare:quantum ad eam partem orationis: quæ est confirmatio & confutatio. Deprecari:quod est conclusionis per conquestionem. nam est proprie oratio auditorum misericordiam captans. Id autem fit aut ueniam petendo:aut miserias nostras exponendo.

Nec mediocriter diſertũ:ergo nulla ẽ ars: q̃ñ
Coraces & Cteſias q̃ præcepta tradũt indiſerti ſunt. Corace &
Cteſia:q̃ primi de arte ſcripſere. Horũ Quin-
tilianus meminit. Fuerunt autẽ Siculi. In al
tero:q̃d ego aliquid in dicẽdo poſſem. Artẽ
uero negabat:hoc mõ argumentabatur: Ars
non habet plenã ſignificationẽ: ſed ad aliq̃d
unũ tendit tanq̃ certum finẽ:ut uerbi gratia:
Geometria ad finẽ demetiẽdi:& nunq̃ deme
tiendo falli poteſt:qui ſcientiã de mẽſuris te-
nuerit. Eodẽ mõ ſi rhetorica eſſet ars:tẽderet
ad finẽ:in quo falli nõ poſſet. Fallitur aũt ple
rũq;. Nõ eni ſemp perſuadet:igitur nõ eſt ars.
Non ualet argumẽtũ. Primũ nõ cõcedimus fi
nẽ eſſe ſuadere:ſed bñdicere:ſicut apud Quin
tilanũ probatur. Orator aũt cũ bene dixerit:
functus eſt officio:igiẽ ad finẽ tendit:in quo
falli nõ põt. Deĩde ꝓſuppoſito:ut finis ſit per
ſuadere:etiã ſi nõ perſuaſerit:& bene dixerit:
ſuo functus eſt officio. nõ. n. ipſi⁹ culpa eſt:ſed
auditoris:qui pſuaderi noluit. Ita tñ diſputa-
bat Carneades. Cognitis:ſimpliciter. Per-
ſpectis:intelligẽtia & rõne. Dubia:q̃tũ ad id
q̃d dixit fallẽtibus. Dubia:q̃tum ad orato-
rem. Incerta:q̃tũ ad auditorẽ. Ab iis q̃ oĩa
nõ plane. ſ. ab oratoribus:q̃bus dubia ſunt:ut
pote ad certã cauſam & tẽpus accepta. Et au
direnẽ ab iis. ſ. auditoribus:quibus pſuaſum ẽ
ꝓbabilius magis q̃ neceſſariis argumentis: &
tõ eis incerta ſunt. Nõ ſciẽtia:non eni id ora
toris eſt docere:ut ſcientiã faciat:ſed ut ſuade
at. Aut certe falſa:auditor eni ſi ab oratore
falſis orationibus deceptus fuerit: captus certe
erit ꝓbabilibus magis q̃ neceſſariis. Nã orato
ris ẽ ꝓbabilia dicere:ſicut eniꝫ Quintilianus
docet. Vera niſi uerisimiliter dicantur: fidem
nõ faciũt. Exigui tẽporis: q̃a perorata orõ-
ne ſtatim ſequitur iudicium. Quid multa. ſ.
põt dicere. Sic michi tũ:iõ dicit:quia poſtea
mutata ſentẽtia aliter ſenſit. Neq; artificiũ:
hoc pſeueranter ſenſit. Neq; quenq̃: in hoc
mutauit ſnĩam. Callide:cũ ſubtilitate. Co
pioſe:cũ ubertate. Perfacilẽ:q̃d ſuauiſſime
oẽs me audirẽt. Te ꝑpugnacẽ i diſputãdo:q̃a
obtineres q̃d uelles. Imprudẽte & iuito: q̃a
ſtatuerat Antoni⁹ nihil i ſcriptis relinquere.
Mirabiliter:acutius iueniẽdo. Magnificẽ-
tius:pſtantius eloquẽdo. Augere:ſentẽtiis.
Fontes Ornare:uerbis. Fõtes:fontes dĩr oẽs artes
quæ rõne & doctrina percipiũtur:nã inde oẽs
materiã dicendi ſumunt. Animo ac memo-
ria. i. memoria animi adeo:ut animus pro me
moria accipiatur:ut Virgi. in Bucolicis: Om
nia fert ætas animum quoq;. i. memoriã. ergo
memoria ad diſcendum artes illas: quas fon-
tes dixit. Ambitione:in petẽdis honoribus.
Et foro:in cauſis agendis. In re atque na
tura:hoc eſt in facultate dicendi: quia aliter
eloquens eſſe non poterit:niſi materiam phi-
loſophiæ didicerit. Studio: diſcendi. Otio:
ſcribendi. Facultate: ſtudio & otio confi-
citur facultas dicendi.

Tum etiam exemplorum copia nitebatur. Nam
primum quaſi dedita opera neminem ſcriptorem
artis:ne mediocriter quidem diſertum fuiſſe dice-
bat:cum repeteret uſque a Corace neſcio quo &
Cteſia:quos artis illius inuentores & pricipes fuiſ
ſe conſtaret:eloquentiſſimos tamen homines: qui
iſta nec didiciſſent:nec omnino ſcire curaſſent: in-
numerabiles quoſdam habere nominabat:in qui-
bus etiam ſiue ille irridens:ſiue ꝙ ita putaret: atq;
ita audiſſet:me in eo numero qui illa non didiciſ-
ſem:& tamen (ut ipſe dicebat) poſſem aliquid in
dicendo proferebat. Quorum ego illi facile alte-
rum aſſentiebar:nihil me didiciſſe. In altero autem
me illudi ab eo:aut etiam ipſum errare arbitrabar.
Artem uero negabat eſſe ullam:niſi quæ cognitis:
penituſq; perſpectis:& in unum exitum ſpectan-
tibus:nunquam fallentibus rebus contineretur.
Hæc autem omnia quæ tractarentur ab oratori-
bus:dubia eſſe & incerta:cum & dicerentur ab iis:
qui ea omnia non plane tenerent:& audirentur ab
iis:quibus non ſcientia eſſet tradenda: ſed exigui
temporis:aut falſa:aut certe obſcura opinio immit
tenda. Quid multa? Sic mihi tum perſuadere ui-
debatur:neq; artificium ullum eſſe dicendi: neque
quenquam poſſe:niſi qui illa quæ a doctiſſimis ho
minibus in philoſophia dicerentur cognoſceret:
aut callide:aut copioſe dicere. In quibus Carnea-
des ſolebat ingenium tuum Craſſe uehementer ad
mirari:me ſibi perfacilem in dicendo:te perpugna
cem in diſputando eſſe uiſum. Tum ego hac eadẽ
opinione adductus:ſcripſi etiam illud quoddam in
libello:qui me imprudente & inuito excidit:& per
uenit in manus hominum: diſertos me cognoſce
nonnullos:eloquentem adhuc neminem. ꝙ eum
ſtatuebam diſertum:qui poſſet ſatis acute: atq; di-
lucide apud mediocres homines:ex communi qua
dam opinione hominum mirabiliter dicere. Elo-
quentem uero: qui mirabilius & magnificentius
augere poſſet:atq; ornare quæ uellet:omniſq; om-
nium rerum quæ ad diſcẽdum pertinerent: fontes
animo ac memoria contineret. Id ſi eſt difficile no
bis:qui ante q̃ ad dicendum ingreſſi ſumus: obrui-
mur ambitione & foro: ſit tamẽ in re poſitum atq;
natura. Ego enim quãtũ auguror cõiectura:q̃taq;
ingenia noſtris hominibus eẽ uideo:nõ diſpero ſo
re aliq̃n aliquem qui & ſtudio acriore q̃ nos ſumus
atq; fuimus:& otio ac facultate diſcendi maiore ac

Maturiore:quia tardius ad dicendũ ueniet. Et labore:ad studiũ. Industria:q̃tũ ad facultatẽ. Est aũt industria exercitatio frequens & assidua circa rẽ honestã. Ad audiendũ:q̃tũ ad studiũ. Scribendũ:ad otiũ. Paulũ addere:nõ multũ. HOC loco Sulpitius:hic est tertius tractatus:ubi diffinit̃:utrũ ars sit aliqua dicẽdi. Primũ in quinq; partes diuidit̃. In prima Sulpitius ꝓ se & Cotta Crassum rogat:ut suã uelit de dicẽdo dicere sniam. In secũda:q̃ icipit: Tũ ille Crassus:oẽm huius disputationis tõnem a se reiicit in Antoniũ:& excusat q̃ Sulpitio ante rogati morẽ nõ gesserit. In tertia:q̃ incipit: Tũ Cotta:urget̃ Crassus uehemẽtius disputare de his:quę audire desiderãt adulescẽtes. In quarta Crassus dicit hũc morẽ græculoꝝ hoium otiosorũ eẽ:ut de una quaq; re sibi ꝓposita disputẽ: quẽ morẽ ipse semp derisit. In q̃nta Scæuola Crassum rep̃hẽdit:q̃ nimis tenaciter bonoꝝ adulescẽtiũ studiis aduersetur.

Industria

maturiore:& labore atq; industria supiore: cum se ad audiendũ:legendũ:scribendũq; maiore opa dederit:existat talis orator:qualẽ q̃rimus:q iure non solũ disertus:sed ẽt eloquens dici possit: q tñ (mea snia) aut hic ẽ iã Crassus:aut siqs fuerit igenio pari:pluraq; q̃ hic & audierit & lectitarit & scripserit paulum huic aliquid poterit addere. Hoc loco Sul. Insp̃anti mihi inquit & Cottæ:sed ualde optãti utriq; nostrum cecidit:ut i istum sermonem Crasse delaberemini. Nobis enim huc uenientibus iucundum satis fore uidebatur:si cum uos de rebus aliis loqueremini:tamen nos aliquid ex sermone uestro memoria dignum excipere possemus. Vt uero penitus in eam ipsam totius huius uel studii: uel artificii:uel facultatis disputationem pene intimam perueniretis: uix optandum nobis uidebatur. Ego enim qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; uestrum Crasse:tuo uero etiã amore cum ab eo nusq̃ discederem:uerbum ex eo nunq̃ elicere potui de ui:ac de ratione dicendi: cum & per me ipsum egissem:& per Drusum sæpe tentassem. Quo i genere tu Antoni (uere loquar) nunq̃ mihi percõctanti: aut quærenti aliquid defuisti:& persæpe me quid soleres in docendo obseruare docuisti. Nunc qñ uterq; uestrum patefecit earũ rerum ipsarum aditum:quas quærimus: & qm̃ princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit: date uobis hanc ueniam:ut ea quæ sentitis de oĩ gñe dicendi:subtiliter prosequamini. Quod quidem si erit a nobis impetratum magnam habebo Crasse huic palæstræ:& Tusculano tuo gratiam:& longe Academiæ illi ac Lycio:tuum hoc suburbanũ anteponam. Tum ille: Enimuero inquit Sulpiti rogemus Antonium:qui & potest facere id qđ requiris: & consueuit:ut te audio dicere:nam me quidem fateor semp a genere hoc toto sermonis refugisse: & tibi cupienti atq; instanti sæpissime negasse: ut tute pauloante dixisti:qđ ego non superbia; neq; inhumanitate faciebam:neque quo tuo studio rectissimo atq; optimo nõ obsequi uellem: præsertim cũ te unũ ex oĩbus ad dicendum maxime natum: aptũq; cognossem; sed me hercule istius disputatiõis

Sua spōte:uidelicet suopte īgenio:sine p̄ceptione artis:sine rōne præceptoris. Atq; id egisse.s. per exercitationem. Nō illiberale.i.non īdignū īgenuo hoīe. Estis in cursu:idest quamuis uos eam susceperitis. Tanquā in acie:nam sicut in castris milites:ita in foro oratores exercentur. Ludicra.s.palæstra. Prædiscere.s.declamationibus. Nam oratores anteq̄ ad ueras causas in foro agendas accederent: se apud sophistas declamationibus exercebant. Declamatiōes eni sunt quædam præludia orandi. Meditari:exercere:ut Virgi. Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem .i.exercitatione:mutata.l.litera in.d. Verum illa mox.i.postea.alias statim significat. Eq dē ꝓbo:laudo inq̄t ueras istas declamatiōes nō aūt modū ipsū declamādi. Causa aliqua posita.s.ficta: quæ tñ uerisimilis sit: ut exempli gratia. Deliberat Hannibal utrum in Italia maneat:an exercitum in Africā traiiciat. Hæc causa deliberatiua ficta quidē : sed uerisimilis est. Sed pleriq; in hoc : ecce causam cur modum ipsum declamandi non probē: quia declamationes tantum ad id exercent: ut pronunciationem iuuent:non ut stilum ipsum dicendi meliorem efficiant. Et uires exercent ; ut latera firmiora sint. Linguæ celeritatem : linguam expeditiorem reddendo. Verborumq; frequentia: non sententiarum:unum autem sequitur ex altero:nam ex celeritate linguæ uerborum sequitur frequētia. Quod audierunt dicendo homines:qđ audierunt:prouerbium est qui dicere frequēter exercent, assequuntur ut dicant. Sed quocunq;:scilicet non curantes bene an male dicant. Quamobrem in ipsis istis exercitationibus hoc dicit etiam si declamationes efficiunt:ut ex parte dicere possint:uidelicet sine ulla cogitatione si opus fuerit:tamē utilius eēt diligenter considerate. Caput autem est.i. summa:quod græci dicunt

Declamatio

Meditari

sed quæ sua sponte homines eloquentes facerent: ea quosdam obseruasse:atque id egisse:sic esse non eloquentiam ex artificio:sed artificium ex eloquētia natum: quod tamen (ut ante dixi) non eiicio: est enim etiam si minus necessarium ad bene dicendum:tamen ad cognoscendum non illiberale. Eā exercitatio quædam suscipienda uobis est:quamq̄ uos quidem iampridem estis in cursu:sed ii qui ingrediuntur ad studium:quiq; ea quæ agenda sunt in foro:tanq̄ in acie possunt etiam nunc exercitatione quasi ludrica prædiscere ac meditari. Hanc ipsam inquit Sulpitius nosse uolumus attamē ista quæ abs te breuiter arte decursa sunt:audire cupimus:q̄q̄ sunt nobis quoq; non inaudita. Verum illa mox:nunc de ipsa exercitatiōe quid sentias quærimus. Equidē probo ista Crassus inquit:quæ uos facere soletis:ut causa aliqua posita cōsimili causarū ea:quæ in forum deferūtur:dicatis q̄ maxime ad ueritatem accomodatæ:sed pleriq; in hoc uocem modo neq; eam scienter & uires exercēt suas: & linguæ celeritatem incitant:uerborumque frequentia delectantur:in quo fallit eos:quod audierunt dicēdo homines ut dicāt efficere solere. Vere enī etiā illud dicit̄ peruerse dicere homines:q̄ peruerse dicēdo facillime cōsequi. Quāobrē in istis ipsis exercitatiōibus:& si utile est etiā subito sępe dicere tñ illud utilius:sūpto spacio ad cogitandū paratus atq; accuratius dicere. Caput aūt est:qđ ut uere dicā minie facimus.est.n.magni laboris:quē pleriq; fugim⁹ q̄ plurimū scribere stilus opimus & pręstātissimus dicendi effector atque magister neque iniuria. Nam si subitam:& fortuitam orationem cōmentatio & cogitatio facile uincit:hanc ipsam profecto assidua ac diligēs scriptura superabit. Omnes enim siue artis sunt loci:siue ingenii cuiusdam ac prudentiæ:qui modo insunt in ea re de qua scribimus:inquirentibus nobis:omnique acie ingenii contemplantibus ostendunt se: & occurrant: omnesq; sententiæ:uerbaque omnia quæ sunt cuiusque generis maxime illustria: sub acumen stili subeant & succedant necesse est: tum ipsa collatio conformatioq; uerborum perficitur in scribendo: non poetico:sed quodā oratorio modo & numero.

Vult ergo tria esse genera declamandi. Vnū cum ex tempore dicimus. Alterum cū primo cogitamus:& sic ad dicendum uenimus. Tertium cum ea q̄ cogitamus p̄scribimus:postremo pronunciamus. Stilus opimus.i. character uberrimus. Ergo ita se habet declamatio:subita, cogitata, & scripta. Subita ualet ad id ut ex tēpore dicamus si opus fuerit. Cogitata:ut prōptius & accuratius dicatur. Scripta:ut copiosius & ornatius. Effector.i. auctor. Magister.i.doctor. Commentatio: tria sunt quæ quandam inter se similitudinē habēt:cōmentatio, cogitatio, consideratio: q̄ ita se habēt:sicut memoria, intelligentia, prudentia:Cōmentatio est .i. memoriæ. Cogitatio est τυ.i.intellectus:quem græci uocant. Cogitatio facit:ut res ipsas inueniamus. Consideratio:ut quę inuenta fuerit: ornatissimis uerbis & sententiis eloquamur. Ergo inuentionem tribuit cogitationi:elocutionem scriptioni. Prudentiæ:physicæ uirtutis. Acie : perspicuitate, acumine. Genus:qualitas. Maxime illustria:idest usitata, & ꝓpria. Sub acumē.s.scribtis. Succedant: q̄si ordine quodā:& ita tāgit elegātiā. Tū ipsa collatio:tāgit cōpositionē. Cōformatio.i. cōcinitas. Nō poetico numero : quia nō ita astrictus ē pedib⁹ orator sicuti poeta: sed tñ & ipse pedibus utit̄:sicut & Quītilia. docet.

Tria gn̄a declamādi

Hæc sunt q̄ clamores:exercitationis, inqt,
instituta tãtũ ualent:ut excitare possint mul
titudinē ad plausum:& doctiores in admira-
tionē:siquãdo scriptũ aliqđ attulerit:cum ar
gumenta nr̄a ꝓbare uoluerimus. Vt conci
tato nauigio:pulcherrima est similitudo:quã
a nauigãtibus sumit. In quotidianis aũt cō-
citatiōibus:diximus de exercitatione scriptio
nis:mō uideamus de exercitatione dictionis
quotidianę Duo aũt genera exercēdi esse di-
cit:qbus ipse adulescentulus uti cōsueuit:quo
rum alterũ alteri ꝓponi. Primum huiusmodi
est:ex uersibus:aut orationibus alioꝝ q̄ ma-
xime grauibus snias quãplurimas memoria
cōprehēdere:& eas alii uerbis:q̄ ab inuētori-
bus eaꝝ tractatæ sint,efferre. Alterũ exercē-
di genus ita se habet:gręcas sũmorũ oratorũ
orone explicare:& ex græcis latinas facere:&
hoc supiori añponit. In quotidianis: iō quo
tidianis dicit:ut differentiã ośdat a scriptiōe:
qa nō nisi supante ōtio scribere q̄sq̄ pōt. Cō
citationibus.i.exercitatiōibus.nã ōis exerci-
tatio:cōcitatio est:siue aīus intētione:siue cor
pus labore exercitatũ fuerit. C.Carbonē:
de quo superius dixit. Finē:mēsurã.tãtũ in-
qt legebã:q̄tũ memoria capere poterã. Eaȝ
rē:eandē sensum. Verbis aliis: qđ maxime
possem lectis:uerbis ꝓ uiribus electis. Min⁹
idoneis.i.deterioribus. Nihil prodesse:quia
nulla erat exercitatio. Postea mihi placuit:
ecce aliud genus exercitatiōis. Dũmō essent
idonea:sicut ꝑcipit in arte poetica Horatius.

Iã uocis & spūs:dixit de exercitatiōe: q̄ opti
mũ efficit dicendi characterē:nũc de exercita
tiōe dicit:q̄ ad ꝓnunciationē ptinet:quæ ge-
stu corporis:uenustate uultus:& oris:ac uocis
moderatiōe cōtinet. Iã uocis:in uoce p exer
citationē firmitudo & multitudo cōparat:nã
magnitudo tota ad naturã ptinet:ut añ dixi-
mus.Natura.n.ꝑstat,ut solũ magnũ,& cano-
rũ hēmus. Spiritus: ut firmiora latera sint
ad lōgas piodos. Liguæ motus:ut expeditio
& solutio linguæ fit. Nō artis idigēt.i.ma-
gis i exercitatiōe cōsistũt:q̄ i ꝑceptiōe. Qui
bus i reb⁹:i hac exercitatiōe nihil aliud ꝑcipe
re possumus:nisi ut eligamus quorũ similes es
se uelimus. Actores:mimi. Quorũ similes:
ne imitemur iuenustos & ieptos. Deformi
tatē:cōtra uenustatē uultus. Prauitatē:ine-
ptitudinē in gestu.s.totius corporis. Istã lo-
corũ simulachrorũ:naȝ memoria artificialis
duabus rebus cōtinet locis & imaginibus.

Educēda deide:Quitil.totũ hũc locũ acci-
pit:cũ de exercitatiōe scriptiōis ꝑcepta tradi-
dit. Educēda deide:trãslatio a militibus: q̄
ꝑludũs qbusdã se ad certamē pręparãt:ita cau
sidici in foro cōtestata lite faciunt. Dictio:
idest character dicendi. Ex hac domestica:
quæ domi exercetur. Vmbratili:quia sub te
ctis siue in schola hoc exercere solemus:& per
sistit in translatione umbratili quasi in tento
rio. In agmen.i.in turbam populi.
In puluerē:

Hæc sunt quæ clamores & admiratiōes in bonis
oratoribus efficiũt:neq; ea quisq̄ nisi diu multũq;
scriptitarit etiam si uehementissime se in his subdi
tis dictiōibus exercuerit consequetur. Et qui a scri
bendi consuetudine ad dicēdum uenit hanc effert
facultatem:ut etiam subito si dicat:tamen illa quæ
dicantur:similia scriptorum esse uideantur: atq; ēt
si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid cũ
ab eo discesserit:reliqua similis oratio cōsequitur:
ut concitato nauigio cum remiges inhibuerũt:re-
tinet tamen ipsa nauis motum & cursum suũ: inter
misso impetu pulsuq; remorũ:sic in oratione per-
petua cum scripta deficiunt:parem tamen obtinet
oratio reliqua cursum: scriptorum similitudine &
ui concitata. In quotidianis autem cōcitationibus-
equidem mihi adulescentulus ꝓponere solebam il
lam exercitationem maxime:qua C.Carbonē no-
strum illum inimicum solitum esse uti sciebam: ut
aut uersibus ꝓpositis q̄ maxime grauibus aut ora-
tione aliqua lecta ad eũ finem:quem memoria pos
sem comprehēdere:eam rem ipsam: quã legissem
uerbis aliis q̄ maxime possem lectis ꝓnunciarem:
sed post animaduerti hoc esse in hoc uitii: q; ea uer
ba:quæ maxime cuiusq; rei propria: quæq; essent
ornatissima:atq; optima occupasset: aut Ennius si
ad eius uersus me exercerem:aut Gracchus:si eius
orationem mihi forte proposuissem. Ita si iisdē uer
bis uterer:nihil prodesse si aliis:etiam obesse: cum
minus idoneis uti consuessem. Postea mihi pla-
cuit:eoq; sum usus adulescens:ut summorum ora-
torum græcas oratiōes explicarem: quibus lectis
hoc assequebar:ut cum ea quæ legeram græce lati
ne redderem:non solũ optimis uerbis uterer: atta-
men usitatis:sed etiam exprimerem quædam uer-
ba imitando:q̄ noua nostris essent: dummodo es-
sent idonea. Iam uocis & spiritus:& totius corpo-
ris:& ipsius linguæ motus & exercitationes: non
tam artis indigent:q̄ laboris. quibus in rebus ha-
bēda est ratio diligēter:quos imitemur:quorum si
miles uelimus esse. Intuendi nobis sunt non solum
oratores:sed etiam actores: ne mala consuetudine
ad aliquã deformitatē prauitatēq; inueniamus. Ex
ercenda est etiã memoria:ediscendis ad uerbũ qua
plurimis & nostris scriptis & alieni. Atq; in ea exer
citatione non sane mihi displicet adhibere si con-
sueris etiã ista locorũ simulachroꝝq; rationē: quæ
in arte tradit. Educēda deinde dictio est ex hac do
mestica exercitatiōe & umbraculi mediũ in agmēt

In puluerem:quasi in strepitum pedum. In clamorem.f.litigantium. In castra:in foro. In acie3 forense3: contra aduersarios nostros. Subeundus usus:idest subeunda est consuetudo:uel experientia omnium rerum. Periclitandæ:experiendæ.nã periculum idẽ est quod experimentum:ut Terentius:Fac periculum in literis: fac in palæstra.& deducitur a uerbo antiquo perior periris:quod non est in usu. Cõmẽtatio:rerũ fictio: quas sæpe meditatus fueris. In lucẽ proferenda est:in claritatẽ probabiliter dicendo. Legendi poetæ:ut fabulas scire possimus:qui uero poetæ potissimum sint ab oratore legendi,Quintilianus præcipit. Historia:ut exẽplis abundemus. Doctores: ad bonas artes. Periculum

in puluerem:in clamorem:in castra atq; aciem forensem:subeundus usus omnium: & periclitandæ uires ingenii.Et illa cõmentatio inclusa in ueritatis lucem proferenda est:legendi etiam poetæ:cognoscenda historia;omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi: & exercitationis causa laudandi:interpretandi:corrigendi:uituperandi:refellẽdi: disputandumq; de oĩ re in cõtrarias partes:& quicquid erit in quacũq; re q̃d probabile uideri possit:eliciẽdum:atq; dicendum:perdiscendum ius ciuile:cognoscendæ leges: percipienda omnis antiquitas:senatoria cõsuetudo: disciplina reipu.iura sociorum:fœdera:pactiones: causa imperii cognoscenda est:libandus est ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos: quo tanq̃ sale spargatur omnis oratio:effudi uobis oĩa quæ sentiebam:quæ fortasse si quandocũq; patrẽ familias arripuissetis ex aliquo circulo eadem uobis percontantibus respondisset. Hæc cum Crassus dixisset:silentium est consecutum: sed quãquã satis his qui aderant: ad id quod erat propositum dictum uidebatur:tamen sentiebant celerius esse multo:q̃ ipsi uellent ab eo peroratum. Tum Scæuola:Quid est Cotta inquit: quid tacetis? Nihil ne uobis in mentem uenit:quid præterea a Crasso requiratis? Immo id me Hercule inuit ipsum attendo:tantus enim cursus uerborũ fuit: & sic euolauit oratio: ut eius uim & incitationem aspexerim:uestigia ingressumque uix uiderim; & tanquã

Scriptores:ad historias. Interpretandi:exponendi. Corrigendi:emendandi. Vituperandi:improbandi. Refellendi:infirmandi.

Laudandi:quasi boni. Interpretandi:si obscuri. Vituperandi:quasi uitiosum. Refellendi:si falsum. Disputádumq; de omni re.i. quasi cõtrouersia constituenda est: ut aduersus eos dicamus:qui aliquid scripserint. Exercitationis:modi quatuordecim:fabula: historia:narratio:utilitas:sententia : improbatio:locus cõmunis:laus:uituperatio:imitatio: comparatio:descriptio:thesis:legis latio. Fabula quidem & narratio:non multum indiget exercitatiõe.Fabula siue historia utilitas: snia:ac thesis:deliberatiui sũt generis.Improbatio:comprobatio:locus cõmunis : iudicialis sunt generis.Laus:uitupatio:imitatio :cõparatio:demonstratiui sunt generis. Legendi poetæ:fabulam innuit. Legendi ac peruolutandi:intelligit sententiã,ac utilitatẽ. Laudãdi:quia laus & uituperatio tractatur. Vituperandi & refellẽdi:ad probationem,& improbationem. Eliciendum:excipiendum. Exercitationis mõi

Discendum ius ciuile:ad eam partem: qua3 diximus legislatio. In quacunq; re:uel i poesi:uel in historia:uel in doctrina philosophiæ.

Cognoscẽdæ legis:ius est generale:eius partes sunt tres:natura:consuetudo : & lex . Lex autem est : qui populus centuriatis comitiis sciuerit,aut decreuerit. Percipienda : ad id quod dixit cognoscẽda. Antiquitas omnis: idest mores maiorum:aut ius quod in scriptis continetur. Senatoria consuetudo:idest modus consulendi senatus. Disciplina reipublicæ:ad magistratum:qui scientiam gubernandæ ciuitatis habere debet. Causa imperii.i. omnes res:quæ pertinent ad augendum: conseruandumq; imperium: quo in genere sunt milites,classes,uectigalia:quæ omnia Cicero appellat neruos reipublicæ. Fœdera:ad religionem pertinẽt:nam naturale est qđ diuidit̃ in religionẽ, pietatẽ,gratiam,uindicationẽ,obseruantiam,& ueritatem:nã in fœderibus religiose q̃dã cerimoniæ sunt . Pactio in ueritate consistit. Libãdus:breuiter attingendus. Genere:specie. Facetiarum:facetiæ sunt dicta quædã urbana sine scurilitate. Tanquam sale:nam quemadmodum sale sapidiores sunt epulæ:ita etiam orationes facetiis ornatæ sunt iucundiores. Effundi uobis omnia:nunc concludit Crassus dicens:se fecisse id:ut sua3 de arte oratoria sententiam diceret. Quencunq;:etiam eruditum. Patet familias:quendam priuatum:& negociosum hominem. Circulo:ex aliquo conuentu:& corona confabulantium in foro. Percontantibus: interrogantibus. Silentium est consecutum: scilicet ab his qui audiebant. Satis:sufficienter. Quod erat propositum:scilicet quicquid de exercitatione oratoris sentiret,diceret. Sentiebant : iudicabant. Peroratum:finem dicendi factum. TVM SCAEVOLA: in hoc secundo capite constituitur Crassus:ut de oratoria facultate generatim dicat. Potest autem in tot partes diuidi:quot sunt sermones dialogi:quos in expositione ipsa facile percipietis.Hortatur itaq; Scæuola Crassum:ut illa rerum genera : quæ oratori attribuit: quasi non satis explicata:deinceps planius aperiat. Quid:idest cur. Attendo:considero. Cursus uelocitas:translatio a cursore sumpta:qui tanta celeritate stadium metitur:ut uestigia eius uix percipi possint. Vi: idest impetum & motum:quemadmodum uelocissimi cursoris motum:quod uidemus;sed uestigia uix perspicimus. Ingressiq;:qua cursum fecerit:& gressum suum tetenderit. Fœdus Pactio

in aliquam locupletem ac refertam domum uenerim:non explicata ueste:neque proposito argento:neque tabulis & signis propalam collatis:sed his omnibus multis magnificisque rebus constructis ac reconditis.Sic modo in oratione Crassi diuitias:ac ornamenta eius ingenii: per quędam inuolucra atq; integumenta prospexi:sed tanta cum contemplari cuperem:uix aspiciẽdi potestas fuit. Itaq; nec hoc possum dicere me omnino ignorare quid possideat:neq; plane nosse atq; inuidisse.Q uĩ tu igitur facis idem inquit Scæuola quod faceres. si in aliquam domum plenam ornamẽtorum uel in uillam uenisses:si ea seposita (ut dicis) essent:tuq; ualde spectãdi cupidus esses: non dubitares rogare dominum:ut proferri iuberet:præsertim si esset familiaris.Similiter nunc petas a Crasso:ut eã copiam ornamentorum suorum:quã constructam uno in loco quasi per trãsennã pretereũtes stricti aspeximus:in lucem proferat:& suo quoq; in loco collocet.Ego uero ĩquit Cotta a te peto Scæuola:me enim & hunc Sulpitiũ impedit pudor ab hoie omnium grauissimo:qui genus huiuscemodi disputationis semp cõtempserit:hæc quæ isti forsan puerorum elementa uideãtur exquirere.Sed tu ueniã nobis da Scæuola:& pfice ut Crassus hæc:q̃ coartauit:& peranguste refersit in oratione sua: dilatet nobis atq; explicet.Ego me Hercule inqt Mutius: antea uestra magis hoc causa uolebã q̃ mea . Neq; enĩ tantope hãc a Crasso disputationẽ desiderabã:

Locupletem:diuitem. Refertam:plenam ornamentorum omnium. Explicata:euoluta & explanata. Nam ea quæ sunt inuoluta:minus apparent:explicata uero penitus patent. Proposito:palam posito ante oculos. Tabulis.s.pictis.nam tabulas pictas magno in honore apud maiores nostros fuisse cõstat. Signis:idest statuis:nam tabulæ sunt picturæ:signa uero statuæ. Propalam:idest in propatulo. Collatis:idest in ordine dispositis. Reconditis:abditis & occultatis interius:quemadmodum uidemus in scriniis. Inuolucra:idest per quasdam inuolutiones:persistit in translatione ad id quod dixit. Constrictis:translatio sumpta est ab auleis: qbus inuolucris pictora minus apparet. In tegumenta:ad id qđ dixit recõditis. Cõstructis:cõglobatis.nã quæ constructa sunt:inuoluta sunt:quę abstrusa sunt tegumentis: inuolota sunt. Tegumẽtis:sicut in sacris & arcanis fieri uidemus. Diuitias:copiam. Ornamenta:doctrinam. Contẽplari:intueri. Sed differunt aspicere:& cõtẽplari.

Aspicere

Cõtẽplari

Aspicimus qđ subito apparet:deinde oculis nostris subito euanescit.Contemplamur quod diligenter intuemur. Tanta:tam pretiosa. Inuidisse: nõ accipiatur in sua significatione: sed inuidisse interius,ac penitus uidisse. Quin tu igitur: hic aperte respõdet Scæuola Cottæ. Villa:

Villa

uilla domus est in agris:& uillam dixit:eo q̃ res in agris agebatur. Ea:scilicet ornamenta. Seposita:seorsum posita, secreta, abdita.

Quin tu igitur facis:quando quidem fateris te percepisse magna quædam de ingenio Crassi:nec tamen ea intellexisses. In domũ: quæ sit in urbe. In uillam.i.in agris: nam domus in urbe:uilla in agris habitatio est. Tu: scilicet o Cotta:qui desiderio spectandorum ornamentorum cupidus es. Proferri:promi, palam aperiri. Familiaris.s.ipsi domino ornamentorum. Similiter nunc petas:idest idẽ de his rebus:quæ ad oratorem pertinent:s in genio ac scientia Crassi latentibus. Eam copiam:eam multitudinem ornamẽtorum suorum:idest scientiæ:quam oratori attribuere non dubitauit. Cõstructam:coniectam, cõpositam. Vno in loco:idest uno ipsius Crassi ingenio.

Trãsenna

Per trãsennam: per fenestram . Est autem similitudo sumpta ab his qui domum aliquam prætereuntes iniectis oculis per fenestram aliquid semiplene uident : ita etiam nos:qui ea Crassi:quasi per trãsennã uidimus. & dicitur trãsenna:per quam aspectus pertrãsire potest. Strictim:subito,celeriter, breuiter. Proferat:expromat. In lucem : idest in apertum. Collocet:idest generatĩ omnia euoluat:& explicet:ac exponat. Gollocet:scilicet ordinatim.

EGO uero:nunc respondet Cotta in persona sui & Sulpitii dicens:O Scæuola:nos quidem magno harum rerum desiderio tenemur:sed hoc uereor ab homine ita maturo hæc quæ ætati suæ non conueniunt petere: sed tu qui maturior es ætate : id ab eo pete. Ego uero quoties parenthesis longior fuerit: quæ quasi hyperbaton uideatur:& quæ quasi obscuram orationem reddere uideatur:ponere solimus coniunctionem aliquam: ut hoc loco. Et hunc:demonstratiue dixit. Me:scilicet Cottam. Ab homine grauissimo : idest Crasso maxime auctoritatis uiro. Genus huiuscemodi:uidelicet de arte oratoria:ut etiam superius dixit. Istis Crasso. Elementa:principia:& rudimenta puerorum.Nam elementa sunt principia rerum omnium : unde

Elementa

notas literarum scriptores elementa uocant:eo q̃ sint principia orationis:nam ex dictionibus syllabæ:ex syllabis literæ fiunt:ergo elementum est nota prima orationis. Veniam:beneficium. Coartauit : constrinxit,colligauit in unum:& est translatio sumpta a uectoribus. Refersit:idest implendo stipauit.& est translatio ab his:qui in nauibus onera componunt:qui stipatores dicuntur:eo q̃ paruo in loco multa collocent : sicut & Crassus breuiter multa comprehenderet. Dilatet:aperiat. Explicet:euoluat.Aperiat ad id quod dixit:Coartauit. Ego me Hercule:respõdet Scæuola:se quoddammodo cupidum esse:ut hoc audiet:quæ nũquam concupiuit:non solum causa sociorum,sed etiam sua. Nostra causa uolebam:scilicet ut de his rebus disputaret Crassus:qui qđ ad me attinet solebã exercitatione in causis delectari magis:q̃ artificio eloquẽtiæ.

In causis

In causis:tunc cum ad peragẽdas causas in foro prodierit. Nunc uero:sed nũc ne etiam incẽdisti cupiditate audiendi:ergo q̃a iandiu tãtum otii non fuit nobis:da operam:ut hoc consequamur. Exædificare:quemadmodum iactis fundamentis opus perficitur:ita ẽt sic facias rogo. Disputationem:quæ de artificio constituta est. Formam:imaginem quasi corpus quoddam. Meliorem:utilitatem. Maiorem: materiam. Enimuero inquit Crassus:nunc Crassus subridens quodammodo:& cum admiratione iucunda inquit Miror Scæuola: qui cupidus sis hæc audire:& q̃ a me hoc desideres: q̃ nec ipse ita probe teneam:ut qui docent.nec si tenerem digna essent sapientia tua. De adulescentibus uero minus miror. Neq; primo quidẽ non ita didici:ut aliis tradere possem:q̃ si didicissem: tamẽ ista tua sapientia:q̃ omnẽ philosophiã & ius ciuile optime didiceris:digna non eẽt.

quãtopere eius in causis oratione delector. Nunc uero Crasse mea quoq; etiam causa rogo: ut quoniam tantum habemus otii:quantum iãdiu nobis non contigit: ut ne grauere exædificare id opus: qđ instituisti. Formam enim totius negocii opinione:maiorem melioremq; uideo: quã uehementer probo. Enimuero inquit Crassus mirari satis non queo etiam te hæc Scæuola desiderare:qua neque ego teneo:uti hi qui docent:neq; sunt eius generis: ut si optime tenerem:digna essent ista sapientia:ac tuis auribus. An tu inquit ille:si de istis communibus:& peruagatis uix huic ætati audiendum putas: etiã ne illa negligere possumus:quæ tu oratori cognoscenda esse dixisti de naturis hominum:de moribus:de rationibus his:quibus hominum mẽtes: & incitantur & reprimũtur:de historia:de antiquitate:de administratione reipublicæ:deniq; de ipso nostro iure ciuili. Hanc ego enim omnem scientiã & copiam rerum in tua prudentia sciebam inesse. In oratoris uero instrumento: tam lautam supellectilem nunq̃ uiderã. Potes inquit igitur Crassus:ut alia omittam innumerabilia & immensa: & ut ad ipsum ciuile ius tuũ ueniam: oratores putare eos: quos multas horas expectaui:cũ i cãpũ pperarẽ: & ridẽs & stomachãs Scæuola: cũ Hypsenus maxima uoce plurimis uerbis a M.Crasso prętore cõtenderet:ut ei quem defendebat cã cadere liceret.

Teneo:idest scio.nã necesse est:ut q̃ aliquid tradere uoluerit:id perfecte teneat. Doce.t.s. rhetores. Generis:cõditiõis. Sapiẽtia: idest maturitate. De istis:scilicet præceptis: quæ supra in unum collegit Crassus. Peruagatis: diuulgatis. Huic ætati:uidelicet maturæ. Illa:quæ tu dixisti oportere inesse oratori. An tu Scæuola inquit:Quid est qđ mireris Crasse:hæc optare quãuis sint communia & uulgaria:tamen audienda sunt. Naturis: quomodo incitarentur: & reprimerentur hominum mentes. Incitantur:scilicet per amplificationem. Reprimuntur:per conquæstionem. Tu:uocatiui casus est. Cõmunibus: quæ uulgo traduntur de arte oratoria: idest tria esse genera causarum: demonstratiuum, deliberatiuum,& iudiciale. Et q̃ partes rhetoricæ sunt q̃nq;: inuentio, dispositio, elocutio, memoria,& pronunciatio. Huic ætati: scilicet nostræ maturæ & grauescenti. De historia:uidelicet ut documenta maiorum teneat memoria. De antiquitate:de moribus maiorum nostrorum. De nostro iure:quod profecto magna grauitate dignũ est. Ego eni hanc scientiam:o Crasse non dubitabam unquam historias:& copiam rerum omniũ, & philosophiæ in tua prudentia esse: sed artificium oratoris nunquam uideram. Scientiã: iuris ciuilis. Copiã: tam philosophiæ naturalis q̃ moralis. Instrumento:oratione.nam instrumentum oratoris propric est oratio lauta:& abundans. POTes igitur:nunc Crassus hortatu Scæuolæ incipit singulatim de his rebus differere:quas superius summarim percurrerat: oratori necessarias:& inter cætera rerum genera:quæ oratori attribuerat:iuris ciuilis scientiam quoq; oratori retinẽdam esse dicit. In hoc igitur capite tertio agitur de iure ciuili:qđ ita pertinet ad iudiciale genus causarum:ut sine hoc nihil:aut parum ualeat orator. Igitur:quandoquidem uultis de his rebus disputare:de iure ciuili primum dicamus. Tuum ius ciuile:quia iurisconsultus erat Scæuola. Alia:idest aliarum scientiam,atq; doctrinam. Innumerabilia:ut supra dixit necessaria esse oratori:uidelicet p̃hiam:antiquitatem:historiam & cætera huiusmodi. Ridens:scilicet actorem,& defensorem:uidelicet Hypsenum & Cottam:propter ignorantiã iuris ciuilis. Stomachans:quia properabat in campum Martium:ubi futura erãt comitia: expectauit tñ ut tam stultæ actionis exitum uideret. Stomachans:idest irascens.& est sermo græcus. Lex est duodecim tabularum:nihil extra causam petiti:si petieris eam cadito. Hypsenus qui accusatus erat:petebat a prætore:ut aliter, atq; in scriptura erat, causam agere liceret ex cõmodo suo:unde & ipse cliens a causa sua cadebat: petebat igitur aliq̃d extra causã.i.ut a cã sua caderet:qđ cum defensor non intelligeret:negabat id facere:& quia uterque ius ciuile ignorabat:in hunc errorem deuenerunt. Cadere autem a causa est aduersario in causam concedere:quod pleriq; faciunt:ne maiora incommoda incurrant. Cn. autem Octauius interpretabatur causa cadere:ne omissa prima actione aliam denuo instituere liceret. Contenderet:peteret:quia interpretabat non causa cadere aduersario cedere:sed a causa cadere esse priorem actionem omittere:& aliam deinde instituere. A M.Crasso:apud quem iudicium habebatur. Vt liceret causa cadere:quia defendere credebat petendo: ut liceret ei quem defenderet causa cadere:idest amittere litẽ.nam quid aliud est causa cadere:nisi perdere litem. Sed hoc ipsum cum faceret:non intelligebat:& hoc eueniebat propter iuris ciuilis ignorantiam.

Tenere

Cadere causa

Cn.autem Octauius homo conſularis non minus longa oratione recuſaret:ne aduerſarius cauſa caderet. Ac ne is pro quo ipſe diceret turpi tutelæ iudicio atque omni moleſtia ſtultitia aduerſarii liberaretur. Ego uero iſtos inquit oratores non puto: memini enim mihi narrare Mutium non modo oratoris nomine:ſed ne foro quidemdignos uix putare. Atqui non defuit illis patronis eloquentia inquit Craſſus:neq; dicendi ratio:aut copia:ſed iuris ciuilis ſcientia: ꝙ alter plus lege agendo petebat: quã quantum lex in doudecim tabulis permiſerat: quod cũ impetraſſet cauſa caderet. Alter iniquum putabat:plus ſecum agi q̄ quod eſſet in actione:neque intelligebat ſi ita eſſet actum:litem aduerſariũ perditurum:quid in his paucis diebus? nonne nobis in tribunali Q u.Pompeii prætoris urbani familiaris noſtri ſedentibus homo ex numero diſertorũ poſtulabat? ut illi unde peteretur: uetus atq; uſitata exceptio daretur:cui⁹ pecuniæ dies fuiſſet: ꝙ petitoris cauſa comparatum eſſe non intelligebat:ut ſi ille iſiciator probaſſet iudicia: ante petitã pecuniam eſſe q̄ eſſet cœpta deberi : petitor rurſus cum peterat exceptione excludeteтur:quod ea res in iudiciũ antea ueniſſet. Q uid ergo hoc fieri turpius:aut dici poteſt? q̄ eum qui hanc perſonam ſuſceperit:ut amicorum controuerſias:cauſaſq; tueatur? laborantibus ſuccurat:ægris medeatur: afflictos excitet? Hũc in minimis:tenuiſſimiſq; rebus ita labi:ut aliis miſerandus:aliis irridendus eſſe uideatur. Equidem propinquum noſtrum P. Craſſũ illum diuitem:& multis aliis rebus elegantem hominem & ornatum: præcipue in hoc efferendum & laudandum puto ꝙ tum P. Scæuolæ fratri eſſet

Cn.autem Octauius:Cn.Octauius iuris ciuilis imperitus:illi rei non prouidebat.nam ſi prouidiſſet litẽ obtinuiſſet. Ac ne is:ordo eſt: Ac recuſaret ne is in iudicio,& omni moleſtia liberaretur. Turpi tutelæ:bñ turpi:quando quidam eum condemnari ſtudebat:quem defendere credebat. Stultitia:propter ſtultitiam aduerſarii:qui concedebat clienti ſuo:ut cauſa cadere liceret. Ego uero:reſpondet Scæuola Craſſo: Tu quæris ne homines huiuſmodi oratores putem? Reſpondeo:Et hoc non puto eſſe oratores. Iſtos:ſicuti fuit Hypſenus & Octauius. Mutium:ſcilicet augurem Scæuolam:qui ſenior erat. Atqui:Craſſus dicit Octauio & Hypſeno eloquentiam nõ defuiſſe:ſed eam : ꝙ iuris ciuilis imperiti erãt nihil eis ꝓfuiſſe. Illis patronis:ſcilicet Hypſeno & Cottæ. Dicẽdi ratio:ideſt ars. Copia:ideſt exercitatio. Agendo lege:ideſt legitime agendo. ſiquidem lege ageret plus alter petebat:q̄ concedebatur a lege duodecim tabularum. Alter:ſcilicet Hypſenus. Quod cum impetraſſet:ſcilicet a p̄tore cauſa caderet. Quod.ſ.pluſquã lex cõcederet. Alter.ſ.Cn.Octauius. In actione: q̃a in actiõe erat:ut ſemel cõteſtata lite:uel dãnaret͛ uł abſolueret͛. Ille uero hoc plus addebat ut q̃reretur: nunq̃d cauſa intermiſſa aliter ex commodo ſuo agi poſſet? Vetus atq; uſitata:in lege eſt:qui ante tempus agit: inutiliter agit.in hunc errorem ſiquis incidiſſet:cũ denuo eandem cauſam ſuo tẽpore acturus eſſet:petere ſolebat a prætore:ne ſibi actio illegitime inchoata fraudi eſſet. Erat ergo pretoria exceptio ne inutilis eſſet actio intempeſtiua eius cauſæ:quæ legitime rurſus ſuſciperetur. Quæ ideo petebatur exceptio:ne cum diſpendio nouandæ integro inſtitui oporteret actionem. Concedebatur itaq; ea petitori exceptio. Tollebatur enim illa exceptio:qua uti potuiſſet is:qui debebat.non admitti oportere actionem:de qua iudicatum antea fuiſſet. Reprehendit ergo Craſſus eum:qui exceptionem dari peteret inficianti:quę inuenta ſit ex commodo petẽtis. Nobis:ſcilicet me Craſſo ſedẽte:quia aſſeſor erat Põpeii prætoris in tribunali ius dicentis. Aſſeſſor : ideſt iudex.

Aſſeſſor

Homo:ſcilicet cauſidicus. Ex numero:ſcilicet eloquentum. Vnde:a quo pecunia peteretur:ideſt a debitore.nam petunt creditores a debitorib⁹. Cuius pecuniæ dies fuiſſet: ideſt exceptio eius pecuniæ :cuius pecuniæ tẽpus exiſſet:ut poſt legitimum tempus petendæ pecuniæ:tempus exciperetur non legitimum petitæ. Petitoris:creditoris. Cuius: ſcilicet ſoluendæ pecuniæ dies exiſſet. Inficiator:negator debitor. Cœpta eſſet deberi:ideſt antequam tempus ſtatutum ſoluendæ pecuniæ eſſet. Excluderetur:ſcilicet a petitione. Ante:ſcilicet tempus. Dies:ideſt legitimum tempus. Comparatum: conſtitutum. Quid ergo:nunc concludit dicens:Quandoquidem his exemplis oſtendimus cauſidicos:propter iuris ciuilis ignorantiam irrideri. Eſt ne igitur aliud quod turpius eſficere poſſit:cum clienti potius nocere uideatur q̄ prodeſſe. Hanc perſonam:ſcilicet oratoris:ut tueatur cauſas amicorum. Controuerſias cauſaſq;:ideſt controuerſias cauſarum:endiadis. Laborantibus:a potentioribus oppreſſis. Aegris:qui conſilio indigent. Afflictos:qui omni ope deſtituti ſunt:hoc eſt oppreſſos:abiectos:deſolatos. In minimis:ideſt infimis. Tenuiſſimis:leuibus. Miſerandus:ſcilicet amicis. Irridẽdus: inimicis. Equidem propinquum noſtrum:nunc propterea Craſſum laudat:qui dixit ſe non prius cauſidicum eſſe uoluiſſe:q̄ iuris ciuilis peritus eſſet:qui cum cæteris in rebus eſſet ornatus:id intellexit:non ſatis eſſe eloquẽtiam ad agendas cauſas:niſi etiam ius ciuile adderetur:& alios deinde huiuſmodi opinionis commemorat.

Propinquum noſtrum:q̃a de eadem familia fuit P. Craſſus:q dictus eſt diues. Elegantem:natura. Ornatum:doctrina. Efferendum:extollendum:p̄dicandum:laudandũ & aphæreſis eſt. Scæuolæ:auguris.

Solitus

Solitus dicere P. Scæuolæ fratri: ad Craſſum ita locutus eſt: Nec tu iuri ciuili ſatisfaceres: niſi eloquens eſſes. Cui Craſſus: Nec ego inquit prius cauſidicus eſſe uolui: q̃ iuris ciuilis ſcientiam tenerem. ordo eſt: Cum P. Scæuola frater ſolitus eſſet ei Craſſo. ſ. dicere: nec illum. ſ. Craſſum ſatisfacere & cætera. aut. ſ. Craſſus & cætera: per parẽtheſim lege. Satisfacere: ſatisfacere (ut Aſconius Pædianus dicit) eſt tantum facere q̃tum ſatis eſt. Satisfacere
Aſſumpſiſſet: cum iure ciuili. Quod quidem: uidelicet addidiſſe dicẽdi copiam iuri ciuili. Filius. ſ. P. Scæuolæ. Tractare cauſas. i. cauſidicum eſſe. Quid uero ille M. Cato: probat exemplo maioris Catonis. Ille. ſ. Cato maior: qui Cenſorius eſt appellatus: & orarot eximius. Quanta illa tempora: in quibus Cato fuit: neque enim uiri adeo docti erant: ſicuti poſtea fuerunt. Tempus: generale: Aetas uero magis ſpecialis. Omniũ ſcilicet ſuæ ætatis. Verecundius hac de re: quia uidebatur quodammodo inſectari M. Antonium: qui & ſi omnium eloquentiſſim⁹ illo tempore fuit: tamen nunq̃ ius ciuile diſcendum putauit. Verum quoniam ſententiæ: ſed tamen quia me coegiſtis: ut meam de oratore ſententiam exprimam: non occultabo quicquam: quod ad id pertineat: & hoc faciam: non ut aliquid contra Antonium dicã: ſed ut uoluntati ueſtræ morem geram: qui hoc a me tantopere petiiſtis. Participes: ut meã ſententiam uobiſcum communicem.

Solitus perſæpe dicere. neq; illum in iure ciuili. ſatis illi arti facere poſſe: niſi dicendi copiam aſſumpſiſſet. quod quidem hic qui mecum conſul fuit: filius eius eſt conſecutus. Neque ſe ante cauſas amicorum tractare atque agere cœpiſſe: q̃ ius ciuile didiciſſet. Quid uero ille M. Cato? nonne & eloquẽtia tanta fuit: quantam illa tempora: atque illa ætas in hac ciuitate ferre maximam potuit. Et iuris ciuilis omnium peritiſſimus? Verecũdius hac de re iam dudum loquor: quod adeſt uir in dicendo ſummus: quem ego unum oratorem maxime admiror: ſed tamen idem de hoc ſemper ius ciuile cõtempſit: uerum quoniam ſententiæ atque opinionis meæ uoluiſtis eſſe participes: nihil occultabo: & quoad potero uobis exponam quid de quaque re ſentiam? Antonii incredibilis quædam & prope ſingularis & diuina uis ingenii uidetur: etiam ſi hac ſcientia iuris nudata ſit poſſe ſe facile cæteris armis prudentiæ tueri atque defendere: quamobrem hic nobis ſit exceptus. Cæteros uero non dubitabo primum inertiæ condemnare: ſentẽtia mea poſt etiam impudentiæ: nam uolitare in foro: hærere in iure: ac prætorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire: in quibus ſæpe non de facto: ſed de æquitate ac iure certetur: iactare ſe in cauſis centumuiralibus: in quibus uſu capionum: tutellarum: gentilitatum: agnationum:

Exponam: declarabo. De quaq; re: ideſt generatim. Antonii incredibilis quædam: uide q̃ apte Craſſus excuſet Antonium: & tamen dicat oratores contemnendos eſſe ſine iure ciuili: hoc dicit: ſed ſi Antonius hoc facit tamen non eſt idem faciendum omnibus: q̃a non putabat hoc: ſcilicet iniuriæ eſſe: ut uidelicet de iure ciuili dicam: q; ipſe fortaſſe incredibili: & ſingulari ingenio ſit: nam omnes id facere poſſunt. Diuina uis: uirtus quæ eſt in M. Antonio. Etiam ſi nudata: ideſt quãuis ſit ſine hac ſcientia iuris ciuilis. Hic: ſcilicet Antonius. Sic exceptus: cum excipio: q; ille id ſuopte ingenio conſequitur. Cæteros uero: ſcilicet excepto Antonio. Inertiæ: q; ius ciuile non diſcant. Impudentiæ: q; ad agendas cauſas ſe conferunt. Nam uolitare in foro: ideſt huc atq; illuc ſe circunferre: ſicut cauſidici facere ſolent: qui ſuam operam mõ huic modo illi pollicentur: & cauſas eorum ſe defenſuros. Hærere. i. dubitare. ſ. in iure: cũ ad agendas cauſas ueniunt, dubitant: ſi q̃d de iure agendum fuerit.

Obire: adire ad iudicia: quia ignorare: quæ ad publica pertinent: turpe eſt. ignorare quæ ad priuata: turpiſſimum. De facto: an ſit: q̃d ſit: & quale ſit. & primum cũ quæritur an factum ſit: in cõiecturali cõſtitutione poſitum eſt: deinde q̃d ſit in diffinitiua: deinde quale ſit generalis. De æquitate ac iure. i. de æquitate iuris: hoc eſt de negociali & legitimo ſtatu. Iactare: gloriari ambitioſius. Iactare In cauſis centũuiralibus: in cauſis de q̃bus centũ uiri iudicabant: hic centũuiralia iudicia dicta ſunt: quæ uerſabant̃ in his ferme controuerſiis: uidelicet uſucapionum: tutelaꝝ & eiuſmodi, q̃ ſequunt̃. Centũ uiri erãt paulo plures: q̃ conſtituebant̃: cũ tres ex unaquaq; tribu exciperent̃: ſed ut cõmodius nominarent̃, centũuiri ſunt appellati. In quibus uſucapionũ: uidelicet de tp̃e uſucapionis: q̃d legitimũ ſit. Hoc aũt diffinit̃ inſtitutoꝝ li. i. Nam triennio uſucapio eſt inter p̃ñtes de rebus mobilibus: decennio de rebus imobilibus: uigẽnio iter abſẽtes de rebus imobilibus: q̃ nõ tanti tp̃is uſucapionẽ fecerit: poſſeſſione excidere põt. Diffinit̃ aũt a Modeſtino ſic: Vſucapio eſt acquiſitio uel adiectio dominii: per continuationẽ poſſeſſionis temporis lege diffiniti. Vſucapio Tutelarum: quæ dant̃ pupillis impuberibus. Tutelaruz Tutelarum tria ſunt genera: aliæ teſtamentariæ ſiue hæreditariæ: aliæ legitimæ: aliæ datiuæ. nam pueri poſt tria gña quartumdecimum annum: puellæ uero poſt duodecimum in ſua tutela ſunt: poſtea uero procuratores ſuccedunt: ut in inſtitutis patet. Eſt autem tutela (ut Seruius iuriſconſul. diffinit) ius ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum: qui per ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit: iure ciuili data ac permiſſa. Gentilitatum: cũ Tutela q̃d de gente & familia quæritur: quis cui proximior ſit familiæ: quem ad hæreditatem admittere oporteat. Agnationũ: q̃ is ſit p̃ximior agnatione. Sed differẽtia eſt iter agnationẽ: cognationẽ: & gentilitatẽ: agnati dicunt̃ q̃ ex linea paterna: uſq; ad ſeptimũ gradũ deſcendunt: cognati q̃ ex materna potius gentilitas utroſq; cõplect̃it.

Alluuionum:circunluuionum:nexorum:mãcipiorum:parietum:luminum: fluminum stillicidiorũ: testamentorum ruptorum:aut ratorum: cæteratũq; rerum inumerabilium iura uersentur. Cum omnino quid suum:quid alienum:quare deniq; ciuis an peregrinus:seruus an liber quispiam sit ignoret insignis est impudentiæ. Illa uero deridenda arrogantia est in minoribus nauigiis rudem esse se confiteri. quinqueremes autem aut etiam maiores gubernare didicisse. Tu ne mihi:cum in circulo decipiare aduersarii stipulatiuncula: & cum obsignes tabellas clientis tui:quibus in tabellis id sit scriptũ quo ille capiatur:ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? Citius hercule is:qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit: in Euxino ponto argonautarum nauem gubernarit. quid si ne paruæ quidem causæ sunt:sed sæpe maxime:in quibus certatur de iure ciuili:quæ tandem os est illius patroni:qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere. Quæ potuit igitur esse causa maior: quam illius militis: de cuius morte

Alluuionum:ut si ui atq; impetu fluminis pars alicuius agri aggeratur in alium agrum : cedit in possessio-
Alluuio nem eius cuius est ager:sicut institutorũ li.ii.continet de rerũ diuisione. Lucanus huius rei peritus ait:Illos terra fugit dños:huius rura colonis Accedunt donante Pado &c. Circunluuio:est cum partem alicuius agri rapi
Nexus dus amnis in alueum suum impulerit:& in modũ insulæ circũluit:iure uiciniori sit. Nexorũ,mãcipiorũ:
Mancipiũ sm Varronem:nexus est liber:qui operas sua in seruitute p pecunia:quam debebat dño præstabat. Mancipiũ aũt seruus:siue aliud aliquid ex his:q possidenẽ:quæ in ptãte dñi dono uel pecunia pôt ab altero mãcipari:uel quia iam mancipatus est:ut qui bella capiuntur:& dr mancipiũ eo q manu capi possit. Parietum:si paries cui domus utrinq; cohæreat:in dubium uenit utrius esse debeat:an alterius:an utriusq; : & hoc i iure ciuili tractaẽ. Luminũ:ut siquis uicinum phibeat parietes ædificare:aut ædificatos demoliri cogat: eo q obstet luminibus ædium suarũ. Lumẽ aũt.i.ut cælum uideaẽ. Sicut Paulus diffinit: qui facit differre inter prospectum & lumen. Nam prospectus ẽt ex inferioribus locis est: lumen ex inferiore loco non est. Fluminũ: non solum irriguum: qđ præterlabitur campos:uerũ ẽt piscosum:utrius esse debet quæritur: utrum piscatio sit unius uel plurium:uel publica uel priuata. Stillicidiorũ: quia pt uicinus phiberi ne domũ ita ædificet:ut in aream uicini sui pluuia de tecto cadat : qa si hoc
Stillicidiũ fieret a uicino pôt phiberi si uoluerit. Stillicidium est gutta quæ de tecto in terram cadit: a stilla & cado dictum. Testamentorũ:pp quædam solennia:quæ in condendis testamentis requiruntur:contra qđ siquis fecerit cõtinuo testamenta rescindenẽ:aut quia preteritus est filius sine legitima cã : aut posthumus natus est:qui nec causam quidem afferre potuit ullam exhæredandi legitimam : quas iurisconsulti quatuordecim esse uoluerunt. Ratorũ: firmorũ.in quibus quæritur:quis primus:qs secundus:qs tertius.primus ascendẽs:secundus descendens:tertius collateralis.hæc fiunt:cũ ab intestato aliqs moriẽ. Ciuis an peregrinus:uel ꝓrogatione:uel priuilegio:uel mancipio ciuis habebiẽ:nisi forte dediticius fuerit:ut in sequentibus de Caio Mãcino diceẽ:alioqn peregrinus erit. Seruus:superius dixit : q nõnunq̃ qri solẽt:cuius mãcipiũ an seruus esset:nunc dicit de cõditione ipsius. Insignis:magnæ & nobilis impudentiæ. Illa uero:nũc p similitudinẽ ostẽdit:cur ridẽdus sit arrogans.dicit.n.quẽadmodũ ridendus ẽ:q si minorẽ lẽbum gubernare nesciat:maioris nauigii gubernationẽ accipere uellet:ita ille deridẽdus est orator : qui cũ minores cãs sustinere ac defendere nõ possit:maiores suscipiat:ille impudens est:qui ad agendas cãs se confert: qñ uero maiores causas profitetur scire defendere arrogans est. Maiores:ut septiremes:& per exemplũ pbat. Tu mihi:cum satis cognoscere non possis stipulatiunculam:nec tabellas:ego tibi maiores causas cõmittere aude-
Stipulatio bo.q.d.nullo mõ. In circulo:in conuentu. Stipulatiuncula.i.obligatione pecuniæ:quæ minima solet esse
Stipendiũ conuentio.a stipe dicta.i.ab ære:unde stipẽdia publica:præmia quæ militibus danẽ.nã(ut ait Varro de doctri
Stipulari na linguæ latinæ)stipulari est pecuniã alligare. Aduersarii:quã aduersarius obligauerit. Cũ obsignes.i.obsignando pbes:ac si diceret:si nõ intelligis uerba testamenti:quõ intelligis ius ciuile:qui signabat tabellas: ostẽdebat se pbare illas. In tabellis clientis:in qbus scriptũ eẽt:quõ deciperẽ cliens:& si nõ itelligeres : tñ obsignares:in trãslatione psistit similitudinis supradictæ cũ tu decipiaris in obligatione pecuniæ:& in testõ:citius ego cõmiserim argo nauẽ in Euxino põto ei:qui in portu scalmorũ duorũ nauiculã obruerit:nã q duorũ scalmorũ nauiculã in portu obruerit:dignior est:q Argo nauẽ in Euxino põto gubernat:q̃ tu:q in his causis mi-
Scalmus nimis deceptus:causam maiorẽ egeris:& est syllogismus. Cõstat.n.ex ꝓpositione:ꝓpositionis assumptione & conclusione. Scalmus:lignũ teres:cui nautæ remos loro quodã alligare solent:ut firmius nauigẽt. Putẽ.q.d.
Euxinus unde nõ. In Euxino:p excellentiam dixit:quasi in mari asperrimo.est aũt dictus Euxinus ob inhospitali feritate:q̃ si anxeos:sicut in naturali historia Pli.testatur. In portu:in tranquillo. Quid si ne:ergo si paruæ causæ non sunt his cõmittendæ:qui sunt ignari iuris ciuilis:quõ magnæ cõmittentur. Quod tandem os.i.quæ tandẽ frons est.q.d.impudentissima:cum ad has causas se conferat:qui iuris ciuilis imperitissimus sit. Ad eas causas:scilicet maiores. Quæ potuit igitur:hanc causam Cicero declarat eius:qui creditus mortuus:postea rediit. Nam huic filium mortuum esse nonciatum est:qui postea audita filii morte testamentum mutauit. Hic maxima iuris ciuilis scientia opus fuit rudis:qui ignarus fuisset:profecto rem bene agere non posset. Miles: scilicet qui primo creditus erat mortuus.

Domum:

cum domum falsus ab exercitu nuncius uenisset: & pater eius re credita testamentum mutasset: & quem ei uisum esset hæredem fecisset: essetq; ipse mortuus: & res delata esset ad centumuiros: cum miles domum reuenisset: egissetq; lege in hæreditatem paternam testamento exhæres filius: nempe in ea causa quæsitum est de iure ciuili: possetne paternorum bonorum exhęres esse filius: quē pater testamēto: neq; hæredem: neq; exhæredem scripsisset nominatim. Quid q̄ de re inter Marcellos: & Claudios patritios centumuiri iudicarunt: cum Marcelli Auli liberti filii stirpe Claudii patricii eiusdem hominis: hæreditatem gente ad se dicerēt redisse: nonne in ea cā fuit oratoribus de toto stirpis ac gentilitatis iure dicēdum. Quid quod item in centumuirali iudicio certum esse accepimus: q Romam in exilium uenisset: cui Romæ exulare ius non esset: si se ad aliquem quasi patronum applicuisset: itestatoq; esset mortuus: nonne in ea cā ius applicationis obscurum sane: & ignotum patefactum in iudicio: atq; illustratum est a patrono. Quid nuper cum ego C. Sergii oratæ contra hūc nostrum Antonium iudicio priuato causam defenderem: nonne omnis nostra in iure uersata defensio est. Cū enim M. Marius Cratidianus ædes Oratæ uendidisset: neq; seruire quandam earum ædiū partē in mancipii lege dixisset: defendebamus qcquid fuisset incommodi in mancipio. Sed si uenditor scisset: neq; declarasset præstare deberet: quo quidem in genere familiaris noster M. Bucculeius homo neq; meo iudicio stultus: & suo ualde sapiens: & a iuris studio non abhorrens: simili quodā modo nuper errauit: nam cum ædes L. Fusio uenderet in mancipio lumina uti tū essent: ita recepit.

Domum: in urbem Romam. Egisset lege: secundum legem: quia filius exhęredari non poterat: qui nihil cōmiserat: cur exhæredari deberet. In ea cā: quæsitum est an filius exhæres: uel hæres esse deberet. Hæc cā in lege est: cuȝ mē paraso de testamētis in defectuosis. Nominatim: quia non scripsit filius meus: exhæres esto: neq; esset filius meus hæres esto. Quid. s. dicam de re inter Marcellos & Claudios Hæc cā talis ē: Ancilla Marcellorum plebeiorum peperit filium ex liberto Marcellorum claudiorum patriciorum: hic filius castrense patrimonium adeptus est: postea Marcelli plebei hæreditatem adeunt: lege stirpis: quia erat sua ancilla: & quia partus sequitur uentrem. At uero Claudii patricii Marcelli lege gentilitatis suam hæreditatem uocabant: q filius esset ex liberto suo: igitur necesse erat ut patronus itelligeret: qd faciendum esset: & quęrendum erat de gentilitate. Duæ familiæ. s. Marcellorum plebeiorum: & Claudiorum patricioruȝ. hi uidelicet plebei prænomen habent Marcum: illi uero patricii Claudium. Gente: idest gentilitatis lege suam uocant hæreditatem: quia de gente sua uenerat. Stirpe: lege stirpis: qa partus uentrem sequitur. Quid qd' item: & hanc quoq; causam Cicero declarat. Quidam qui exul quasi clientem se ad quendam quasi patronum ciuem Romanum applicuerat: ille apud quem exulabat: cum post aliqd' annos ab intestato mortuus esset: dicebat illam hæreditatē sibi deberi iure applicationis: & hæc cā in iure ciuili quærenda erat de iure applicationis. Intestato: ab intestato. i. sine testamento. In centumuirali iudicio: ut tractata fuit causa superior apud centumuiros. Nam centumuirale iudicium est quod centumuiri iudicabant. Exulare: in exilio posset eē Romæ. Applicuisset: adiunxisset. Obscurum: intellectu difficile ius. Ignotum: desuetudine incognitum. Patefactum: ad id quod dixit ignotum. Illustratum: ad id quod dixit obscurum. Quid nuper: hoc Cicero lib. tertio de officiis planius tractat. Vbi dicit quēdam Marium Gaditanum ædes suas uendidisse cuidam Sergio Oratæ: a quo aliquot ante annis emerat: & cum eas uenderet: hāc seruitutem mancipio inesse non dixerat: quod lege mancipii deberi dicebantur. Nam lex est quicquid in mancipio uitii uenditor sciens non dixerit: id præstato. Ergo in hac quoq; causa de iure ciuili quęsitum est: quam causam cum M. Antonio disputauit. Cū: Sergio Oratæ. Iudicio priuato: nō in foro: sed domestica disputatione. Nonne: idest non dixisset in alterius potestate esse. Mancipium dr̄ quicquid a dn̄o in dominum migrare pōt: sicuti nunc ædes: prędia: & bona oīa mobilia & imobilia: q̄ alienari pn̄t. Est ergo lex mancipii: quicquid in mancipio uitii fuerit: uenditor sciens non dixerit: id præstato. Sub hoc mancipio erat hoc incommodum: q non libere uenditoris erant ut si domus quam Marius uēdebat Oratæ: ex parte erat possessionis alterius: ut sunt ædes: pro quibus annuā pensionem soluimus: licet usus sit unius: & pensio alterius. Incommodi: idest uitii. Mācipio: idest ædibus. Mancipiū

Quo quidem: superius dixit de ædibus: quæ ex parte seruiēbant: uenditis Sergio Oratæ: nunc prosequitur dicens M. Bucculeiuȝ in simili genere causæ errasse: q uidelicet non prouidit: quidnam uitii in macipio futurū esset. In quo genere: quod ad uitium mancipii pertinet. Suo ualde sapiens: qui sibi plus fortasse arrogat: q̄ reuera sit. Nam cum ædes: sensus est: Aedes de Bucculeio uenditas fuisse Lucio Fusio ea conditione: ut lumina sicuti tūc erant Bucculeius præstaret. Recepit Bucculeius se ita præstare: in quo fefellit eū: q non prouidit parietes præstari posse: qui luce ædibus illis obstarent. Recepit: recipere est repromittere: & est uerbum iuris. Mancipio: idest ædibus. Modo: tantummodo. Recipere

Fusius aūt: sed cum cœpisset ædificare parietes in remotiore parte & suarum ædium luminibus nocerent: egit cum Bucculeio lege: uidelicet q̄ nō præstabat: qđ receperat. Procul. i. q̄tis pars illa cæli procul esset: tū quātuluncunq; officiebant ne lumina ædium talia essent: qualia fuerant cum uendidit. Putabat. s. Fusius. Quid uero: rursus aliud exemplum alterius causæ. Hæc aūt exempla ad id pertinent: ut ostendant neminem oratorem posse perfectum esse: nisi iuris ciuilis scientiam teneat. Quid. s. fuit. nonne magna fuit & magna hominum disputatione facta. Quidam paterfamilias moriens: relicta uxore grauida: ita testamento scripsit hæredem suū: Si filius posthumus natus erit primus mihi hęres esto. Si mortuus fuerit antequā condat testamentum M. Curius secundus mihi hæres esto. Postea euenit ut posthumus non nasceretur. Scæuola dicebat quia nullus posthumus natus est: nec mortuus. ergo M. Curius ideo non debet esse hæres: postea lege cautum est: ut qui in unum casum instituerit in alterum ēt instituisse uideatur. Quo concursu: q. d. magno. Æqualis: æquus. Limatus. expolitus. Subtilis: elegās: acutus. Iurisperitorum eloquentissimus: eloquentium iuris perilissimus: pulchra cōmutatio.

Posthumus Posthumus: posthumus dr̄ qui post mortem patris nascitur quasi posthumū. In suam tutelam ueniret. i. anteq̄ ad quartumdecimū annū perueniret. nam usq; ad quartumdecimū annū sub aliorū tutela positus est pupillus: cum aūt ad quartumdecimum annū peruenerit a tutela quæ sibi data est: in suam uenire incipit. Secundum. i. posthumum. Ego. s. Crassus. Eum. s. qui testamentum cōdidisset. Hac mente: hoc animo. Tum: cū condidit testamentum. Vterq;. s. Sęuola: & ego Crassus. Num destitit: & dicit quō has causas egerit in iure ciuili potissimum uersatos esse dicit. Auctoritatibus: eorū qui: uel secundum scriptum uel secundū uoluntatem testatoris iudicabant. Exemplis: eorū q hæreditatē adiissent: uel ēt nō adiissent. In testamētorū formulis: uel similibus uel dissimilibus.

Formulæ Formulæ sunt q̄ uulgo instra dn̄t. In medio iure ciuili: in penitiori ac magis arcana parte iuris ciuilis. Capitis nostri: sed de his causis dicamus q̄ ad salutē capitis pertinēt: q̄ nunq̄ diffiniri pn̄t nisi ius ciuile adhibitū fuerit. Capitis: nr̄i capitalis causæ: quæ. n. maior cā esse pōt: q̄ q̄ pertinet ad iudiciū capitis. q. d. nulla. Etenim: accidit cā capitis de C. Mancino: q̄ diffinire nemo potuisset sine iure ciuili. Hic

C. Mācinus C. Mancinus cōsul: cū Numātinis bellū gessit assiduis cędibus. Húc. C. Mancinum subactū cogere Numantini fœdus secū ferire: ut inermis abiret. Sꝫ cū senatus hoc n̄ pateref: eū dedendū Numātinis cēsuit: Numātini nō acceperūt. Cuꝫ igit domū rediisset in senatū cū cæteris ingressus est.

Fusius uero enim simul atq; ædificari cœptum est in quadam parte urbis: quæ modo ex illis ædibus cōspici posset: egit statim cum Bucculeio: q̄ cuicū q̄ particulæ cæli officeretur uia: q̄uis esset procul mutari lumina putabat. Quid uero clarissima M. Curii causa: & M. Cōponii nuper apud centumuiros: quo concursu hominū: qua expectatione defensa ē. Cū Q. Scæuola æqualis & collega meus: hō oīum ditissimus: & disciplina iuris ciuilis eruditissimus: & īgenio prudētiaq; acutissimus: & oīone maxime limatus atq; subtilis: atq; (ut ego soleo dicere) iurispitorū eloquētissimus eloquētiū iurispitissimus: ex scripto testamentorum iura defenderet: negaretq; nisi Posthumus: & natus: & anteq̄ in tutelam suam ueniret: mortuus esset: hæredem eū esse non posse: qui esset secundum posthumum & natum & mortuum hęres institutus. Ego uidelicet defendere eum hac tum mente fuisse: qui testamētum fecisset: ut si ei filius non esset: qui in tutelam iret: M. Curius esset hæres: num destitit uterq; nostrum in ea causa: in auctoritatibus: in exemplis: ī testamentorum formulis: hoc est in medio iure ciuili uersari. Omitto iam plura exempla causarum amplissimarum: quæ sunt īnumerabilia capitis nostri: sæpe potest accidere: ut causæ uersentur in iure. Etenim si C. Mancinum nobilissimum atq; optimum uirum ac consularem: cum propter inuidiā Numantini fœderis paterpatratus ex senatusconsulto Numantinis dedidisset: eumque illi non recepissent: posteaque Mancinus domum uenisset: neque in senatum introire dubitasset: P. Rutilius M. filius tri. pl. de senatu iussit educi. qđ eū ciuē negaret esse: quia memoria sic esset proditum: quem pater suus aut populus uendidisset: aut paterpatratus dedidisset: ei nullum esse postliminium:

Sed Rutilius Neuius tribunus plebis dixit eū nō eē ciuē: q̄a deditus fuisset hostibus: & nō acceptus. Nobilissimū: q̄ pr̄itius erat. Optimū: q̄a hoc nō iniq̄tate: sed necessitate fecerat. Cōsularē: q̄ cōsul fuerat bello Numātino. Propter inuidiā. i. odiū: q̄a inuisus fuit populo Romano: q̄ fœdus ignominiosū cū Numātinis pcussisset. Pr̄patratus: sacerdos fœcialiū.

Fœciales Fœciales aūt a fœderibus faciēdis dci sunt. pr̄patratus erat q̄ solēnia uerba fœderis pnūciabat. Hic erat

Paterpatratus q̄ nō solū īdiceret bellū: sed ēt siq̄s dedēdus erat: pr̄ipatrato negociū tradebaf. Senatuscōsul. q̄a senatus decreuit: ut dederetf. Venisset: q̄si sui iuris factus eēt: q̄ a Numātinis liberatus eēt. Neq; ī senatū itroire: q̄si

Postliminium semel liberatus fuisset: eo q̄a Numātinis nō fuisset receptus. Postliminiū autē (ut Paulus diffinit) ē ius amissę rei recipiēdæ ab extraneo: & ī statū pristinū restituēdæ: iter nos ac liberos: oēs populos: regesq; moribus: legibus cōstitutū. nā qđ bello amisimus: aut ēt circa bellū: hoc si rursū accipiamus dicimur postliminio recipe: idq; naturali æq̄tate itroductū ē: ut q p iniuriā ab extraneis dtinebaf: is ubi ī fines suos rediisset: pr̄stinū ius suū recipet.

Quam

quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam:contentionemq; maiorem‘ q̄ de ordine:de ciuitate:de libertate:de capite hominis consularis prę sertim:cum hæc non crimine aliquo qđ ille possit inficiari:sed in ciuili iure consisterent. Simili q; in genere:inferiori q; ordine: si qs apud nos seruisset ex populo fœderato:seseque liberasset:ac postea domum reuenisset:quæsitum est apud maiores nostros num is ad suos postliminio redisset:& amisisset hanc ciuitatē. Quid de libertate:: quo iudicium grauius esse nullum potest: non ne ex iure ciuili potest esse contentio: Cum quæritur is q domum domini uoluntate census sit:si non conditum lustrum:sit ne liber:continuo ne an tribus lustris conditis. Quid qđ usu memoria patrum uenit:ut paterfamilias:qui ex Hispania Romam uenisset:cum uxorem prę gnantem in prouincia reliquisset:Romæ q; alteram duxisset: neq; nuncium priori remisisset:mortuus q; eēt intestato:& ex utra q; filius natus esset:mediocris ne res in controuersiam adducta est. Cumq; quæreretur de duobus ciuium capitibus & de puero:qui ex posteriore natus erat:& de eius matre:quæ si iudicaretur: certis quibusdam uerbis:non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium:in concubinæ locum duceret. Hęc igitur & horum similia iura suę ciuitatis ignorantem:erectum & celsum:alacri & prompto ore:ac uultu:huc atq; illuc intuentem uagari cum magna caterua toto foro p̄sidiū clientibus:atq; opem amicis:& ppe cūctis ciuibus lucē īgenii: & cōsilii sui porrigentem:atq; tendentem. Nōne in primis

Quam:q.d.nullam:hæc oīa quæ sequuntur ad Mancinum referēda sunt. Ordine: uidelicet senator habendus sit:an non. Causam,contentionēq;.i.causæ contentionem. De ciuitate:utrum ciuis Romanus an peregrinus habendus sit. De libertate:seruus an liber. De capite hominis:absoluendus an dānandus:recipiendus an eiiciendus esset ab alio:q̄ a iurisconsulto. In iure ciuili:in iure ciuili disputatio erat.utrum pristinę conditionis esset an alienæ factus:ex quo deditus erat. Inferiori:q̄ senatoris ordinis. Seruisset.i.ciuis Romani seruus fuisset. Fœderato:qui nobis fœdere coniunctus est ut latini. Num is.i.an ad propria redire potuisset:& nunquid desisteret ciuis Romanus esse. Nam cum seruus liber factus esset:& ciuis Romanus quasi ad patriam suā rediisset: cumq; patriæ suæ ciues nollent:quia post eliminatio nem rediret:an ciuis Romanus desisteret esse. Si enim cum ad patriam suam rediit:ciuis Romanus esse desistit:postq̄ sui recipere nolūt:necessario ciuis Romanus est. Hanc ciuitatē: in qua liber factus esset. Quid.s.dicam. Hic etiam prosequitur ostendere exempla multa: quæ contingere possunt causarum: quæ in iure ciuili uersantur:ut si quæratur de libertate utrum liber sit:an seruus:uerbi gratia: Si quis Romanus ciuis seruum habeat: & eum in libertatem admittat:deinde in aliqua classe de censu ponat:nunquid hic liber iudicandus sit q; non lustris conditis in classe censitus sit:sed tantummodo uoluntate domini. Quo iudicium.s.libertatis. Nonne:est paterfamilias: qui seruum habet & manumissum eum in censu ponit in aliqua classe ex cēsu ante legitimū tempus lustri. Nam ut apud T.Liuium didicistis:populus Romanus in classes distributus fuit. Tribus lustris: idest ter condito a censoribus. Lustrum autem dicitur:quia cum cōditum sit lustrum:capita Romanorum censebantur:& quia lustrum per quinquēnium fiebat:obtinuit ut lustrum quinquennium dicatur. Grauius:quippe quæ pertinent ad conditionem hominis:seruus sit an liber. Census:qui in aliqua clase ex censu positus sit. Ne.i.an sit liber an tantum cum condiderit lustrum. Quid quod:ultimum ponit exemplū causarum amplissimarum. Cicero: Quæ in iure ciuili uersari possunt: quæ nullo modo defendi possunt:nisi ab his qui iuris ciuilis scientiam didicerint. Vsu uenit:idest contingit.

Lustrum

Patrum:idest maiorum nostrorum. Prægnantem:idest grauidam. In prouincia:scilicet Hispania. Nuncium:scilicet diuortii:quo illa cognosceret secum factum esse diuortiū.

Priori:ut scire posset altera ducta diuortiū secum fieri. Intestato:sine testamento. cum neq; hunc:neq; illū fecisset hæredē. Mediocris:q.d.magna. Ex utraq;:ex priori & secunda uxore. Cū quæritur: uenit in q̄stionē an alter eorū:an uterq; ciuis esset:si utraq; uxor legitima esse nō poterat:alter ciuis esse nō poterat. Sed uidēdū erat utra uxor legitima esse debebat. Verba legitima cū priori uxore fecerat:& cū secūda nō:ergo sequit ut secūda cōcubina sit nō hæres:& pria hæres esse debeat. De duobus ciuiū capitibus.s.illorū puerorū:utrū nūhic ciuis eēt:an ille:& utrū hic hęres eēt an ille. Quæreret.s.in iudicio. De puero:utrū puer h̄ndus eēt ciuis Romanus:an nō:& mř eius uxor an cōcubina:q̄a secūda uxor. Certis q̄busdā uerbis.i.si iudicatū eēt nō aliter fieri posse diuortiū nisi legitimis q̄busdā uerbis:q̄bus uti solet uxor:cū a uiro suo repudiat. Digestorū li.ii.lex ista exponit. Dicit.n.in renūciatione cōnubii:cū diuortiū fit:uerba hæc haberi solēt: Tu tibi res tuas habeto:tua tibi agito. & Plautus dat hæc uerba Alcmenæ: Vale res tuas tibi habeas. Hæc igr̄:nūc cōcludit:q; his exēplis p̄bare itēdebat:uidelicet impudētē eē eū q iuris ciuilis pitus eēt. Igit cū possint i iudiciis eiusmōi cāæ tractari plerūq;. Hæc:supra mēorata. Erectū:supinū corpe. Celsū:sublimē. Prōpto ore.i.facie:uultu, spē,& frōte apta. Intuētē:q̄si se oībus offerat:q opā suā desiderēt. Vagari cū magna caterua:cliētū. Præsidiū:iferioribus. Opē:pibus afferri notādū ē. Tēdētē:ōndētē & pollicētē. Porrigētē:affirmātē.

flagitiosum putandum est? Et quoniam de impudentia dixi: castigemus etiam segnitiem hoium: atq; inertiam. nam si esset ista cognitio iuris magna ac difficilis: tamē utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed o Dii immortales non dicerem hoc audiente Scæuola: nisi ipse dicere soleret: Nullius artis faciliorem sibi cognitionem uideri. Quod quidem certis de causis a plerisq; aliter existimatur. primū quia ueteres illi: qui huic scientiæ præfuerūt obtinendæ atq; augendæ potentiæ suæ causa peruulgari artem suam noluerūt. Deinde postea q̄ est editum: expositis a Cn. Fabio primū actionibus: nulli fuerunt: qui illa artificiose digesta generatim cōponerēt. Nihil est enim quod ad artem redigi possit: nisi ille prius: qui illa tenet: quorum artem instituere uult. habeat illam scientiam: ut ex his rebus: quarum ars nondum sit: artem efficere possit. hoc uideo: dum breuiter uoluerim dicere: dictum a me esse paulo obscurius: sed experiar: & dicam si potero planius: omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus: dispersa & dissipata quondam fuerunt, ut in musicis: numeri: uoces: & modi. In geometria: lineamenta: formæ: interualla: magnitudines.

Flagitiosum est: uitium flagitione dignum. i. reprehensione. ut in Eunucho Donatus ait. Nam si pro supposito & non concesso: ut iuris ciuilis difficillime esset cognitio: tn̄ utilitatis cā: eam capessere deberent: sed cū non sit difficilis, imo facilis: deberent causidici eam oīno capessere. O Dii: sed ego inquit non auderem de facilitate iuris ciuilis disputare pñte Scæuola: nisi audiuissem sæpe ex eo nullam rem: siue artem sibi faciliorem uideri. O Dii: per interpositionem legendum est: & est exclamatio contra inertiam & segniciem facta. Qd quidem: nunc causas exequit̃ cur iuris ciuilis scientia nōnullis difficilis esse uideatur: & q̄ primo dicit: Nōnulli sunt qui ius ciuile difficile appellent: quia q iuri ciuili præfuerunt ut potentiores: ius ciuile ignotum esse uoluerūt. nam iuris ciuilis scientia: hos ideo reddidit potētiores: q̄ eos uniuersa ciuitas consuleret. Obtinendæ: ut non solum potentiam suam haberent: sed ēt augerent. Artem. s. iuris ciuilis. Potentiæ suæ: nam potentiores reddebat eos iuris ciuilis scientia. hoc ipso q̄ obscurum erat: & ignotum populo. Id. n. inter sacra: cerimoniasq; deorū immortalium abditum: solisq; pōtificibus notū.
Cn. Fabius — Cn. Fabio: libertino patre genitus & scriba: cum ingenti nobilitatis indignatione factus ædilis curulis uulgauit: ac fastos pene toto foro exposuit. Deinde: a cā. sed si hác causam addant: cur cum a Cn. Fabio per totum forum expositū fuit: non est uisum facile: hoc fuit q̄ per numeros dirigere & componere nesciebant. Artificiose digesta. i. artificioso ordine disposita: ut certa quadam ratione diffiniretur: quid primum esset in iure: quidue secundum: & reliqua deinceps: qd' in omni artis præceptione requiritur. Generatim: per genus distincta iura. Nihil est. n. i. quod posset reduci in artem quandam. Nam ars quædam uidetur esse eius rei: quæ certa quadam ratione composita fuerit. Sed siquis etiam tenuerit initia alicuius rei: & tamen non habeat artē: qua cā componere possit: nō poterit de eis aliquam artem facere. Qui illa. i. qui tenet illa elementa & initia: quibus ars effici possit. Habeat illam scientiam. i. habeat eam industriam sciendi efficere ex his rebus quarū nondum sit ars.
Distinctio literarum — Vt ex his rebus. i. principiis: ut uerbi gratia: Qui primus grammaticam instituit artem: illam nūq̄ instituere potuisset: nisi literas & omnia huiusmodi in ordinem quendam composuisset: ut literas: alias uocales: alias mutas: alias semiuocales: & syllabas unigrammas alias: ut singulæ uocales: quæ syllabam efficere possunt. Vnigrāmam: ut a. bigrammam ut ne. trigrammam ut nec, non: uel: usq; ad exagrammam: ut stirps. Deinde dictiones in ordinem exposuisset: ut alias declinabiles: alias indeclinabiles diceret. Et nisi qui primū hanc artem instituit: hanc scientiam habuisset: tn̄ & si literas omnes tenuisset: eas componere non potuisset: & artem illam nunq̄ efficere potuisset. Ita ēt qui iuris ciuilis capita non tenuerit: artem de ea nunq̄ efficere poterit. Hoc uide: fatetur Cicero in persona Crassi: hoc obscurius dictum: Hoc. s. quod pertinet ad scientiam artificis. Paulo obscurius: quia ferme necessarium est: ut quod breuiter dicatur: id obscurum uideatur. Oia fere quæ sunt: incipit per singulas artes discurrere: q̄ materia cuiuslibet artis semper fuerit dissipata: q̄ nunc conclusa & coniuncta est. Conclusa: coniuncta. Dispersa: locis disiuncta. Dissipata: ordinibus incerta. Vt in musicis: musica ex partibus uocum cōposita est, atq; mensura. Voces & numeri: semper fuerunt. sed tam & si hæc elementa fuerūt: tn̄ nisi uocis mēsura cū numero uocis addita fuisset ars musica nunq̄ cōposita fuisset.
Numeri — Numeri: rhythmi concinitates. Modi: toni: quos græci τονους appellāt. Voces: quia uox est numeri & mo-
Punctus — di genus. nam numeros metra dixerunt. Virg. Numeros memini si uerba tenerem. Lineamenta. i. superficies
Linea — ex lineis: ut punctus, qui est principiū huius artis. Dicitur aūt punctus: qui diuidi non pōt. Linea quæ ab uno
Superficies — puncto ad alium ducitur & liquescit. Superficies ex lineis ducuntur: quia duæ lineæ coniunctæ faciunt super-
Ambligonus — ficiem unius anguli uel acuti uel obtusi. Formæ: quæ ex multis superficiebus consistunt. s. orthogonus: rectus angulus: qui ex utraq; parte æqualis est. Ambligonus angulus obtusus: qui est latior ex altera parte. Re-
Rectāgulus — ctangulus est cum lineæ ita coniungūtur: ut nulla pars magis declinet. Circulus qui exametro æqualibus par-
Circulus — tibus ducto circūcirca uoluitur. Pyramis est ad similitudinem ignis in acutum tendens. Interualla: comple-
Pyramis — ctitur latitudinem. Magnitudines: quæ continent altitudines.

In astrologia

in astrologia: cæli cõuersio: ortus: obitus: motusq; siderum. In grammaticis: poetarum pertractatio: historiarum cognitio: uerborum interpretatio: pronunciandi quidam sonus. In hac deniq; ipsa ratione dicendi: excogitare: ornare: disponere: meminisse: agere, ignota quondam omnibus & diffusa late uidebantur. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus ex alio genere quodam: quod sibi totum philosophi assumunt: quæ rem dissolutam diuulsamq; conglutinaret: & ratione quadam cõstringeret. Sit ergo in iure ciuili finis hic: legitime atq; usitate in rebus: causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Tum sunt notanda genera: & ad certum numerũ: paucitatemq; reuocanda. Genus autem id est qd sui similis communione quadam: specie autem differẽtis: duas aut plures cõplectitur partes. Partes aũt sunt: quæ generibus iis: ex quibus emanant: subiiciuntur. omniaque quæ sunt uel generum uel partium nomina: diffinitionibus quam uim habeant: est exprimẽdum. Est enim diffinitio rerum earum: quæ sunt eius rei propriæ: quam diffinire uolumus: breuis & circumscripta quædam explicatio. Hisce ego rebus exempla adiungerem: nisi apud quos hæc haberetur oratio cernerem. Nunc complectar quod proposui breui: si enim aut mihi facere licuerit: quod iam diu cogito: aut alius quispiam: aut me impedito occupauerit: aut mortuo effecerit: ut primum omne ius ciuile

In astrologia, cæli conuersio: circa polum arcticum & antarcticum. Arcticus septẽtrionalis: Antarcticus meridionalis. Ortus & obitus: qui Solis & Lunæ uariantur tpa: quia altius uel humilius Sol currit. ut Hic canit errantem Lunam, Solisq; labores. Motusq; siderum: tardiores uel celeriores: quatuor anni tpa: uarietates. nã si ecthliptica Sol declinare coeperit: incipit facere autumnum. Deinde cũ paulo plus descenderit, facit hyemẽ. cum ad extremum descenderit profunda dr̃ hyems: & hæc semper fuerunt. sed anteq̃ in ordinem cogerentur ars astrologiæ non erat. In grãmaticis, poetarum: alia quoq; exempla subiungit: quibus ostendit qd superius dixerat. Poetarũ pertractatio: hæc antea primo dispersa fuerunt. Historiarũ cognitio: q̃ in factis & dictis illustrium uirorũ posita est.

Verborum interpretatio: quam etymulogiam uocant: per quam singula uerba interpretamur: ut siquis interpretetur hoc nomẽ phus cõpositum a φιλος: qd' est amor: & σοφια sapientia. Pronunciandi quidam sonus: qui accentuum diuersitate uariatur: siue acuto, siue graui, siue circumflexu. Acutus: ut dominus in ultima syllaba magis dignoscit. grauis ut pene. circũflexus ut apprime: Rauennas: Arpinas. In hac deniq; s. ratione dicẽdi partes eius dispersę erant. Ratione. i. arte. Excogitare: ad inuentionem. Ornare: ad elocutionem. Disponere: ad dispositionem. Agere: ad pronunciationem. Meminisse: ad memoriam. Adhibita est igitur ars extrinsecus. s. ab artifice: qui ageret in materiã: ut Ligni robur artifex: ærisq; massam incidens, opus informat. Sic phus genera rerum diffiniens: atq; deducens cõtinuat in corpus. Ex alio genere quodam: quod sibi quæ diuersa est a materia. Nam possumus tenere materiam alicuius rei: sed in alio genere scientię indiget: ut informetur: nã phiæ est. Hæ materiæ cognitæ reducuntur in artem: quod phorum est. Nam phorum hoc proprium est: rerũ naturam: rõnemq; cognoscere: & cognitas suo quanq; ordine collocare. Totum. s. rerum naturam cognoscere. Dissolutam. i. rem membratim sparsam. Diuulsam: passim disiectam. Cõglutinaret: dissolutam. Constringeret: ad id quod dixit diuulsam. Sit ergo: quandoquidem exemplis ostendemus res ante sparsas cuiuslibet artis postea a phis informes fuisse redactas: ita & de iure ciuili dicimus: & sicut cæterarum artium suus finis est: ita ẽt iuris ciuilis conseruatio æqualitatis est. Legitime: s'm leges. Vsitate: s'm mores. In causisq; ciuiũ. i. in causis ciuilibus. Tũ: post finẽ. Notãda sunt gñaq; ad ipsum finẽ dirigant. Numerũ: ad ordinẽ. Paucitatẽq;: ut multas species cõtineat. Genus: a logicis diffinit: qd' p̃dicat de pluribus differẽtibus specie: re quidẽ idẽ ẽ qd' Cice. dicit: uerbis aũt differt. Genus aũt ẽ qd' similis sui. i. silitudinis suæ: necesse est ut similitudinẽ hẽat cũ gñe suo. Cõmunione: qa silitudinẽ illã genus cũ ptibus cõmunicat. Spẽ aũt differẽtis: qa genus & duas & plures partes hẽe põt: aut plures. nã hoc genus qd' ẽ aĩal, ptes cõplectit: ut bouẽ & leonẽ: sed istæ spẽs diuersæ sunt: nã alia spẽs ẽ hõ: & aĩal. Duas aut plures: spẽs ẽ q̃ p̃dicat de pluribus differẽtibus nũero: hõ ẽ spẽs qa p̃dicat de Pyrrho & de Epyrotina. Partes: ut hõ & leo subiiciunt huic gñi: qd ẽ aĩal. Ex qbus emanãt. i. descẽdũt. Subiiciũt oia quę: postq̃ docuit qd sit genus, qd sit spẽs: nũc dicit gña & ptes esse diffiniẽdũ. Nã siqs uoluerit diffinire qd sit aĩal: generis nomẽ diffiniet: hoc mõ: Aĩal est substãtia uiuẽs & sensibilis. Si ptes: ut hõ rõnale aĩal est & mortale. Genus qd

Vim: uirtutẽ. Est. n. declarat qd sit diffinitio. Diffinitio est cũ breuiter & absolute explicamus rẽ illam, quaz diffinire uolumus. Breuis: cui nihil superest: absoluta cui nihil deest. Circunscripta: pfecta, cum. n. dico rõnale: adhuc nondum differentia est explicata: quia ẽt angeli animalia sunt: & rõnabilia: sed si addideris mortale: tunc facta erit diffinitio hois. Explicatio: expressio. Hisce ego rebus: adiungerẽ sqult exempla his rebus quemadmodum supra nos fecimus: nisi haberem disputationẽ apud huiusmodi hoies: qui sunt eruditissimi. Hisce rebus: generi & speciei. Quod proposui. i. quemadmodũ ius diffiniendum: & componendum sit secundum genus: partesq; suas. Si enim aut mihi facere: si aut inquit ego genera iuris: aut partes eius componam: aut alius preuenerit. Aut alius quispiam: quicunq; fuerit. Diffinitio quid

in genera digerat:quæ perpauca sunt . deinde eorum generum quasi quædam membra dispartiat. Tum propriam cuiusq; uim diffinitione declaret: perfectam quidem artem iuris ciuilis habebitis: magis magnam:atq; uberem q̃ difficilem & obscuram. Atq; interea tum dum hæc quæ dispersa sunt: coguntur:uel passim licet carpentem:& colligentem undiq; repleri ista iuris ciuilis scientia. Nonne uidetis equitem Romanum hominem acutissimo omnium ingenio:sed minime cæteris artibus erudítum C. Aculeonem:qui mecum uiuit: semperq; uixit:ita tenere ius ciuile:ut ei cum ab hoc discesseris:nemo de his qui peritissimi sunt:anteponatur? Omnia enim supposita ante oculos: collocata in usu quotidiano:in congressione hominum atq; in foro:neq; ita multis literis:ac uoluminib⁹ magnis continentur. Eadem enim sunt lata primum a pluribus:deinde paucis cõmutatis uerbis etiam ab iisdem scriptoribus scripta sunt sæpius. Accedit uero quo facilius percipi:cognosciq; ius ciuile possit (quod minime pleriq; arbitrantur) mira quædam in cognoscendo suauitas & delectatio. Nam si quẽ hæc aliena studia delectant: plurima est & in iure ciuili:& in pontificum libris:& in duodecim tabulis:antiquitatis effigies.quod & uerborum prisca uetustas cognoscitur:& actionum genera quædã

Ius naturę
Religio
Pietas
Gratia
Vidicatio
obseruãtia
Veritas

In genera digerat,quæ pauca sunt:ut pote tria:aut enim ius a natura proficiscitur:unde ius omne originem habuit:alterum qđ in consuetudinem ex utilitatis rõne prouenit:tertium qđ & ipsum a natura profectum:a consuetudine probatum:legum metu ac religione sancitum est. Primum natura:secundum consuetodine:tertium lege ius appellari uoluerunt. Ius naturæ est:q̧ non opinio genuit:sed uis quædam innata inseruit. Eius partes sunt:religio:pietas:gratia:uindicatio:obseruantia:ueritas. Religio est:quæ superioris cuiusdam naturę quã diuinam uocant,curam,cerimoniamq; affert. Pietas per quam sanguine cõiunctis:patriæq; beneuolis officium:& diligens tribuitur cultus. Gratia in qua amicitiarum & officioꝝ alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur. Vindicatio est:per quaꝫ ius,& iniuria,& omne omno quod offuturum est defendendo aut ulciscendo propulsatur. Obseruantia est: per quã homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodaꝫ & honore dignamur. Veritas est:per quã immutata ea:quæ sunt,aut ante fuerunt,aut futura sunt,dicuntur. Et hæ quidem naturę iuris aut eius partium diffinitione sunt. Cõsuetudine uero ius est qđ leuiter a natura tractum:aliud aut magis usus fecit:ut religionẽ: aut siquid eorum q̃ ante diximus:a natura ꝓfectum manu factum pp consuetudinem uidemus:aut q̧ in morem uetustas uulgi approbatione perduxit. Partes eius sunt tres: Pactũ qđ inter aliquos conuenit. Par:qđ inter oẽs æquabile ius continet. Iudicatum : de quo aliquorum snia:uel sententiis constitutum est. Ius lege est:q̧ eo inscripto qđ populo expositum est:ut obseruet continetur . Cuius uirtus quadruplex:aut.n.imperat,aut uetat, aut permittit,aut punit. Eius partes pene innumerabiles sunt tot uidelicet:quot capita legum:a ꝓbatissimis iurisconsultis lata tradũtur. Leges sunt quas popu. Rom. centuriatis comitiis sciuerit:aut decreuerit. Hæc genera iuris cũ prībus eorum quemadmodum ab ipso Cicerone diffiniuntur exposita pro tpe satis huic loco fecisse uideantur. Perpauca : utpote tria.

Membra:partes iuris naturalis. Tam propriam.s.& generis & partium : hoc modo habetis ius ciuile. Atq; interea : sed diceret aliquis quid faciemus interea:dum alius aliqs digerat in ordinẽ spẽs istas? Respondet & dicit dum hæc quæ & reliqua. Carpentẽ:singula. Colligentẽ:plura. Vndiq; ex oĩbus legibus:uel certe iurisconsultis:qui quidem ꝓbatissimi & sint & habeant. Hoĩem accutissimo oĩum ingenio.s.in iure ciuili:sed in cæteris artibus imperitũ. Mecũ uiuit.i.familiaris meus est. Oĩa n.supposita: ꝓbat qđ superius ꝓposuerat.s.ius ciuile neq; difficile:neq; ita magnum:ut non facile percipi possit. In usu quotidiano: qa frequẽter incidũt q̃ in iure ciuili fiunt. In cõgressione hoĩum:qa ius ciuile sermone hoĩum celebratur. In foro:qa sæpius agĩ de iure ciuili apud prætores a causidicis. Eadẽ.n. ordo est:Eadẽ.n.sunt elata primũ pluribus scriptoribus:deinde sunt scripta ẽt ab eisdẽ sæpius paucis cõmutatis uerbis:uel certe, Eadẽ sunt elata : primũ pluribus uerbis: deinde scripta sæpius ab iisdẽ scriptoribus paucis cõmutatis uerbis:ut sit sensus : Facile intelligi posse : quæ & copiose:& sæpius uariis eadẽ uerbis conscripta sunt:sed non uidetur cũ superioribus conuenire:qđ dixit:non multis literis:aut uoluminibus cõtineri. Quare uerius est:si dicas:Eadẽ sunt elata primũ pluribus:deĩde sunt elata paucis cõmutatis uerbis. Hic facta distinctione:deinde inferat ẽt ab eisdem scriptoribus scripta sunt sæpius. Et erit sensus:Vere nõ cõtinent multis lr̃is aut uoluminibus iura:quippe q̃ antea pluribus uerbis scripta erãt eadẽ nũc paucis scripta sunt cõmutatis uerbis:hoc ẽ cõpẽdiosioribus. A pluribus deinde paucis: q̃ antea pluribus uerbis:eadẽ paucis postea scripta fuerunt. Accedit uero.s.ad oĩa supradicta. Percipi: ĩtelligi. Cognosci:ubi perceptũ fuerit. Suauitas:uerboꝝ. Delectatio:reꝝ.nã duo sunt ĩ cognoscẽdo:quę delectãt.s.res & uerba. Q đ.s.suauitatẽ:& delectationẽ esse in iure ciuili. Nã si quẽ:nihil qđ magis suauitatẽ reꝝ afferat: q̃ nouitas & uarietas. Aliena:q̃si pegrinaꝝ reꝝ:& ab usu nr̃o remotissimaꝝ studia:qa adeo iã uetustate absoluerũt:ut pegrina potius q̃ domestica eẽ uideant. In iure ciuili.s.naturali:morali:legali. Põtificũ:q sacra, ritusq; deoꝝ:& religionẽ cõtinẽt. In.XII.tabulis:q̃ ciuitatis cõmodoꝝ rõnẽ hẽnt. Effigies:imago q̃dã:quasi species antiquitatis:sicut in historia uetustissima continentur inusitata uerba:& obsoleti dudum mores.

Vitamq;

Vitamq; maiorum: ut de auſpiciis: & in augurandi conſuetudine: de fœcialibus: de patrepatrato: & de huiuſmodi aliis legibus: quarum exigua memoria apud nos extat. Extant etiam in antiquiſſimis legibus uetuſtiſſimi ſermones: ut apud T. Liuium: compleraq; aliarum illud ſacri fœderis inſtitutũ. Dicit enim: Si rem po. Ro. Quiritiuȝ ad proximum quinquẽnium ſic ualidam: ſaluamq; ſaluauerit: hiſce duellis datum Ioui donũ ciuit po. Ro. Quiritium ꝙ duellum populo Ro. cum Carthaginenſibus eſt: quæq; duella cum Gallis ſunt: qui cis alpes ſunt: quod uer attulerit ex ſuilo: caprino: ouilo grege & cætera. Genera quædam: quæ continebantur in his legibus: ut actiones auſpiciorum: & iura inaugurandi: ut fœdera fœcialium, & patriſpatrati: ſic ut fœdera de indicendo bello: de fœderibus ciendis. Seu quis ciuilem ſcientiam: ſcriptis utilitatibus: ac partibus: uidelicet de adminiſtratione reipu. & ciuitatis. Naȝ ſcientia ciuilis eſt: ut ex repub. ideſt ex utilitate reipu. ciuitas geratur. Ex aliquo genere prudentiæ: ideſt reipub. gubernatione. Duodecim tabulis: quæ commodorum ciuitatis rationem habent: quas decemuiri compoſuerunt: ut reipu. totiuſq; ciuitatis incolumitatẽ & potentiam conſeruarent. Deſcriptis omnibus ciuitatis utilitatibus: utilitatum reipubli. harum partes ſunt: incolumitas & potentia. Incolumitas: ut ſalus ciuitatis integra & incorrupta ſeruetur. Potentia: ut & noſtra cõſeruare & aliena tueri poſſumus. Partes ciuitates: ciuitatis ſub incolumitate continentur: agri: portus: claſſes: naues: milites: & ſocii: quę ciuitati adiunctæ ſunt. Nam potentiam non ſolum utilitati reipub. conſulit: uerum etiam amplitudini: ut excellenti quadam pecunia: & amicis ac ſociis abundet. Præpotens uirtute: quantum ad inuentionem. & ad ſtoicos pertinet. Glorioſa: induſtria docendi: quantum ad diſputationem peripateticorum. Dicam audacius: quia uulgari opinione alienuȝ uidetur: ſcilicet omnem philoſophiam in iure ciuili contineri. Hoſce habet fontes: hoc iõ dicit: quia iuris ciuilis fundamẽtũ eſt iuſtitia.

maiorum conſuetudinem: uitamq; declarant: ſeu quis ciuilem ſcientiam contempletur: quã Scæuola non putat oratoris eſſe propriam: ſed cuiuſdã ex alio genere prudentiæ totam hanc deſcriptis omnibus ciuitatis utilitatibus: ac partibus. xii. tabulis contineri uidebitis: ſiue quem iſta prępotẽs & glorioſa philoſophia delectat. Dicam audaciꝰ: hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuaꝝ: qui in iure ciuili & legibus continentur. Ex his. n. & dignitatem maxime expetendam uidemus: tum uerus: iuſtus ac honeſtus labor honoribus: præmiis atq; ſplendore decoratur. Vitia autem hominum atq; fraudes: damnis: ignominiis: uiculis: uerberibus: exiliis: morte multantur. & docemur non infinitis: concertationumq; plenis diſputatiõibus: ſed auctoritate: nutuq; legum domitas habere libidines: coercere omnes cupiditates: noſtra tueri: ab alienis mentem: oculos: manus abſtinere. Fremant omnes licet: dicã qd ſentio: bibliothecas me Hercule omniũ philoſophoꝝ unus mihi uidet. xii. tabulaꝝ libellus: ſiqs legũ fõtes: & capita uiderit: & auctoritatis pondere: & ubertate utilitatis ſupare.

Iuſtitia autem omnem cõplectitur uirtutẽ. ſed philoſophi. i. in uirtutum diſputatione uerſatur. recte ergo dicit: in iure ciuili philoſophiam omnem contineri: ꝙ autem iuſtitia oẽm cõplectatur uirtutem probatur hoc modo. Iuſtitia eſt ſecundum leges obſeruatio. Leges autem cunctarum uirtutum præcepta iubent: & omniũ uitiorum facinota uetant: ergo iuſtitia uirtutem omnem complectitur. Philoſophia autem in diſputatione uirtutum uerſatur: apparet in iure ciuili: cuius fundamentum eſt iuſtitia omnem philoſophiam contineri: iuſtitia autem perfecta dicitur ꝙ nullius uirtutis uſus illi deſit. Siquidem ipſa iuſtitia oĩum uirtutum princeps eſt: quæ iuſtitia perfecta adeo laudabilis eſt: ut quemadmodum ait Euripides: Nec heſperus nec Lucifer ita admirabilis ſit. Qui in iure ciuili & legibus. i. in legibus iuris ciuilis: & eſt endiadis. Ex his. ſ. legibus: & probat hoc Cicero. Dignitatem: cum ea legibus ſeruentur, quæ in philoſophia pcipiuntur. Verus: ſine ſimulatiõe. Iuſtus: ſine iniuria: ut nemini noceat. Honeſtus: ſine turpitudine: ut recte & cũ uirtute geratur. Labor: qa uerus ut recte & cum uirtute fiat. Honoribus: quia uerus. Præmiis: quia iuſtus. Splẽdore: quia honeſtus. Vitia: contra honeſtatem. Fraudes: contra uirtutem. Damnis: dum condẽnantur extorquendo diuitias. Ignominiis: in perſona. Verberibus: cædendo. Exiliis: patria pellendo. Morte: capitis mulctando. Infinitis: ſine numero. Cõcertationũ: uidelicet affirmationũ & cõfutationũ: qa alii alia pcepta dant: & inuiceȝ diſſentiunt. Nutuq; legũ uolũtate: quaſi ipſo nutu homines phibent a uitiis. Libidines. ſ. Liberi: Cereris: Veneris. nam libidines ad uoluptates corporis pertinent. Omnes cupiditates: pecuniæ: honoris: uindictæ: auaritiæ: ambitionis: & iracũdiæ. Tueri: defendere: ut qd ſuũ cuiuſq; eſt eo ut ſuo utatur: & cõibus: ut cõibꝰ. Mentẽ: animum. Oculos: cõcupiſcentiam. Manus: rapinã. Fremant oẽs: proſequit oñdere qd ſuperius dixerat iuris ciuilis fundamentum eſſe iuſtitiam. Iuſtitiam aũt oẽm philoſophiam cõplecti. Id autẽ præcipue probat ex duodecim tabulis oĩa philoſophorũ pcepta cõtineri: ut ille liber oẽs philoſophoꝝ bibliothecas ſupat. Fremant: reclamẽt philoſophi: ꝙ uelim libris ſuis duodecim tabulas anteponere. Bibliothecas: bibliotheca proprie locus dicit ubi libri reponunt: nam βίβλος græce latine liber: & θεκα repoſitio: unde bibliotheca: locus ubi libri reponuntur. Libellus: quem decemuiri compoſuerunt. Fontes: origines. Capita: ca principia. Auctoritatis pondere: quia duodecim tabulæ ex maiori parte ex Solonis & Lycurgi legibus a decemuiris compilatæ ſunt. Vtilitatis: quæ ex ſupradictis partibus ciuitatis ſunt.

Iuſtitia qd

Bibliotheca

Ac si nos: id quod maxime debet: nostra patria delectat: cuius rei tāta est uis ac tanta natura: ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanq̄ nidulum affixam sapiētissimus uir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflāmati esse debemus in eiusmodi patriam: quæ una in omnibus terris domus est uirtutis: imperii: dignitatis? cuius primū nobis mens: mos: disciplina nota esse debet: uel quia est patria parens omnium nostrum: uel quia tanta sapientia fuisse in iure constituēdo putanda est: quanta fuit in his tantis opibus imperii comparādis. Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam: & uoluptatem: quātum præstiterint nostri maiores prudentia cæteris gentibus: tum facillime intelligetis: si cum illorum Lycurgo: & Dracone: & Solone nostras leges conferre uolueritis. Incredibile est enim: q̄ sit omne ius ciuile: præter hoc nostrum inconditū: ac pene ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere: cū hominum nostrorum prudentiā cæteris hominibus: & maxime Græcis antepono. His ego de causis dixeram Scæuola: iis: qui perfecti oratores esse uellent: iuris ciuilis cognitionem esse necessariam: iam uero ipsa per sese quantū afferat iis: qui ei præsunt: honoris: gratiæ: dignitatis: quis ignorat? Itaque ut apud græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus: ii: qui apud illos πραγματικοι uocantur: sic in nostra ciuitate contra amplissimus quisq; & clarissimus uir: ut ille: qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus a summo poeta est. Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus: multiq; pręterea: qui cum ingenio sibi auctore dignitatem reperissent: perfecerunt: ut in respondendo de iure auctoritate plus etiam: q̄ ipso ingenio ualerent:

Ac si nos: aliam rōnem adducit Cicero: cur sciētiam iuris ciuilis pdiscere debeamus: uidelicet amore patriæ: quā sine hac scientia nūqoā tueri poterimus: q̄tum aūt patriam amare debeamus: probat exemplis.
Ithaca Ithaca: insula est cui imperauit Vlysses in asperrimis locis posita: aote Leucada: & Achaiam.
Vlyssis patria Ad hoc pertinet ut argumētū intēdat: Si patriam illā infœcundam & sterilem amauit tantopere Vlysses: quātopere nostram amare debemus: q̄ oibus anteponenda est.
Vlyssis fabula Vt Ithacam: fabula ita se habet: Cum excisa Troia Vlysses domuz rediret: uētoꝝ tēpestatibus ad insolā quādā eiectus est: ubi Calypso oympha habitabat: quē cū suscepisset hospitio: ipsius amore correpta: q̄ uir erat corpore p̄stantissimus: in suos inuitauit amplexus: & cū discedere uellet: īmortalē eū fore p̄mittebat: si apud se oē æuū degeret. Ille p̄riæ desideriū pati nō posse rūdit. Saxulis: diminutiuo utit̃: ut insulā illā minuat. Affixā: nō sitā. ut q̄si pēdens iāiā lapsura uideat̃. Sapientissimus uir .s. Vlysses. Immortalitati: quā Calypso pollicebat̃: si apud se oē æuū degere uellet: ut pote nympha. Patriā .s. urbē Romā. Virtutis: uidelicet magnitudine reꝝ gestaꝝ. Impii: quæ caput orbis est. Dignitatis: uidelicet auctoritate maiestatis.
Mēs p cōsilio Mēs: cōsiliū. Vir. Quo facere id possis nr̄am nunc accipe mentem.

Mos: consuetudo. Disciplina: ratio uitæ.

Vel qa ē p̄ria: debemos scire oia iura ut possumos s̄m ipsius utilitatē: & uolūtatē uiuere: nā & filii parētibus obediētes eē debēt: ita ēt ciues p̄riæ. P̄riæ aūt obedientes eē nō poterimus nisi hæc oia didicerimus. Vel qa tanta sapiētia: si magna sapiētia foit i cōparādo imperio: q̄tam in cōparādis legib⁹ fuisse credimus. Opib⁹: p potētia posuit. Percipietis: ēt .i. capietis: & est alia rō cur discere uelimus ius ciuile: qd uoloptatē cōparabimus nō mediocrē. Illoꝝ: populoꝝ Grecoꝝ. Percipietis: quos ciues: si conferre uoletis nr̄os legum latores: cū Lycurgo: Dracone: Solone: & legibus suis. Lætitiam: aī. Voluptatem: corpis.

Præstiterit: excelluerit .s. sapiētia Lycurgo: Dracone: & Solone. hi tres p̄stātissimi legū la-
Lycurgus Solon Draco tores fuerūt: uidelicet Lycurgus Lacedomonios: Solon Atheniensis: ex q̄bus Draco seuerissimus fuit: adeo ut diceret omne delictum pœna mortis pūniendum: hoc exemplo: cum p̄scriptom fuerit: neq̄uis hunc terminum trāseat: qui uno digito trāsierit: nihilominus peccauit: q̄ qui mille passibus prætererit.
Conferre Conferre: comparare. Præter hoc nostrum: scilicet ius ciuile: qd̓ duodecim tabulis continetur. Inconditū: incompositū. Ac pene ridiculum .q. irrisione dignū. His ergo de causis: nunc concludit: & dicit q̄ illæ rōnes quas supra memorauerat: ideo perstrictæ sunt: ut etiā cognitionē iuris ciuilis discendam esse diceret. Iam uero ipsa per sese: præter q̄ qd necessarium esse uidemus, etiā q̄ sit honorificū.

Ipsa per sese: sine respectu necessitatis: & utilitatis. Honoris: quia coluntur. Gratiæ: quia amantur. Dignitatis: quia obseruantur. Non ut apud græcos: scilicet iuriscōsultos: quos πραγματικου appellant .q. negociales: & hi uulgo procuratores uocant̃: naz πραγμα negociom significat. Mercedula: quantulibet parua mercede. Ministros: quia suggerunt ius ciuile oratoribus. Clarissimus uir: apud quos iuris ciuilis scientia maxime celebratur. A summo poeta: uidelicet Ennio. Nam summus poeta apud Romanos Ennius fuit. Aelius Sex. iuris ciuilis peritissimus fuit. Cordatus homo: idest insignis corde & præstans memoria: & est hemistichium Ennii. Multiq; prætere: licet ingenium faciat auctoritatem: tamen auctoritas nonnunquam superat ingenium: adeo ut & siquis aliqd male premat: tamen id auctoritate sua recte dictum uideatur.

Senectuti

Seneꝺuti uero:alias itẽ rationes adducit:qbus hortet̃ nos ad ius ciuile perdiſcendum : qđ uidelicet ,in ſeneꝺute plurimum ornamenti:ac decoris afferat:ac eam quodámodo deſolatam iacere nõ patiat̃. Quod honeſtius põt eſſe profugiũ.q.d.nullum. Celebrandæ:colendæ:obſeruandæ:frequẽtandæ. Ornandæ:decorandæ. Equidem mihi:& ex eo qđ ipſe facit oſtendit qđ aliis faciendum ſit. Hoc ſubſidium: ſcilicet ius ciuile: nõ ſolũ ad uſum forẽſem:ſed ad honeſtatem & ornamẽtũ ſeneꝺutis comparaui. Cum me uires deficere cœpiſſent: ꝓpter ſeneꝺutem.Iã.n.ad maturiorẽ ætatẽ declinabat Craſſus.& eſt notáda locutio:q̃ honeſtiſſima ẽ.

ſeneꝺuti uero celebrandæ:& ornandæ: qđ honeſtius poteſt eſſe perfugium: q̃ iuris interpretatio? Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab aduleſcentia comparaui non ſolum ad cauſarum uſum forenſem:ſed etiam ad decus:atq; ornamentum ſeneꝺutis:ut cum me uires(qđ fere iam tempus aduentat)deficere cœpiſſent:iſta a ſolitudine domũ meam uidicarem.Quid eſt enim ꝓclarius: q̃ honoribus:& reip.muneribus perfunꝺum ſenem poſſe ſuo iure dicere idem qđ apud Ennium dicat ille Pythius Apollo:ſe eſſe eum: unde ſibi : ſi non populi: & reges : at omnes ſui ciues conſilium expeꝺant: Suarum rerũ incerti:quos:ego mea ope ex incertis certos : compoteſq; conſili Dimitto : ut ne res temere traꝺent turbidas.Eſt eñi ſine dubio domus iuriſconſulti totius oraculũ ciuitatis:teſtis eſt huiuſce Q.Mutii ianua:& ueſtibulum:qđ in eius infirmiſſima ualetudine:affeꝺaq; iam ętate maxima quotidie frequentia ciuiũ:ac ſummorum hominũ ſplendore celebrat̃? Iam uero illa non longã orationem deſiderant:q̃obrẽ exiſtimẽ publica quoq; iura quæ ſunt ꝓpria ciuitatis:atq; imperii:tum monumẽta rerũ geſtarũ:& uetuſtatis exempla oratori nota eẽ debere.Nã ut in rerũ priuatarum cauſis: atq; iudiciis depromenda ſæpe oratio eſt ex iure ciuili:& iccirco(ut ante diximus)oratori iuris ciuilis ſcientia neceſſaria eſt ſic in cauſis publicis iudiciorum:concionum ſenatus:omnis hæc & antiquitatis memoria:& publici iuris auꝺoritas:& regendæ reipublicæ ratio:& ſcientia:tanquã aliqua materies iis oratoribus qui uerſant̃ in republica ſubieꝺa eſſe debent.Non enim cauſidicum neſcio quẽ neque proclamatorem aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus:ſed ſi eum uirũ qui primus ſit eius artis antiſtes:cuius cũ ipſa natura magnã hõi

A ſolitudie:nã ſi ſenex iuriſpitus fuerit:ſolus eſſe nõ poterit:qppe q uniuerſæ reip. cõſulit.

Honorib⁹.ſ.ꝑtura:cẽſura:cõſulatu:& cæteris hmõi magiſtratibus. Qđ apud Ennium dicat ille Pythius:Enni⁹ iducit Apollinẽ ita loquẽtẽ:Si reges ad me cõſulẽdũ nõ uenirent tñ ego cõſolarer:q ciuibus meis conſilia ꝓpono:qbus cõſilii mei cõpotes reddo. Suo iure:ſuo arbitrio. Idẽ.ſ.Pythius:& Pythius diꝺus ẽ aut a Pythone ſerpẽte:quẽ ipſe cũ Diana ſorore iterfecit:cui⁹ pellẽ tripodib⁹ ipoſuit:aut πυθομαι ab iterrogãdo. Vnde:quo. Sibi:q hoc petit. Quos.ſ.ciues meos. Mea ope:meo auxilio.ſ.iuris ciuilis ſcia ciues meos adiuuo. Cõpotes cõſilii: qđnã cõſiliũ potiſſimũ capiãt. Turbidas: obſcuras, dubias, & piculoſas.Et eſt tranſlatio a fonte:cuius aq turbata impedit oculos:ne pſpicere poſſint.

Eſt.n.& pſiſtit in ſimilitudine. Quẽadmodũ Apollinis templũ:ita ẽt domũ iuriſconſultorũ intrantes ab eo cõſiliũ petũt. Teſtis eſt: id probat teſtimonio Quinti Scæuolæ iuriſperitiſſimi:q huic diſputationi iterfuerat. Ianua & ueſtibulũ.i.ueſtibulũ ianuę. Quod: ſcilicet ueſtibulum celebrat̃:& frequentat̃ ut ſupius ẽt dixit. Infirmiſſima:qa iã uires deficiebãt in ſeneꝺute. Iã uero illa:alia tõ cur iuris ciuilis ſcia nõ minus cõprehẽdi dẽat:q̃ hiſtoria & antiqtas. Iã illa:q̃ diꝺurus ſuz.ſ. ius ciuile oratori eſſe pdiſcẽdũ:ſed ẽt ius publicũ qđ nři ſtatuta appellãt:qđ ꝓprie plebeſcita dici deberet. Publica qq.iura.i.ſtatuta ppli.Nã i ſtatutis ciuitatis reip.adminiſtratio continetur. Quæ ſunt ꝓpria ciuitatis.i. q̃ ſua ſũt cuiuſq; ciuitatis:& q̃ ad reipu.magiſtratum ptinẽt. Monumenta:hiſtorias. Et uetuſtatis: ex qbus orões noſtras ornatiores:& robuſtiores efficere poſſimus. Nam ut in rerũ:reddidit rõnem:cur iuris quoq; priuati : & hiſtoriarũ peritiã tenere debeamus.Nam ut illa in priuatis cauſis neceſſaria ſunt:ita ẽt hæc i publicis. In cauſis:in cõtrouerſiis. Iudiciis:qa ex controuerſiis iudicia naſcuntur. Depromẽda:hauriẽda. Sæpe eſt:ſupius ſatis demõſtratũ eſt:quõ oratori ius ciuile neceſſariũ ſit. Plebiſcita

Iudiciorũ:in foro. Concionũ:i cãpo Martio. Senatus:in curia. Reip.ad magiſtratus ptinet:q rẽp.gerunt:atq; adminiſtrãt. Tanq̃ aliq̃ materies:& ita declarat qđ ſit ciuilis qõ.ſ.ſpãlis & indiuidua & theſim & hypotheſim:q̃rũ altera ad oratorẽ:altera ad philoſophũ ptinet. Qui uerſant̃.i. q res ciuiles agũt & traꝺãt. Nõ.n.uere inq̃ hæc tenenda ſunt oratori:qa ſi hæc ignoraret:potius ꝓclamator uocãdus eẽt, q̃ orator. Proclamatorẽ:q uociferãdo ꝓpugnat. Rabulã:litigioſũ.a rabire diꝺũ:ut No.Marcello placet:ut apđ Senecã i Hercule furẽte:Hic clamoſi rabioſa fori Iurgia uẽdẽs iprobus iras: Et uerba locat. Sz ſi eũ uirũ:ſz ſi regrimus cũ uirum:q ſit orationis antiſtes:q̃ oratio & ſi propria hominis ſit:tamen eius antiſtes deus putatur. Proclamator Rabula

Qui:q̃uis magna dicendi poteſtas hominibus cõceſſa ſit:tamen orõnis antiſtes Mercurius Deus eẽ putat̃: cui⁹ officio fungit̃: &.h.d.ſm poetas:q Mercuriũ eloquẽtiæ Deũ eẽ finxerũt. Antiſtẽ:tẽpli cuſtodẽ ꝓprie dicimus:quẽ nũc ꝓ oratore ponit:qa ſit maioris cuiuſq; generis humanæ rei præſes. Rabire Antiſtes

Facultatem:possibilitatē. & hoc pertinet ad id:ut oñdat magnā reuerētiā habēdam esse eloquentiæ. Vt & ipsum qđ erat hoīs:q̄a hoc uoluerūt maiores nři:ob hanc cām:ut ēt si ꝓprium hominis est loqui:tamen id diuinitus potius q̄ humaniter consequi uideremur. Deinde:nunc etiam laudat eloquentiam dicens se non intelligere causidicum:siue prolatorem:& rabulam:sed eū qui possit non tā caduceo:q̄ præsidio ingenii tutus esse. Caduceũ Caduceum est uirga:qua utitur Mercurius ei ab Apolline dono data:cum ille lyram accepisset:ut dicit Horatius. Huius autē uirgæ hæc est rō:Mercurius & oṙonis dicit̄ deus:& interpres deorū:uñ uirga bellantes diuidit. Nā bellātes īterpretū oṙone sedant̄. Vñ (teste Liuio) legati pacis:caduceatores dicuntur. Vir. Tum uirgā capit:hac aīas ille euocat orcho Pallentes alias sub tartara tristia mittit. Dat somnos:adimitq̄:& lumina morte resignat. Illa fretus agit uētos & turbida tranat .i. eloquentia:alios dānat:alios absoluit:alios accusat:alios defendit. Vñ p caduceatores ita pax fiebat:uti p fœciales bellū indicebatur.

Incolumis:h.d. ad similitudinē respiciens: quia orator ubiq̄ locorū tutus esse debet iure gentium. Et ut caduceatores ubiq̄ tuti sūt ita ēt orator ubiq̄ tutus esse debet eloquentia. Subiicere odio ciuium.i.q possit in odiū ciuiū maleficos adducere. Scelus Fraus Scelus:mali facinoris. Fraudem:male calliditatis. Nā scelus facto:fraus dicto cōmittit̄. Odio ciuiū: accusando: Supplicio:damnando. Constringere:comprimere. Præsidio.i.ui ingenii. Innocētiā:ꝑ innocentes. Languentem: adhortando. Labentē:docēdo. Excitare:ad languētē. Ab errore deducere:ad labentem referas. Inflammare.i.q possit inuidiā contra īprobos cōmouere. Ex quo ꝑcipit̄ inuidia in probos:odio maleficos laborare. Sed animaduertendum est id quod dixit superius: Scelus fraudemq̄ nocentis subiicere odio ciuium.

Improbos:magna nimis appetentes. Inflāmare:per amplificationē. Mitigare:ꝑ commiserationem. Qui deniq̄:a superiori oīa pendent. Motū:uel letitiā:uel moestitiam:& his similia. Excitare:amplificādo. Sedare:cōgerendo:& mitigando. At ab iis:scilicet rhetoribus:qui de hoc artificio ꝓcepta tradiderūt.

Tam breui:tam paucis uerbis. Equidem uobis:sed possent dicere auditores:Si iam breuibus spatiis perspici non possunt: qđ ea tam breuiter perstrinxisti:R ñdet: Ego hoc feci: non ut uobis artem exponerē: sed ut uiā quādam artis uobis monstrarē. Fōtes: originē.

Vnde.s.ab eloquētia. Itinera:uiam quādā & rōnem:q̄ ad eloquētiam ꝑuenire possetis.

Non ut.s.artificium:hoc qđ est infinitum.i. ꝓlixum nimis. Non necessarium uobis.s.nō imperitis:& inuenire cupiētibus. Ad fontes: nā quēadmodum sitiētes cupiditate magna ferūtur ad fontes:ita ēt q scire cupiūt:ita cupide uehuntur ad sciētiam. Mihi uero:hoc sermone Mutii q̄si cōcludit̄ oṙo Crassi:nam idem ꝓbat qđ Crassus dixit: Studiosis satis esse eloquētiæ uiā:rōnēq̄ discēdi demōstratā esse. Et hoc dicit secūdū Socratē:q dicebat:nihil ꝑterea requirēdū eē:q discere uellet:nisi hoc:ut doceri uellet. Satis supq̄.i.plusq̄ satis. Illū.s.magnū:& sapientem:ꝑ emphasim dixit illū. Esse factum:uidelicet eē ad opis ꝑfectionē ꝑuētum. Siqs satis:q̄a q rē aliq̄ cupit:id maiori ex pte cōsecutus ē. Cognoscēdæ:primo dixit cognoscendæ:deinde percipiēdæ:quia primo cognoscimus deīde percipimus. Nemo enim rem aliquā inuestigabit: quā non prius cognouerit. Quibus enim id persuasum:hic diffinit quid sit philosophia. Philosophia.n.est:quæ docet bonos uiros esse. Nam philosophi nisi bonos sapientes esse negabant. Nihil mallent.i.supra concupiscere. Doctrinam.s.philosophiæ:quia philosophia nō solū est scire qđ sit uirtus:sed multo magis cū uirtute uiuere. Nobis uero inq̄t:in hoc sermone Sulpitius rñdet se cōprobare:quæ dicta sunt de iure ciuili:& q̄ planius dicant̄ de arte rhetorica reqrit.

facultatē daret:tamen Deus esse putatur: ut & ipsum quod est hominis proprium non factum per nos:sed diuinitus ad nos perlatum uideretur. Deinde qui possit non tam caduceo:q̄ nomine oratoris ornatus incolumis uel inter hostium tela uersari: tum qui scelus:fraudemq̄ nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium:supplicioq̄ cōstringere: idēque ingenii præsidio innocentiam iudiciorum pœna liberare. Idemq̄ labentem:languentemq̄ populum aut ad decus excitare:aut ab errore deducere: aut inflammare in improbos:aut incitatum in bonos mitigare. Qui deniq̄ quencunq̄ in animis hominum motum res & causa postulat: eum dicendo uel excitare possit:uel sedare. Hanc uim siquis existimat:aut ab iis:qui de dicendi ratione scripserūt:expositam esse:aut a me posse exponi tam breui:uehementer errat.neq̄ solum inscitiam meam: sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem uobis:quoniā ita uoluistis: fontes unde hauriretis:atq̄ itinera ipsa ita putaui esse demonstranda:non ut ipse dux essem:quod & infinitum est: & nō necessarium:sed ut cōmonstrarem tantum uiā: &(ut fieri solet)digitum ad fontes intēderem. Mihi uero inquit Mutius satis:superq̄ abs te uidetur istorum studiis:si modo sunt studiosi: esse factum. nam ut Socratem illum solitum aiunt dicere:perfectum sibi opus esse:siquis satis esset cōcitatus cohortatione sua:ad studium cognoscendæ:percipiendæq̄ uirtutis:quibus enī id persuasum eēt:ut nihil mallēt se eē q̄ bonos uiros:iis reliq̄ facilē eē doctrinā:sic ego intelligo:si ī hæc q̄ patefecit oṙone sua Crassus ītrare uolueritis:facillime uos ad ea q̄ cupitis:ꝑuēturos:ab hoc aditu ianuaq̄ patefacta.

Vero

Vero:nõ solũ semp est aduersatiua:s; etiã affirmatiua:ut hoc loco;uero p uere:certe. Ea:q̄ ptinẽt ad uiʒ dicendi. Percursa:pstricta. Cum illa:qa supius dixit pdesse q̄ a rhetoribus in arte tradunſ. Sed nõ contineri hæc oia in ea arte:q̄ ad oratorem ptineat. Ea.s.q̄ ad præceptionẽ artis pertinent. Nã nũc:hæc pticula cũ superiore cõiungiſ. Vere inq̄ dixit ea nobis piacũda fuisse:q̄ a uobis disputata sunt. Sed a te planius dici uolumus:q̄ de arte rhetorica dicunſ. Quid si iqt:Crassus approbãte Sulpitio:petit ab Antonio ut suã explicet de dicẽdi arte sniaʒ. Quid:ac si diceret laudabitis ne? Vrę uolũtati:qa id,ut dicerẽ,magnope istitutis. Quã cõsuetudini:q; in studiis minime uersatus fuerim. Naturæ:q; ab his etiam auersus fuerim. Mysteria: pprie arcana sacra sunt Ceretis. Sed hoc loco mysteria arcana & secreta q̄dã de dicẽdi arte pcepta. Nã Antonio:sensus hic paulũ obscurior est. Nã Antonio dicẽte:ẽt qđ tu itelligis:sentimus,iõ dicit:qa Crassus:aut pbabit:aut cõtradicet quicqd Antonius dixerit. Peto igiſ:Crassus petit ab Antonio:ut suam de his rebus exponat sniam:& Antonius ad dicẽdũ se modestissime pparat.

Vero

Mysteria

Quoniã id:primũ id ad oneris:secundũ ad ætatis referſ. Id ætatis hoibus.i.hoibus iaʒ grãdioris ætatis. Dephensum: postq̄ pbãte Sulpitio Crassus petiit ab Antonio:ut suã de arte rhetorica sniam explicet:nunc se pparat modestissime:ut his adulescẽtibus morem gerat. Dephensum:detẽtũ.& est uerbuʒ nauticũ.ut Virgi. Deprehensis olim statio gratissima nautis. Nõ solũ:duabus de causis uideo me esse detẽtũ. Primũ:qa ego cogor de his rebus disputare:q̄s ignoro. Secũdo: qa ego nũc cogor facere id:qđ semp aufugi:ne post orõnẽ tuam ego loq̄rer:& in hoc maxime laudat Crassum. Insolens.i.nõ sum solitus disputare. Id me nũc:uidelicet ne succedã post orõnẽ tuã:quia post Crassi eruditã orõnẽ sua uideref incultior:nã opposita oppositis clarius elucescũt. Verũ ego:sed ego inqt audacius dicã:qa ut nulla in me unq̄ eloquẽtia fuit: ita ẽt ne nũc quidẽ a me expectaſ. Vsu eẽ uẽturũ.i.fore ut cõtigat.ut Cicero in Catone maiore:Si ea culpa senectutis eẽt:eadẽ oia nõ solũ mihi usu euenirẽt:sed oibus maiorib⁹ natu. Sensus ẽ: Audacius dicã:qa cũ nunq̄ in me fuerit eloquẽtia:nec nunc qdẽ expectabitur.

Insolens

Neq;.n.ecce quãta utiſ modestia Antoni⁹: & uult potius cõsuetudinẽ quãdã eẽ q̄ artẽ.

Ipsaq; illa:q̄ ad cõsuetudinẽ meã pertinẽt.

Nõ aliq̄:ipsa illa q̄ disputasti de eloquẽte & diserto:sũt poti⁹ cõsuetudis q̄ artis. Tradita:qđ ego doctria aliq̄ pceperi. Cõmẽtariũ: ubi disputabat đ eloquẽte & diserto. Dicim⁹ ãt & cõmẽtaria & cõmẽtarios. Quę si nobis inqt q̄ a nobis de hac cõsuetudine nr̃a dicẽdi exposita fuerit:a uobis min⁹ pbabunſ: nõ me:sed iniq̄tatẽ uestrã accusatote. Vrãm iniquitatẽ:qa nõ uoluistis uos mihi æquos pbere. Iniq̄tatẽ:iprobitatẽ:qa nihil iniquus est:q̄ aliqd ab eo expectare:qđ ille minie pstare possit. Facilitatẽ.s.in obsequendo. Meo iudicio:qa iudicabã me harũ rerũ ignarũ: secuti sũt. Tũ Cras.i hoc smõe Crassus ondit tãtã eẽ facultatẽ Ant. cui sit magnope cõfidẽdũ.

Cõmentarium

nobis uero inqt Sulpitius ista sunt pgrata:perq; iucunda:sed pauca etiam requirimus. In primisq; ea: quæ ualde breuiter a te Crasse de ipsa arte percursa sunt:cum illa te & non contemnere & didicisse confiterere:ea si paulo latius dixeris expleris omnem expectationem diuturni desiderii nostri:nam nunc quibus studendum rebus esset accepimus qđ ipsum est tamen magnum :sed uias earum rerum rationemq; cupimus cognoscere. Quid si inquit Crassus:quoniam ego quo facilius uos apud me tenerem:uestræ potius obsecutus sum uoluntati: q̄ aut cõsuetudini aut naturæ meæ petimus ab Antonio:ut ea quæ continet: neque adhuc protulit: ex quibus unum libellum sibi excidisse iamdudum questus est:explicet nobis:& illa dicendi mysteria enunciet? Vt uidetur îquit Sulpitius: nam Antonio dicente:etiam quid tu intelligas:sentiemus. Peto igitur inquit Crassus a te: quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris ab horum adulescentium studiis imponitur: ut exponas quid iis de rebus:quas a te quæri uides:sentias. Deprehensum equidem me inquit Antonius plane uideo: at que sentio:non solum q; ea requiruntur a me: quorum sum ignarus:atq; insolens:sed quia qđ in causis ualde fugere soleo: ne tibi Crasse succedam id me nunc isti uitare non sinunt. Verum ego ingrediar ad ea quæ uultis audacius: quod idem mihi spero usu esse uenturum in hac disputatione: qđ in dicendo solet:ut nulla expectetur ornata oratio. Neque enim sum de arte dicturus: quam nunquam didici:sed de mea consuetudine. Ipsaque illa:quæ in commentarium meum retulit:sunt eiusmodi:non aliqua mihi doctrina tradita: sed in rerũ usu:causisq; tractata:quasi uobis hoibus eruditissimis non probabuntur:uestram iniquitatem accusatote:qui ex me ea quæsieritis quæ ego nescirem:meam facilitatem laudatote:cum uobis:non meo iudicio:sed uestro studio inductus nõ grauate rñdero. Tũ Crassus inqt:Perge mõ Antoni. Nullũ eni ẽ piculũ:ne qd tu eloq̄re:nisi ita prudẽter ut neminẽ nostrũ pœniteat ad hunc te sermonẽ ipulisse.

EGO uero inquit: hoc caput quartum & ultimum est: in quo plane negat Antonius ꝙ Crassus dixerat: ꝓpriũ esse oratoris ciuitatis gubernationẽ: philosophiæ studium: iuris ciuilis scientiam: & pronunciationis exquisitam rationem. Quæ omnia Crassus disseruit oportere haud mediocriter inesse oratoribus: quẽadmodum in superiore ipsius disputatione uidistis. Hoc caput in septem partes diuiditur. In prima quodammodo per inductionem ostendit: quid sit orator. In secunda refellit Crassi opinionem: ꝙ oratorem uelit eundem: & gubernatorem ciuitatis esse. In tertia refellit Crassi sententiam: ꝙ dixerat ꝑdiscendam esse philosophiam naturalem oratori: ut animorum motus: quocũq; uoluerit flectere possit. In quarta ostendit absurdũ eẽ: ꝙ dixit perdiscendam oratori philosophiam moralem: ut de iustitia, moribusq; ciuium disserere possit. In quinta confutat omnino: qd Crassus tam multis uerbis ꝓbare contẽderat: iuris ciuilis scientiã oratori pnecessariã esse. In sexta non iprobat: qd dixit de oratoris exercitatione: sed dicit esse opus lõgioris tpis. In septima & ultima roĩno plane condẽnat: ꝙ Crassus de ꝓnunciatione nimis aspere: & duriter senserit. Prima pars est in pricipio lectionis. s. Ego uero inquit. Secũda ibi: Crassus uero mihi. Tertia ibi: Nec uero. Quarta: Philosophorum autẽ. Quinta: Nã ꝙ ius ciuile. Sexta: Sed me Hercules. Septima & ultima: Illud uero fuit. Ego uero: respondet Antonius dicẽs: Postq̃ talibus adulescẽtiũ studiis obsequi necesse est: primum disputare incipiam: quid sit orator. Vt. i. scilicet: & est expositio eius: qd faciendũ est in oĩbus disputatiõibus: sicut Græci οἷον dicunt. Ne uagari cogaẽ: sensus est: Cogeẽ oẽo a ꝓposito non declinare: cum ex diffinitione cognitum fuerit: qd sit de quo disputetur. Nam siqd forte alienũ dicit: cõtinuo diuersum eẽ intelligetur. Vagari: per diuersa. Errare: ꝑ aliena. Nam si forte: primo diffinit qd sit orator quodãmodo ꝑ inductionẽ: ergo si nunc constituitur ars oratoris primum diffiniendũ est qd sit orator. Administrator belli gerendi: diffinitio est iperatoris: nam qd aliud est imperator: nisi administrator belli gerendi. De exercitu: hæc omnia ad sciam rei militaris pertinent. De exercitu. i. de genere & de numero militu3. De castris: opportuno loco mutandis. De agminibus: struẽdis. Signorum collationibus: conferenda manu & committenda pugna. De oppidorum oppugnationibus: uidelicet quibus machinis oppida capi possunt. De cõmeatu: ut opportuno loco castra metantur: ut abũde cõmeatus conuehi possint. De insidiis faciendis: atq; uitãdis: in qbus stratagemata. i. astutia militaris cõtinetur. De reliqs rebus: uidelicet q̃ ptinẽt ad bella gerenda. Aĩo: ad gerendũ. Sciẽtia: ad ꝓuidendũ. Africanorũ exemplis: uult ostendere huiusmodi uiros fuisse. Africanorum. s. superioris & inferioris Scipionis: q Carthaginenses bello ꝓfligarunt. Maximorum: ut Fabii Maximi: ex qbus: primus ille dici meruit maximus: q Hannibalẽ iuueniliter exultantẽ: patiẽtia sua superauit. Epimenidem: q Lacedemonios sæpissime acie uicit: & præcipue apud Leutrã, & Mantineã. Quidã legũt Epaminundã. Fuit aũt Thebanus iter prios Græciæ duces habitus: ꝓbus summus: prudẽs: modestus: grauis: tẽporibus sapiẽter utẽs: peritissimus belli: fortis manu: aĩo maximo: nõ iratus amicis: cõtinens: clemens: ac patiẽs: & alia pene innumera: q̃ de illo leguntur. Hannibalẽ: qui in Italia Romanorum opes cõtudit: & maxime apud Cãnas uicum Appuliæ: ubi quinquaginta millia ciuium Romãnorum iterfecit. Eius generis: qui bello ꝓstãtes fuerunt: ut Alexandrum: Themistoclem: Niciam: Lysandrum: & eius generis alios complures. Quis esset. s. reip. administrator. Moderandã: moribus istituendã. Vsũ: experiẽtiã. Sciẽtiã. i. habitũ. Studiũ: affectionẽ. Vtilitas reip. ꝑ ꝗbus icolumitas uidelicet agris: portubus: classib⁹: nautis: militibus. Augereẽ partib⁹ potẽtiæ: ex ornatiõe: amplitudine: excellẽtia pecuniarũ & amicorũ eiusdẽ reipublicæ. Publici consilii auctorem. i. principem senatus P. Lentulũ. Hic est q Gracchũ in Auẽtino oppressit rẽpublicã uexantem. Deinde inimicis: ac obtrectatoribus suis cedens: Siciliã exilii locũ delegit. Tiberiũ Gracchũ patrem. s. Cn. Gracchi. Hic est q (ut apud Valeriũ Maximũ) Scipionẽ Asiaticũ in carcerẽ cõiici passus nõ est. Qu. Metellũ: q & ipse administrandæ reipu. peritissimus fuit. Hunc ferunt dixisse capta Carthagine: nescire plus ne boni: an mali ex ea re ad rempublicã deueniret. P. Africanum. s. inferiorem: & C. Lælium amicum eius.

Ego uero inquit pergam: & id faciam: qd in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo: ut quid illud sit: de quo disputetur: explanetur: ne uagari & errare cogatur oratio: si ii qui inter se dissenserint: non idem esse illud: de quo agitur: intelligẽt. Nam si forte quæreretur: quæ esset ars imperatoris: constituendum putarem principio quis esset imperator: qui cum esset constitutus administrator belli gerendi: tum adiungeremus de exercitu: de castris: de agminibus: de signorum collationibus: de oppidorum oppugnationibus: de commeatu: de insidiis faciendis: atq; uitandis. De reliqs rebus: q̃ eẽnt ꝓprie belli administrãdi: quarum qui eẽnt aĩo & sciã cõpotes: eos esse iperatores dicerẽ: utererq; exẽplis Africanorum & Maximorum. Epimenidẽ: Hãnibalẽ: atq; eius generis hoĩes noĩarẽ. Sin autem quæreremus: quis esset is: qui ad remp. moderandam usum & scientiam & studium suum contulisset: diffinirem hoc modo: quibus rebus utilitas reipub. parareẽ: augereẽq;: teneret: iisq; utereẽ: hũc reip. rectorem & cõsilii publici auctorem esse habendum. Prædicaremq; P. Lentulum principẽ illũ: & Tiberium Gracchum patrẽ: & Qu. Metellum: & P. Africanum: & C. Lælium: & innumerabiles alios: tum ex nostra ciuitate: tum ex cæteris.

Sinautem

Sinautem: diceret aliq̃s quare utitur ante oīa hac indictione: nō oīno ab re aliend͂ est: quā cōfirmare intēdit Antonius: ut singula diffiniēdo: ea omnia ab oratore aliena esse ostendat: quæ oratori Crassus attribuerat. Legum. s. in ciuitate scriptarū. Consuetudinis: sicut ius scriptum: ius lege: & ius cōsuetudine. Priuati: nā consuetudo ad priuatos homines pertinet. Ad respondendū: quia iuriscōsultus tenere debet sententiã: & cōsulendi ex iure: & tractandi causas: & solemniter condendi tabellas. Respondendũ: ut ex iure cōsulat. Agēdum: ut causas agere sciat. Cauendum. s. tabellis testōrum solemniter condendis. Ex eo genere: nunc subiungit exempla p̄stantissimoꝝ iuriscōsultoꝝ. s. Sex. Aelium: M. Maniliū: P. Mutiū: qui oēs peritissimi legū scriptores fuere. Sex. Aeliū: quē Ennius laudauit. P. Mutiū: q frater fuit L. Crassi. Qu. uero Muti⁹ Publii fili⁹ fuit: & Pōt. utiq; Max. Atq; ut iā. i. & ut uniuersalr cōprehendā: idem de oībus artibus faciendū arbitror: hoc est exempla præstantissimorum uiroꝝ eius artis afferre. Musicus: musicam. Grāmaticus: grāmaticā. Poeta: poesĩ profitet. A quoq̃. s. philosopho. Sua ui: acumine intelligēdi: seu inueniēdi rerū naturalium cās tractando. Sapientia: rōne pcipienda de moralibus. Vim: effectū. Naturā: ꝓprietatē. ut uerbi gratia: Ignis ꝓprietas est urere, & sursum ferri. Causas: rōnes: q͂a purissimū & leuissimū est oium elemētoꝝ: & hoc ad philosophiam naturalē ptinet: q͂a philosophi nō solū est scire: q͂d sit uiuere: sed ēt cū uirtute uiuere: ut dixi. Tenere: scientia. Proseq: uita.

Sin autem quæreretur: quisnam iuris cōsultus uere nominaretur: eū dicerē qui legū cōsuetudinisq; eius: q̃ priuati in ciuitate uterētur: & ad respondendum: & ad agēdum: & ad cauendū peritus esset. Ex eo genere Sex. Aeliū: M. Manilium: P. Mutiū nominarem: atq; (ut iam ad leuiora artium studia ueniā) si musicus: si grāmaticus: si poeta q̃ratur: possum similiter explicare quid eorū quisq; profiteatur: & q͂d non amplius a quoquā sit postulandum. Philosophi deniq; ipsius: qui de sua ui: ac sapientia unus omnia pene profitetur: est tamē quædam descriptio: ut is qui studeat omnium rerum diuinarū atq; humanarum: uim: naturā: causasq; nosse: & omnem bene uiuendi rationem tenere: & persequi nomine hoc appelletur. Oratorem autē: quoniam de eo quærimus: equidē nō facio eundē: quē Crassus: qui mihi uisus est omnē omnium rerum: atq; artiū scientiam comprehendere uno oratoris officio: ac nomine: atq; eum puto esse: qui & uerbis ad audiendum iucundis: & sententiis ad probandum accommodatis: uti possit in causis forensibus: atq; communibus: hunc ego appello oratorem: eumq; esse p̄terea instructū uoce: & actiōe: & lepore quodam uolo. Crassus uero mihi noster uisus est oratoris facultatē nō illius artis termis: sed ĩgenii sui finibus ĩmensis pene describere: nā & ciuitatum regēdarū oratori gubernacula sentētia sua tradidit: ĩ quo permirum uisum mihi est Scæuola te hoc illi cōcedere: cum sæpissime tibi senatus breuiter: impoliteq; dicenti maximis sit de reb⁹ assensus. M. uero Scaurus: quē non lōge ruri apud se eē audio: uir regēdæ reip. scientissimus: si audierit hāc auctoritatē grauitatis: & cōsilii sui uindicari a te Crasse: q; eā oratoris ꝓpriā esse dicas: iā credo huc ueniat: & hāc loq̃citatē nostrā uultu ipso: aspectuq; cōterreat. Qui: q̃q̃ est in dicendo minime contemnendus: prudentia tamē rerū magnarū magis: q̃ dicendi arte nitit.

Oratorem autē: ecce q͂d supius dixi: primo Crassum p inductionē quodāmodo diffinire: q͂d sit orator. De eo. s. oratore. Quē Crassus: q͂a dixit oratoris ꝓpriū eē: apposite ad psuasionē de unaq̃q; re proposita dicere. Qui & uerbis. i. qui cōpositiōe: & elegātia orationis ualeat. In causis forensibus: atq; cōmunibus. i. in causis priuatis, & publicis. Eumq; p̄terea uoce: & ad compositionē, & elegantiā orationis accedat oportet pronunciatio cum urbanitate quadā. Voce: sono uocis. Actione: gestu corporis. Lepore: suauitate: & urbanitate quadā: ut orationem suam facetiis q͂busdam exornet: quo auditorū animos ad audiendum retinere possit. Crassus uero: ratio fortissima est q; ei ignoscatur: q͂a ingenia alioꝝ oratorum suo metitur ingenio: ut quātum ipse ualeat: tātū etiā alios in dicendo ualere existimet. Illius. s. artis rhetoricæ. Nā & : et aggredit id q͂d dixit oratoris ꝓpriū esse debet ciuitatē administrare: iō primū fuisse q gubernacula ciuitatis istituerit: & eos una coalescere psuaserit. Et prīo refutat illud nō esse oratoris ꝓpriū. Snia sua: sic enim sensit oratorē administrādæ ciuitatis peritū eē oportere. Cū sæpissime: miror inq͂t o Scæuola q͂d hoc Crasso cōcesseris: cū tu sine dicēdi copia: & ornata magna sæpe de rep. senatui psuaseris. Breuiter: sine copia. Impolite: inculte: sine exornatione. M. uero Scaurus: p̄terea M. ēt Scaurus: cuius ꝓpriū est administrare ciuitatē: quia in ea gerēda uersatus est: si audiret te hoc sentire: uidelicet administrare rēp. eē oratoris ꝓpriū: te ab hac snia deterreret. Hic est M. Scaurus quē principē senatus fuisse legimus apud Valeriū Maximū. Nō lōge. s. a nobis: uidelicet a Tusculano. Apud sese. i. sibiipsi uacare: quo aium suū a laboribus reipub. colligat. Vindicari: oratori attribui. Huc ueniat: quia nullo modo patietur hanc indignitatem. Aspectu: quia aspectu tantummodo: etiam sine ulla uoce nos ab hac loquacitate deterreret. Qui quāquam: quamuis inquit tantum dicendo ualeat: ut minime contemni debeat: tamen prudentia magis præstat: q̃ arte dicendi.

neq; uero:siquis utrumq; potest:aut ille consilii publici auctor:ac senator bonus: ob eam ipsam causam orator est:aut hic disertus:aut eloquens: si est idem in procuratione ciuitatis egregius:illam sciētiam dicendi copia est consecutus. multum inter se distant istæ facultates:longeq; sunt diuersæ:atq; seiunctæ.neq; eadem ratione:ac uia M.Cato.P.Africanus.Q.Metellus.C.Lælius:qui omnes eloquētes fuerunt:orationem suam:& reipublicæ dignitatem exornabant.Neq; enim est interdictum: aut a natura rerum:aut a lege aliqua:atq; more:ut singulis hominibus ne amplius:q̄ singulas artes nosse liceat:quare non & si eloquentissimus Athenis Pericles:idemq; in ea ciuitate plurimos annos princeps consilii publici fuit: iccirco eiusdem hominis:atq; artis utraq; facultas existimanda est. Nec si P.Crassus idem fuit eloquens & iuris peritus:ob eā causam inest in facultate dicendi iuris ciuilis scientia:nam si quisque:ut in aliqua arte: & facultate excellēs: aliam quoque artem sibi assumpserit: is perficiet:ut quod præterea sciet:id eius:in quo excellet:pars quædam esse uideatur. licet ista ratione dicamus:pila bene:&.xii.scrupis ludere: propriū esse iuris ciuilis:quoniam utrunque eorum P.Mutius optime fecerit:eademque ratione dicantur: & quos φυσικους græci uocāt:iidē poetæ:quoniā Empedocles physicus egregiū poema fecerit: ad hoc:ne philosophi quidem ipsi:q omnia sicut propria sua esse:atq; a se possideri uolunt:dicere audēt geometriā: aut musicā philosophi eē: qa Platonē oēs in illis artibus præstātissimū fuisse fateantur:

Neq; uero:incipit nunc argumentari contra Crassum.Nam Crassus dicebat oratorem eloquentia sua ciuitates constituere.Nititur contra hanc Crassi rationem hoc modo:Si orator erit gubernator:non tamen dicēdum est oratoris utronq; proprium esse.Nam si orator etiam gubernare ciuitatem didicerit:uel econtra: non tamen quia orator est:ideo gubernator est:uel quia gubernator:non ideo orator. Vtrum:& dicendo ualet: & in gubernanda republica pollet. Auctor publici consilii:uidelicet princeps senatus. Hic:scilicet orator: non est tamen dicendus gubernator ciuitatis.Nam id proprium oratoris est:& habet cum gubernatione ciuitatis coniunctum:non est gubernator. Multum istæ facultates:dicendi ornate: ac diserte: & gubernādæ ciuitatis. Distāt:differūt. Diuersæ:natura. Nam altera politices: alia logices pars est. politices pars est gubernatio ciuitatis:logices eloquentia oratoris. Seiunctæ:ratione. nā ille dicendo:hic gerendo suū implet officium:tantum enim differt:quantū agere & dicere. M.Cato:si dixeris fuisse quosdam qui utrunq; fecerit:non negauerim: sed hoc contēderim:alterius officium ab alterius officio lōge diuersum. M.Cato. nō eadem ratio gubernandæ ciuitatis:& ornandæ orationis est:sed q̄a gubernare ciuitatem:& ornare orationē idē nō est:ergo seqoit aliū eē oratorē & aliū gubernatorem ciuitatis. Neq; enī: ut inqt in aliquo eē pōt grāmatica: & rhetorica:ita etiā cōcedimus posse esse & oratorē gubernatorē ciuitatis:& ut eos dicemus nō eandē tenere scientiā, sed diuersas:ita ēt dicemus oratores duas sciētias habere:nā si utrūq; idē eēt:sequeret ot eodē artificio indigeret. Lege:scripta. More:cōsuetudine non scripta. Singulas artes:qa singuli hoīes plures artes percipere possunt. Nā nūc particulariter probat qd superius generaliter dixit posse homines plures artes cōprehendere:& dicit Periclē

Pericles.xl. aonis Athenas rexit

utrunq; consecutū fuisse. Pericles:q eloquētissimus fuit:& prudētissimus:& qui rēpublicā Atheniensium q̄draginta annis rexit. Cōsilii publici.s.senatus:quē publicum cōsilium maiores nostri appellarunt. Iccirco: non est dicendū.q utraq; facultas: scilicet orationis: & administrandæ ciuitatis sit oratoris ppria. Eiusdem hois: aut oratoris aut gubernatoris ciuitatis. Atq; artis: aut gubernatio ciuitatis sit oratoris:aut ars rhetorica sit gubernatoris ciuitatis. Nec si P.Crassus:aliud inducit exēplū. In facultate:in scientia iuris ciuilis. Nam siqs:postq̄ probauit diuersas artes in uno posse consistere:nec tn̄ eas eiusdem facultatis esse:nūc a sequēti pbat:ostēdens rem absurdissimam puenire:siqs hoc concesserit:

Facultas

ut q pila optime luserit:& īterpres iuris ciuilis peritissimus idē sit. Sed hoc fuisse ī C.Lælio accepimus:ergo pila ludere:& duodecim scrupis:idē est. Præterea:pter illā artem & facultatē dicēdi:quā qsq; habet ex arte. In qua aliqua arte & facultate.i.in aliqua facultate artis. nā facultas dicit facilitas illa:quā qsq; hēt ex arte:ut facultas grāmaticæ artis est scribere & recte dicere. Ludere pila:agilitate corporis. Ludere duodecim scrupis: celeritate interpretandi iuris ciuilis. Quō hæc cōparauit:respexit ad celeritatē:nā q pila ludit agili corpore ut sit:necesse est. Duodecim scrupis:in duodecim tabularum legibus. Vtrunq;.s.& pila ludere:& ius ciuile interpretari. Eadēq; rōne dicantur:quēadmodum siquis ad eam artem in qua excelluerit:aliā quoq; artē adhibuerit:non eandem artem uocabimus:ita etiam physici:qui poema aliquod scripserit:nō idem artificiū uocetur. Empedocles:hic de rerum natura scripsit dicens:omnia ex quatuor elementis cōstare:scripsit etiam uersibus transitum Xerxis:& alia nōnulla quæ postea uxor eius cremauit. Floruit autem eo tempore quo Fabii ad Cremeram interfecti sunt. Ad hoc:idest præterea:& cæteris omissis:& ut de philosophis dicunt qui omnia sibi arrogant:dixerunt geometriam esse quandam partem. Omnes philosophi:quia Plato tametsi philosophus fuerit præstantissimus:tamen in his artibus plurimum excelluit.

Empedocles

Ac si iam

Ac si iam quasi partes ipsius facultatis. Sed si uis scire:quæ nam sit mea de oratore sententia:non ego dixe-
rim has artes esse ipsius facultatis oratoriæ. Sed fatebor multa uidisse:& legisse:ut oratio quibuscūq; ornamē
tis posset:ornata esset. Facultas:ars rhetorica. Ieiuna:sentētiis. Nuda uerbis. Aspersa:quia multis. Di-
stincta:quia uariis. Multa auribus accepisse:per doctrinam. Multa uidisse:per historiam. Multa animo &
cogitatione:per meditationem. Multa legendo:per lectionem. Libasse:leuiter tetigisse.& est translatio ab
his qui summis labiis poculum gustant. Callidum:astutum. Tironem:imperitū:translatio sumpta a militi-
bus. Nam tirones noui milites dicūtur: & rei militaris imperiti. Rudem: indoctum. Pe
regrinum:aduenam. Hospitem: alienigenā hoc est ignarum & inexpertem. Neq; uero
istis Tragœdiis:postq̄ ad id argumentum res
pondit Antonius:q; Crassus dixerat oratorē
philosophiam moralē discere oportere: nūc
transit ad aliud argumentum:in quo dixerat
Crassus philosophiam quoq; naturalem oratori esse
perdiscēdam:& hoc loco Antonius ostēdit sa
tis esse oratori:si mores hominum atq; consuetu
dines didicerit. Istis Tragœdiis.i.portentis.
Nam quēadmodum in Tragœdiis ab histrio
nibus magna quidem dictu:sed re ipsa inania
tractant:ita ēt ab oratore mouentur audito
rum animi:& ostēdit animorum impulsionem: quam
Crassus dixerat necessariam esse oratori: qd'
Antonius confutat. In eo.s. inflāmando:&
restringendo. Inflāmare:ad iracundiam.
Aut restringere:lenire & mitigare. Vis:uir-
tus oratoris:nam mouere summum ac potis
simum est in oratore. Rerū omnium naturam:
per physicam. Mores hominū: per æthicam.
Quo in studio:ac si diceret:si hoc uerum es
set neminem sperare oporteret:posse hanc fa
cultatem percipere:q; philosophi omnem uitam in ea per
cipienda contritam esse uidemus. Ingeniosis
simorum:qui ingenio ualent. Otiosissimorum:
qui ipsi uacuum habent:nec in administran-
da republica occupati sunt. Quorum:philosophiam
quidem illorum non contemno:sed oratoris
propriam esse non dixerim. Copiam: quan-
tum ad multitudinem rerum. Magnitudi-
nemq;:quantum ad difficultatem earum.
Nobis tamen:quis hæc omnia:quæ a philosophis tractant:
non solum laude:sed ēt admiratione prosequē
da sunt: tamen ea oratoris propria esse non
dixerim. Ab hominum moribus:a consuetudi-
ne. Quis enim:& ostēdit tenenda hæc esse q̄
ad mores hominum pertinent potius consuetu-
dine q̄ arte:nam si natura quæ nobis data est
cognoscere possumus: & iracundiam & fer-
uorem mentis: & si non poterimus diffinire
quid sit iracundia: non tamen propterea officio
philosophi satisfacere non poterimus:uidelicet ani-
mos iudicum ad quemcunq; motum uolue-
rimus impellere. Magnus: re & nomine. Gra-
uis:consilio & auctoritate. Hæsitauit: dubi
tauit, tardus est in dicēdo. Feruor ne mētis:
si iniuria ad eos qui audiunt pertinet. An cupiditas:ad eum de quo agitur spectat.i.ulciscendi. Quod:nescire qd
esset iracūdia:haud magni refert diffinire iracundiā:iracundia ne sit motus animi:an cupiditas ulciscendi. Quis *Iracundia*
cū cęteros:preterea quēadmodū dixi de iracūdia:pari modo dicēdū est de cęteris rebus. Cæteros:ut odii cōtentio
nis, inuidiæ:rursus amoris misericordiæ & miserationis:q affectus moueri solēt ab oratore. Aut populo:si in cō
tione & rostris aliqd ageret. In animis homines q; uz dant animos nostros ita uirtute eē cōpositos:ut ægritudine nulla cōmo
ueri possint. Qui &:unde ēt apud Lacedęmōes lex erat:neqs proœmio uteref:sed cū qs ad dicēdū ueniret: rē tātū-
modo nudā declararet:eo q̄ in proœmiis potissimū cōmouerēt & perturbarēt auditorum animi. Tolerabiliores.s.q̄ stoici.

Tirones

ac si iam placet:omnes artes oratori subiungere:
tolerabilius est sic potius dicere:ut quoniam dicē
di facultas non debet esse ieiuna:atq; nuda: sed as-
persa:atq; distincta multarum rerum iucunda qua
dam uarietate:sit boni oratoris multa auribus ac-
cepisse:multa uidisse:multa animo &cogitatione:
multa etiam legendo percurrisse: neque ea ut sua
possedisse:sed ut aliena libasse.fateor enim callidū
quendam hūc & nulla in re tironem ac rudem:nec
peregrinum ac hospitem in agendo esse debere.ne
q; uero istis Tragœdiis tuis:quibus uti philosophi
maxime solent Crasse perturbor quod ita dixisti:
Neminē posse eorum mentes:qui audirent aut in-
flammare dicendo: aut inflammatas restringere:
cum in eo maxime uis oratoris: magnitudoq; cer-
natur:nisi qui rerum omnium naturam: mores ho
minum:atq; rationes penitus perspexerit. In quo
philosophia sit oratori necessario percipiēda:quo
in studio hominum quoq; īgeniosissimorum: otio
sissimorumq; totas ætates uidemus esse contritas:
quorum ego copiam: magnitudinemq; cognitio-
nis:atq; artis non modo non contēno:sed ēt uehe-
menter admiror. Nobis tamen qui in hoc populo
foroq; uersamur:satis est ea de moribus hominum
& scire & dicere: quæ non abhorrēt ab hominum
moribus. Quis enim unquam orator magnus &
grauis cum iratum aduersario iudicem facere uel
let:hæsitauit ob eam causam:q; nesciret quid esset
iracundia: feruor ne mentis: an cupiditas punien-
di doloris? Quis cum cæteros animorum motus:
aut iudicibus:aut populo dicēdo miscere: atq; agi
tare uellet:ea dixit: quæ a philosophis dici solēt?
Qui partim omnino motus negant in animis ul-
los esse debere:quiq; eos in iudicium concitent mē
tibus scelus eos nefariū facere: partim q tolerabi-
liores uolūt eē; & ad ueritatē uitę propius acceder:

per mediocres ac potius leues motus debere esse dicunt. Orator autem omnia hæc: quæ putantur in communi uitæ consuetudine mala ac molesta: & fugienda multo maiora & acerbiora uerbis facit. Item ea quæ uulgo expetenda atque optabilia uidentur dicendo amplificat atq; ornat: neq; uult ita sapiens inter stultos uideri: uti qui audiant: aut illum ineptum: aut græculum putent. aut etiam si ualde probent ingenium oratoris: sapientiam animi admirentur: se esse stultos moleste ferant. Sed ita peragrat per animos hominum: ita sensus mentesq; pertractat: ut non desideret philosophorum descriptiones: neq; exquirat oratione: summum illud bonum in animo: ne sit an in corpore? uirtute: an uoluptate diffiniatur? an hæc iter se iūgi: copularíq; possint? An uero ut quibusdam uisum est: nihil certum sciri: nihil plane cognosci: & pcipi possit? quarū rerum fateor magnam: multiplicemq; esse disciplinam: & multas copiosas uariasque rationes. Sed aliud quiddam longe aliud Crasse quærimus. Acuto homine nobis opus est: & natura usuque callido: qui sagaciter peruestiget quid sui ciues: iique homines: quibus aliquid dicendo persuadere uelit: cogitent: sentiant: opinentur: expectent. Teneat oportet uenas cuiusque generis: ætatis: ordinis: & eorum apud quos aliquid agat: aut erit acturus: mentes sensusque degustet.

Mediocres: leues: qd' est academicorum & etiam peripateticorum: cum in his philosophis tāta sit dissensio: quid oratoris est hæc perdiscere. Accedere. i. propius uenire ad cognitionem humanæ consuetudinis. Orator: his breuibus uerbis docet: quæ in procemiis facienda sunt. In cōmuni uitæ cōsuetudine: nō discedit a cōmuni hominum consuetudine: cum motus aliquos sedare uoluerit. Mala: ut noceant. Molesta: ut displiceant. Fugienda: quia inuidiam concitant. Bona: quia utilia sunt. Iucunda: quia delectant. Honesta: quia per se sunt appetenda: & hæc superioribus contraria sunt. Neq; uult ita sapiens: cœpit superius dicere de oratoris offō: qd ipsi faciēdū sit: ut mores coꝝ diligēter exq̄rat: neq; uelit ita sapiens uideri iter stultos: ut eū græculo cōparēt: uel cū eū audiant: isulsos se & isipiētes eē existimēt: & ex hoc maliuoli reddant. Sapiēs: nā uulgū stultum dixit. Inter stultos. i. iter turbā & multitudinē uulgi. Ineptū: q nō seruato loco nec tpe d his disputet: q̄ minie sunt idonea: nā i foro ñ decet disputare de pħia & rebus naturalibꝰ. Græculū: qa græculoꝝ ista cōsuetudo ē de hmōi rebꝰ disputare i scholis. Sapiam ai admirent: hic q hoc studet: ut apud oēs sapiētia admirabilis sit: nō recusat quo minus illi q audiunt ingenium suum laudent: ita & laudent sapientiam suam: ut se insipientes esse putent nam hoc pateret iniuriam. Esse stultos: cōparatione oratoris. Sed ita peragrat: sed ille sequitur naturalem quandam rationem: & ita inducitur: ut facile intelligat quid sit sibi faciendum. Animos hominum ita sensus i. naturalis affectus. Mentes: ratione quibus mores hominum cognoscuntur: quorū Crassus dixerat: aliud naturalium: aliud uero moralium esse. Philosophorum descriptiones .i. philosophorum disputationes. Oratione .s. disputando: an in animo. i. in honesto: an in corpore. i. in bona ualetudine. Nam aliqui in honesto: alii ī bona ualetudine summum bonum ponebāt: nonnulli in uoluptate: & hi in nullo philosophorum numero habētur. In uirtute: ut Stoici: Peripatetici: & Academici. An uoluptate: ut Epicuri. Nam qui uirtutem summum bonum diffiniūt in animo ponunt. Qui uero in uoluptate & bona ualetudine: in corpore statuunt. An hæc. i. an summum bonum in bona ualetudine: aut in uirtute: aut in uoluptate simul coniungi possit: quō hoc coniungi potest: difficile sane uidetur: ut qui in corpore ponunt non dissentiant ab his: qui in animo constituunt: sed hoc modo nonnulli argumentari uoluerunt: ut sententias philosophorum concordes ostenderent. Voluptas sine bona ualetudine esse non potest: hoc est coniunctum. Rursus bona ualetudo uirtutē desiderat: ut modesta continentiq; uita bonam ualetudinem si est, conseruet: si non est, comparet. Rursus uoluptatis comes est uirtus: doloris comes est uitium. Nam ut rebus fortiter, ac sapienter gestis gaudemus: ita contrariis necesse est doleamus. Quibusdam. s. academicis: tametsi. n. multa concedunt: tñ nihil affirmant: ut Cicero ad Hortensium in Academia. Sunt qui concedant Solem: & Lunam: stellas: cælum & terram deos esse. Nam quia uidebant certum ordinem seruare: propterea deos esse credebant: sed tñ non affirmabant. Fateor magnam: non negauerim inquit eam scientiam: quæ ab his philosophis tractatur: magnam esse: sed oratori non esse necessariam. Multiplicemq;: quia uariæ sunt philosophorum sectæ. Copiosas: ipso argumentoꝝ genere. Variasq;: modo naturales, modo morales. Acuto: ad intelligendum. Callido: ad excipiendū. Sagaciter: insidiose quodammō uestigans. & est translatio ab odorante cane. Cogitēt: de præsentibus. Sētiant & opinentur: de præteritis & futuris. Sentiant: iudicando. Opinentur: cogitando. Expectent: cupiēdo & optando futura. Cuiusq; generis. i. cuiuscunq; conditionis humanæ & est metaphora a fontibus: quorū ꝑ qualitate loci: aut dulces: aut salsæ: aut amaræ sunt uenæ. Pari rōne hoīum genera diuersa sunt: alii sunt mites: alii acerbiores: alii comes & faciles: alii morosi & difficiles. Aetatis: adulescentiæ feruentioris: iuuentutis leuioris: senectutis grauioris. Ordinis: ut plebei: equestris: senatorii. Plebei: cupidioris. Equestris: ambitiosioris & gloriosioris. Senatorii: constantioris & grauioris. Agat: in præsenti. Acturus: in futuro. Mētes: rationis est. Sensus: naturæ. Nam mentes pro consuetudine morum: sensus pro naturali affectu.

Opinio philosophorum

Philosophoꝝ

Philosopho℞:sed qūo Antoni:nō uis oratorem philosophiæ libros legerē. Volo equidem:sed no lo ut sint quasi adminicula oratori:sed quædam quasi laxamenta a laboribus:cū a reipu. administratione uacui erimus. Atq; otium:a gerendis rebus. Requiem:a laboribus. Ne siqñ:nec uelim ipsum mutuo quasi accipere a Platone:qñ de ea disputare uoluerit:quia non est oratori necessaria. De iustitia:de qua supra dixit. Quę duplex est:altera uniuersalis:altera singularis. Sīgularis est æquitatis mater. Vniuersalis est oīu3 uirtutū capax. Hęc quę ad iustitiā & æquitatem pertinent. Quod si ea:postq̄ aliis argumentis nixus est probare philosophiā nec moralem nec naturalem oratori necessariam esse: nunc ab ipsius Crassi exemplis probat. Dicit enim:O Crasse aliter dicis & aliter facis. Dicis oratori seruanda esse præcepta philosophorum:& tamen in orationibus tuis aliter facis:nam si orationes tuæ diligentius inspicientur:animaduertetur longe a philosophis esse alienas. Ea:quæ a Platone:& cæteris philosophis tractantur. Eripite: ecce uerba Crassi & dicta esse intelligimus aduersus Cepionem: & M. Scaurum: & L. Philippum:qui senatum inuaserant equitum opibus freti:quem M. Crassus defendebat. Drusus.n.cōtra nobilitatis principes plebē erexeeat maxime spe legis agrariæ:& pmissione ciuitatis socios ēt in partes suas illexerat. Eripite.s.o Quirites. Ex miseriis.s. nobilitatis: qui nos in seruitutem, si conceditur, tradere cupiunt. Eorum.s.equitum:qui sæpe multa in plebē moliti sunt. Cuiq̄.s.nobilitati: nisi uobis o Quirites. Debemus.n.solum populo Romano seruire. Probat Antonius hæc uerba Crassi longe diuersa a phorum sententiis.

Iustitia duplex

Philosophorum autē libros reseruer sibi ad huius modi Tusculani requiem atq; otiū. Ne si qñ ei dicēdum erit de iustitia & fide: mutuetur a Platone: qui cum hæc exprimenda uerbis arbitraretur nouam q̄dam finxit in libris ciuitatem usq; eo illa: q̄ dicenda de iustitia putabat: a uitę consuetudinę & a ciuitatum moribus abhorrebant. Quod si ea probarentur in populis: atq; in ciuitatibus: quis tibi Crasse concessisset clarissimo uero: & amplissimo principi ciuitatis: ut diceres illa in maxima contione tuorum ciuium: quæ dixisti? Eripite nos ex miseriis: eripite ex faucibus eorum: quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. nolite sine re nos cuiq̄ seruire: nisi uobis uniuersis: quibus & possumus & debemus. Omitto miserias: in quibus (ut illi aiunt) uir fortis esse non potest. omitto fauces: quibus te eripi uis: ne iudicio iniquo exorbeatur sanguis tuus: quod sapiēti negant accidere posse. Seruire uero non modo te: sed uniuersum senatum: cuius tū causam agebas: ausus es dicere? Pōtne uirtus Crasse seruire istis auctoribus: quorum tu præcepta oratoris facultate complecteris: quæ & semper & sola libera est: quæq; etiam si corpora capta sint armis: aut constricta uinculis: tum suum ius atque omnium rerum impunitatem libertatem tenere debeat? Quæ uero addidisti non modo senatum seruire posse populo: sed etiā debere: quis hoc philosophus tam mollis: tam languidus: tam eneruatus: tam omnia ad uoluptatem corporis: dolorem que referens probare posset senatum seruire populo: cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem: q̄si quasdam habenas tradidisset. Itaque hæc cum a te diuinitus ego dicta arbitrarer: P. Rutilius Ruffus homo doctus & philosophiæ deditus: non tantum parum commode: sed etiam turpiter & flagitiose dicta esse dicebat.

Omitto.s.eripire nos ex miseriis: ergo miseros concedis esse fortes: qd̓ penitus philosophi negant. Fauces: quia fauces dixisti: ex quibus te uis eripi: ne sanguis tuus exorbeatur iudicio iniquo. Quod: uidelicet utrunq;: scilicet & miserias & metum mortis. Na3 philosophi negant metum mortis sapienti timēdum. Seruire uero: sed dicamus quod dixisti seruire: qūo possunt hæc tua præcepta philosophorum sententiis esse accommodata? cum uirtus nunq̄ seruire possit: nam si uirtus semper libera est: qūo sapiens seruus esse pōt? Potest ne? q.d.non. Et semper: quia nunq̄ seruit: nam ipse sola sempiterna utitur libertate. Armis: ab hostibus. Vinculis: custodia. Impunita: quia nunquam supplicia sentit. Quæ uero addidisti: pergit Antonius redarguere Crassum: q̄ aliter fecerit: & faciat in orationibus suis: q̄ ipse superius præceperat: uidelicet oratores philosophiæ præcepta sequi debere: quod minime facit: & uerborū suorum particulam illam reprehendit.s. nolite sinere nos cuipiam seruire: nisi uobis uniuersis. hoc loco dixisti inquit o Crasse senatū debere seruire populo: cum senatus potius ipse habenas regendi & moderandi accepit.

Quæ uero:& dicit hæc dicta rep̄hendi a q̄busdā p̄his. Tā mollis: tam effœminatus. Tam languidus: tā torpidus. Tā eneruatus: tā dissolutus. Ad uoluptatem: sicut Epicuri qui dicebant dolorem fugiendum: & uoluptatē appetēdā. Moderādi: ne cupide effluerēt. Regēdi: ne a recto errore labāt. Itaq;:& ob eā rē: q̄a ualde dissentiūt p̄hi ab his q̄ posita sunt in cōditiōe hūanæ uitæ: cū hæc tua dicta mirifice laudare P. Rutilius: ea reprehēdere cœpit: q̄ ea nimis molliter & effœminate dicta esse dicere. P. Rutilius: de quo postea latius dicet. Homo doctus: eo q̄ p̄hiæ plurimū deditus esset. Et p̄hiæ deditus:& ideo abhorrebat ab his dictis ruis: q̄a p̄hus erat. Turpiter: turpe dr̄ quod est euitandum. Flagitiose: flagitiosum quod reprehendendum est.

Turpe

Flagitiosū

Idē. s. P. Rutilius rephendebat Sergiū Galbā ob hanc qōnē: quæ īfra est: & habita est cōtra Galbā: q Lusitanoꝝ haud mediocrē numeꝝ interposita fide ꝑtor ī Hispania occidi iussit. Itaq actioni tribunitiæ: eū se M. Cato admodū senex ofone sua: quā in originibus retulit, subsciberet. Reus ꝑ se iā nihil recusans paruulos li beros suos: & Galli sanguine cōiunctū sibi filiū flens cōmendare cœpit. Eoq facto mitigata cōcione: q oium cōsensu pitutus erat: nullū pene triste suffragiū habuit: queādmodū Valerius in memorabilibus. li. viii. de his: q cū ei essent īfames: nihilominus euasere. Cōmemīnisse: quo adulescēte Galba cāʒ egisset L. Scribonio trip ię.

Grauis: q inimicitias cū Galba uehemēter agebat. Cn. Sulpitii: hic Sulpitius Gallus est de quo apud Valeriū legimus: q L. Pauli Aemilii aduersus Persam Macedonū regē bellum gerentis elypsi facta: de cæli & siderum natura differens: eos alacres, cū pauidi essent effecit. Recordatione & memoria: unū pati entis: alteꝝ agentis. Ac se tanq̄ in promptu siue ꝓcinctu: in ꝓmptu siue in ꝓcinctu testamentū significat: q milites ꝓlibus cōmilito nibus testamenta faciebāt nō scripta. Plutarchus dicit in Coriolano: Mos Romanis erat: ut milites cū in acie instructi scuta capturi: ue stemq cincturi essent: tribus, aut quatuor au dientibus hæredē noiarent: & hoc testamen tū uocabat esse factū in ꝓmptu siue in ꝓcinctu. Sine libra: qa ibi libra nō adest: cū in ho ste uiturus est. Libra: eo q testamētū semp mācipationē cōtinet: quoties hæres aliqs nominat, mācipatio significat. nā hęredibus no minatis alienatio sequit. Ois res q̄ maucipat .i. ab uno dño in aliū trāsire pōt: emācipat ꝑ nexū. i. ꝑ q̄dā iuris solēnitatē. Nexus est qdaʒ iuris solemnitas facta: sicut Caius exposuit in ititutoꝝ lib. ii. cuius uerba hæc sunt: Mancipatio est quædam imaginaria uenditio: qď ē ꝓpriū ius ciuiū Romanoꝝ. Adhibitis namq qnq testibus ciuibus Romanis puberibus: ꝑ terea alio qui libram teneat: qui libripens di: is q mancipium accipit: hunc inquit hominē iure Quiritem meum esse aio. Isq mihi em ptus est ære, æneaq libra: & ære libram percutit: idq; æs dat ei a quo mancipium accipit: quasi pretii loco. Modo aūt dicit: sine hac solemnitate: quasi in procinctu testamentū cōdidisse Galbā. Hæc Boetius in Topica Ciceronis: quibus e uerbis ītelligere possumus in testamētis cōdendis. Ideo librā adhiberi: quia mancipatio fit hæreditatis. Nā bona testatoris in hæredes transeunt: cuius consuetu dinis nos uestigia tenemus: cum in stipulationibus dicatur: Boni auri: iustiq ponderis exhibitā esse pecuniā. Ergo & in tutoribus testamento scribendis hæc aderant: quæ significarent bona testantis cum hæredibus pu pillis tantisper in ꝑtāte tutoris esse: dum illi impuberes essent. Hanc ēt cōsuetudinē Varro de doctrina linguæ latinæ his uerbis innuit. Manilius iurisecon. inquit: Oē scribit quod per librā & æs geri, in quo sint mancipia. Mutius iuriscon. q per æs & libram fiunt: ut obligent: ꝑter q̄ mancipio dent. Hoc uerius esse ipm uerbuʒ oñ dit: de quo q̄tit. Nā idem qď obligat per librā: neq suū fit uidelicet nexus de nouis significatione q̄rebat Mu tius: cui sententiæ cōuenit: qď hoc loco Cicero dicit: Nā tutori non dat mancipio pupillus: & obligat per libram: nec suus fit: sed ad tps dūtaxat obnoxius est ei quod ad tutelam suam uenerit. Illoꝝ. s. pupilloꝝ. Inui dia: q potens nimiū atq superbus fuisset: q Lusitanoꝝ ingentē numeꝝ īterposita fide interemisset. Odio: crudelitatis. His quoq eū Tragœdiis. i. his quasi Tragœdiaꝝ repręsentationibus. Nā Tragœdiam repręsentate ui debat: cū pupillū pene in humeros extolleret. Itē: similiter dicebat Rutilius sicut apud Cato. in libris origi nū scripta erat hæc ofo. Pueris: spectaculo pueroꝝ. Hæc Rutilius ualde uituperabat: utpote ph̄us. Sed si fuisset orator nō rephēdisset. Ergo apparet oratoriam facultatē a ph̄orū facultatibus ualde alienā atq diuer sam esse. Humilitati. i. abiectioni. Nam cū eēt ille: sicut ēt apud Valeriū huius uiri mentio fit: cū damnatus fuerit. Hūc P. Rutiliū summæ Inocētiæ uirū: qm̄ q̄stor C. Mutii ꝓcōsulis Asiaʒ ab iniuriis publicanorū libera uit: inuidia eq̄stris ordinis: q tūc iudicia exercebant repetūdarū damnatus i exiliū missus ē. Qui cuʒ postea ob Syllanam uictoriam ī ꝑriam redire liceret: maluit in exilio eē: q̄ q aliqd cōtra leges fecisse uideret. Innocentiæ: nam inocētia est primū iustitiæ munus: ut ne cui quis noceat. Integrior: incorruptior: quia nulla cupidi tate uinceret. Sanctior: firmior, constantior: q nulla animi perturbatione frangi posset.

Testamentū in ꝓmptu factū

Nexus

Mācipatio

Libripens

Idem Q. Seruium Galbam: quem hominem pro be commeminisse se aiebat: pergrauiter reprehen dere solebat: q is L. Scribonio quęstionem in eum ferente populi misericordiam concitasset: cum M. Cato Galbę grauis atq acer inimicus aspere apud populum Romanum & uehemēter esset locutus: quam orationem in originibus suis exposuit. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius: q is C. Sulpitii Galli propinqui sui. Q. pupillum filium ipse pene in humeros suos extulisset: qui patris clarissimi recordatione & memoria fletū populo mo ueret: & duos filios suos paruos tutelæ populi cō mendasset: ac se tanquam in promptu siue in pro cinctu testamentum faceret: sine libra atq tabulis po. Ro. tutorem instituere dixisset illorum orbita ti. Itaq cum & inuidia: & odio populi tum Galba prameretur: his quoq eum tragœdiis liberatum ferebat: quod item apud Carone scriptum esse ui deo: nisi pueris & lachrymis usus esset: pœnas eū daturum fuisse. Hæc Rutilius ualde uituperabat: & huic humilitati dicebat uel exiliū fuisse: uel mor tē anteponēdā: neq uero hoc solū dixit: sed ipse & sensit & fecit. Nā cū esset ille uir exēplū (ut scitis) Inocētię: cūq illo nemo neq integrior eēt ī ciuitate: neq sanctior: nō mō supplex iudicibus eē noluit:

Ornatius:apparatius. Ferebat:dabat:concedebat. Paulū huic:concessit inquit huic Cottæ adulescenti disertissimo paulū partiū.i.paruulā dicēdi partē:q filius sororis suæ esset. Nullo apparatu.i.nullo ornatu. Pure:simpliciter. Dilucide:usitate:more solito. Q đ si tu nūc Crasse:dānatus ē inquit P.Rutilius:q nemo p eo cām dixit:sicut res merere uidebat. Sed si tu inquit Crasse dixisses:non phorum more: sed tuo potius arbitrio P.Rutilius tātus ciuis esset seruatus:neq phos imitatus esses:q̄uis oratori adiumenta a phis sumēda eē dixisses. Tūc:cū qō habita est in Rutiliū. Subsidiū:adiumentum. Ex illis.s.præceptis & institutis phoru3.

sed ne ornatius quidem aut liberius causam dici suam: q̄ simplex oratio ueritatis ferebat:paulū huic Cottæ tribuit partium disertissimo adulescenti sororis suæ filio.dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mutius more suo nullo apparatu: pure & dilucide:quod si tu tunc Crasse dixisses:qui subsidium oratori ex illis disputationibus quibus philosophi utuntur:ad dicendi copiam petendum eē paulo ante dicebas:& si tibi pro P.Rutilio nō philosophorum more:sed tuo:licuisset dicere:q̄uis scelerati illi fuissent sicuti fuerunt pestiferi ciues supplicioq dignis: tamē omnem eorum improtunitatem ex intimis mētibus euellisset uis orationis tuę nunc talis uir amissus est:dum causa ita dicitur: ut si in illa commenticia Platonis ciuitate res agere tur:nemo ingemuit:nemo inclamauit patronorū: nihil cuiquam doluit: nemo est questus:nemo rē pu.implorauit:nec supplicauit.quid multa? pedē nemo in illo iudicio supplosit.Credo ne stoicis renunciaretur:imitatus est homo Romanus & consularis ueterem illum Socratem: qui cum omniū sapientissimus esset:sanctissimeq uixisset:ita in iudicio capitis pro se ipse dixit: ut non supplex aut reus:sed ut magister aut dominus uideret esse iudicum:quin etiam cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset:quam:si ei uideretur:edisceret:ut ea pro se in iudicio uteretur: non inuitus legit:& commode scriptam esse dixit:sed inquit:ut si mihi calceos Sicyonios attulisses:nō uterer:quamuis essent habiles & apti ad pedem: quia non essent uiriles:sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri:fortem & uirilē non uideri.

Tuo more:ut in cæteris causis dicere soles.

Licuisset:per ipm Rutilium: uidelicet qui nō est p se passus orari. Pestiferi ciues: equites notat:cuius ordinis inuidia: & factione dānatus est Rutilius: q(ut supra diximus) cum Mutio consenserat ne quid publicani in Asia agerent. Digni:q ipsi merebant supliciū.

Eoꝝ:equitum & publicanoꝝ. Euellisset: expulisset. Vis.i.potuisset orōnis tuæ uehementia e cordibus eoꝝ importunitatem delere. Nūc:sed quia non oratorio:sed phico more cā est acta:ideo damnatus est uir tātus: & ciuitas nr̄a uirum talem amisit. Dum cā ita dr̄.i.non alio more Rutilii cā acta est:quā si ageretur in ciuitate:quā Plato sibi finxit in libris περὶ τῶν νόμων.i.de legibus. Cōmēticia:fictitia:quā Plato sibi finxit. Nemo ingemuit.s.patronorum ad commiserationem cōmouendam. Inclamauit: ad indignationem concitandam in aduersarios. Nihil cuiquam:ad id qđ dixit inclamauit. Nemo est questus:ad id quod dixit ingemuit. Nemo rempu.implorauit.s.nemo populum inuocauit:ut reo opem afferret. Nec supplicauit: nec ēt reum sub iudicum potestate statuit: nam utraq loca plurimum ualēt ad commiserationem commouendam. Pedem supplosit.i.nemo pedū strepitu3 nec plausum fecit:dolorem ostendens. Credo ne stoicis renunciaretur: ironice dixit. Verebantur ne si ipsis supplicatum fuisset pro Rutilio:stoicos offenderent:quia Rutilius stoicus erat. Imitatus:fecit inquit quemadmodum Socrates: nam si in causa sua se oratorem prębuisset:absolutus fuisset.Sed si Socrates absolutus fuisset:iniqui nobis fuissent philosophi nimium profecto. Veterem illum:per excellentiam hoc dixit:q.d.ueterem & summum philosophu3. Sapientissimus:ēt oraculo Apollinis.

Cũ oĩa gymnasia.i.cum oĩa gymnasia: in q̃bus iuuenes se exercere solebant: nunc disputantes phi occupauerint. Teneant: occupauerint. Discũ: discus est rotunda moles: cui⁹ iactu iuuenes inter se certare solebant: qui aut altius in sublime: aut longius in tractum iacerent. Simulac.i.cum primũ. Increpuit nimio impetu missus: nam cum magna ui iacit̃ stridorem facit per aerem. In media orõne .i. ĩterrupta orõne: ut apud Virg. Incipit effari: mediaq; ĩ uoce resistit. Vnctionis.i.cã palæstræ. Virg. Exercent pingues oleo labente palæstra. Leuissimam delectationẽ.s.disci. Discus

Vtilitati: disputationi. Vt ipsi ferunt: hoc ideo dixit: ne ipsis assentire uideret̃. Otium aũt: hactenus rñdit ad id qđ de loci cõmoditate dixerat: nunc de otii cõmoditate. Q đ: de otio dicis: assentior. sed si te seq̃mur: nullũ ex hoc otio fructum capiemus. Contentio: intentio. ut Cicero in Hortensio. Magna aĩ contentio.i. intentio aĩ. Relaxatis: trãslatio ab arcu: nam cum intentus est laborat: cũ remissus requiescit: & huic sñiæ suffragat̃ Herodotus: qui refert de quodã rege græco: qui Nitrocis appellabat̃. dicit.n. cum a prima hora usq; ad tertiam iura suis ciuibus redderet. Interrogatus a familiaribus: quidnam ita faceret: Rñdit græce: Si nunq̃ cesses tendere: mollis erit. Quod Ouidius in Heroidibus sine dubio mutuatus est. Lælium cuz Scipione: exemplo pbat otium non negocium esse debere: sed relaxationem animi: qđ Lælium & Scipionem fecisse legit̃: cum se a reipub. laboribus laxare uolebant. Is.s. socer meus Scæuola. Fannius & Scæuola generi fuerunt Lælii: hic aũt Scæuola socer erat huius Crassi. Rusticari: rus colere: quotiescunq; rus peteret Scipio: ẽt cum illo proficiscebatur Lælius. Repuerascere: honeste dictum est ad pueritiam redire: ut idem Cicero libro de Senectute: Vt ex hac ætate repuerascam: & in cunis uagiam. Tanquam e uinculis: quemadmodum equi faciant: qui diu coerciti cum remittuntur se relaxant. Conchas legere pro colligere: sicut Valerius dicit: Conchas & calculos in Caietę littoribus: atq; Lucrini legebant. Vmbilicos: est ostrei marini genus: sic dictum: q; in umbilici modum speciose suauiterq; coeat: & eiusmodi ostrea in littore legebant. Sic.n. res: recte quidem inquit dicis otium nobis datum esse: sed fructus otii est a labore desistere. nam ideo rusticari solemus: ut animum nostruz a labore relaxemus. Quod nũc ẽt facit: & per similitudinẽ oñdit. Aues.n. ad tps nidificãt: & ad tps a labore desistũt: neq;.n. ullũ aĩantis genus in ppetuo labore psistere põt. Procreationis atq; utilitatis: uidelicet ubi pariant: in q̃bus hybernentur. Repuerascere Vmbilici

effingere & construere nidos:easdem autem quando aliquid effecerunt leuandi laboris sui causa:passim ac libere solutas operæ uolitare:sic nostri animi forensibus negociis:atq; urbano opere defessi:gestiunt ac uolitare cupiunt:uacui cura ac labore. Itaq; illud quod ego in causa Curiana Scæuolę dixi:non dixi secus ac sentiebam. Nam si inquã Scæuola nullum erit testamentum recte factũ:nisi qd' tu scripseris:omnes ad te ciues cum tabulis ueniemus:omnium testamenta tu scribes unus. Quid igitur inquam quãdo ages negocium publicum? quando amicorum? quando tuum? quando deniq; nihil ages? Tum illud addidi:mihi enim liber esse non uidetur:qui non aliquando nihil agit:i qua permaneo Catulle sententia; meq; cum huc ueni: hoc ipsum nihil agere: & plane cessare delectat. Nam q addidisti tertium:uos eos esse: qui uitam insuauem sine his studiis putaretis:id me non modo non hortatur ad disputandum:sed etiam deterret. Nam ut C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat ea:quæ scriberet: neq; ab indoctissimis:neq; ab doctissimis legi uelle: q alteri nihil intelligerẽt:alteri plus fortasse q̃ ipse de se:quo etiam scripsit. Persium non curo legere. Hic fuit enim (ut noramus) omnium fere nostrorum hominum doctissimus: Lęlium decimum uolo:quem cognouimus uirum bonum:& non illiteratum:sed nihil ad Persium. Sic ego: si iam mihi disputandũ sit de his nostris studiis:nolim equidem apud rusticos:sed multo minus apud uos. Malo enim non intelligi orationem meam:q̃ reprehendi. Tum Cæsar: Equidem inquit Catulle iam mihi uideor nauasse operã:q huc uenerim:nã hæc ipsa recusatio disputationis:disputatio q̃dã fuit:mihi q̃dẽ piucũda. Sed cur ĩpedim⁹ Antoniũ:cuius audio eẽ ptis:

Effingere:cõponere. Construere:ædificare. Effecerint:cum ex parte nidificauerint. Leuandi:remittẽdi. Passim:uarie. Solutas.i.liberatas ab opere. Forensibus:ut in priuata re amicoꝝ. Vrbano opere:in publica administratione ciuitatis. Gestiunt:exultant:nã gestire est gestu & motu corporis lætitiam ai significare. Virg. Et studio incassum uideas gestire lauandi. In cã Curiana:de qua superius dixit:ubi agebat de hæreditate Curii:cũ Crassus testatoris uoluntatẽ:Scæuola testamenti scriptũ defenderet. Nam si unq̃:facete & urbane:sicut mos erat Crassi. Constat.n.ipsum fuisse urbanissimũ. Nullum testamentũ:hæc aũt dicebat Crassus in Scæuolam quasi per illusionẽ:quia Scęuola ita plene scribendum esse dicebat testamentum:ut ab eo ne punctum quidem discedi oporteret. Non audeo:q.d.uix audeo dicere pp grauitatem tantoꝝ uiroꝝ: sed tñ dicam: quod Scæuola narrare solebat. Nisi quod:q.d.o Scæuola: si nemo condere testamentum scit præter te:necesse erit:ut oẽs ueniamus. Igitur:si semper scribendis testamẽtis occupatus eris qñ negociis publicis operam dabis:& rempu. administrabis: qñ amicoꝝ & tuum priuatum negocium ages. Nihil ages.i.otium habebis:ac si diceret qñ tibi licebit ab oi re gerenda laxare animum. Tũ illud:siquis est:qui aliqñ a labore non desistat hic mihi nullo pacto libertate uti uẽ. Quid .s.hæc uerba suæ orationis attulerit:ut ex his uerbis oñderet suam semper fuisse sniam: ut aium suum a labore nõnunq̃ laxaret. Hoc: in Tusculanum. Quid:hęc dixi:cum aduersus Crassum oronem intenderem. Nam q: nunc aliam rõnem Catulli confutat:q uidelicet dicebat:se non ineptum esse præter personarum dignitatem:ppterea q hi hoies tales erant: q uitam nullã sine literis esse dicebãt. Vos eos:sicut dixistis:literarum estis studiosi:propterea ego minus audeo disputationẽ suscipere inter tales uiros:nã cum uos audiatis:nihil dicere possem sine reprehensione: quod incultum esset siue iucundum. Deterreret.i.dehortaretur. Nam ut:reddit rationẽ & auctoritate utitur Lucilii. dicebat.n.scripta mea:neq; ab ĩdoctissimis: neq; a doctissimis legi uellem:nam indocti non intelligerent:doctissimi uero fortasse plus intelligerent q̃ uellem:ita & ego potius apud rusticos disputationem habere uellem. Hunc autem iocum mutuatus est Plinius in epistola ad Domitianum in præfatione naturalis historiæ. Alteri:indoctissimi:qui doctrina carent. Alteri:doctissimi. Ipse de se.s.intellexisset:q scripserat. Persium:nolis intelligere Persium:cuius Satyræ extant:sed multo ante hic fuit:& hęc uerba sunt Lucilii:q dicebat:Non curo legere Persium. Nihil ad Persiũ:idest nihil Persio comparandus. Hominum:Romanoꝝ. Lælium:hic est Lælius:qui ĩtroducitur a Cicerone de amicitia disputans. Sed nihil:ac si diceret nihil literatus si ad Persium spectes.i.compares. Virg. Si ad uitulam spectes:nihil est q pocula laudes. Sic:pari ratione. Multo minus.s.disputatio apud rusticos. TVM Cæsar:sunt qui uelint hic incipere secundum caput huius tractatus:nec absurde quidem:nam est quasi quædam œconomia.i.pparatio ad Antonii disputationem:& dicit operæ p̃tium esse audire Crassum disputare recusantem:sed inutile esse Antonium impedire paratũ dicere. Nauasse:studio se implesse & absoluisse:ut ait Seruius:qui huius loci utit exẽplo. ergo nauasse.i.perfecte implesse operã. Est aũt uerbũ tractum a celeritate nauiũ. Nam:pro quia:Crassus dum disputare recusat quodammodo disputat. Periucunda:ualde iucundissima. Sed:quamuis placuerit audire Crassum disputare recusantem:non propterea Antonium impedire debemus disputare paratum.

Gestire

Nauare

De eloquentia:

De eloquentia:scilicet quid sentiat. Ego uero:in hoc sermone Crassus affirmat:nec se, nec Antoniũ dispu- taturos esse:nisi prius fidẽ dederint apud se illo die mansuros:qđ illi non sine quadã urbanitate promittunt. Et ipse obmutescam.i.silentium faciam. Quid nam inquit:& antequã diceret qđ uellet Crassus: iterrupit orationem Catullus. Sitis:pro maneatis. Tum cum:cũ suspensus animi nesciret Catullus quid faceret. naꝫ promiserat fratri se apud eum eo die futurum:tum Cæsar frater pro utroq; respõdit. Ille:scilicet Catullus. Dubitaret.i.suspensus & incertus esset quid ageret. Quod.i.quia promiserat se futurũ apud fratrẽ pro utro

ut de tota eloquentia differat: quemq; iandudum Cotta & Sulpitius expectãt. Ego uero inquit Crassus:neq; Antonium uerbum facere patiar: & ipse obmutescam:nisi prius a nobis impetraro. Quid nam ĩquit Catullus? Vt hic sitis hodie. Tum cum ille dubitaret:ꝙ ad fratrem promiserat. Ego ĩquit Iulius pro utroq; respondeo:sic faciemus: atq; ista quidem cõditione uel ut uerbum nullum faceres: me teneres. Hic Catullus arrisit: & simul præcisa inquit mihi quidem est dubitatio:quoniam neque domi imperaram:& hic apud quem eram futurus: sine mea sententia tam facile promisit. Tum omnes oculos in Antonium coniecerunt. Et ille: Audite uero audite inquit:hominem enim audietis de schola:atq; a magistro:& græcis literis eruditum: & eo quidem loquor cõfidentius: ꝙ Catullus auditor accessit:cui non solum nos Latini sermonis: sed etiam Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem:elegantiamq; concedere. Sed tamen quoniam hoc totum:quicquid est:siue artificium:siue studium dicendi:nisi accessit os:nullum potest esse. Docebo uos discipuli:qđ ipse nõ didici:quid de oĩ genere dicendi sentiam. Hic posteaquam arriserunt: Res mihi uidetur esse inquit facultate præclara: arte mediocris. Ars enim eaꝝ rerum est: q̃ sciũtur.

que:scilicet pro fratre & ꝓ me. Sic faciemus: idest erimus hodie apud uos. Me teneres.i. etiam si uerbũ nullum a uobis haberetur: tñ me teneres. Vt:pro quamuis: sic enim apud idoneos inuenitur significare: Vt famulos di cas homines tamen esse memento: idest quãuis. Hic Catullus:Catullus, qui uidit adeo promptũ fratrem fuisse respondere etiam pro eo cui promiserat se apud eũ eo die futurum: risu prosecutus est hanc fratris prõptam promissionem. Præcisa:sublata:ut dubitare nõ possim. Arrisit:ideo arrisit quia taꝫ prompte promisit. Dubitatio:& quia nihil est qđ dubitem:nam fratri promiseram:& ideo famulis meis nõ imperaueram:ut triclinia pararẽt: sed nec apud fratrẽ, cui ꝓmiserã, cœnare possum:nam ipse Crasso promisit. ideo omnino apud te o Crasse me esse oportet. Imperarã: ut sterneret triclinũ: ubi accũberemus. Et hic.s.frater meus:cui ꝓmiserã me affuturum. Vt

Sine mea snia: idest priusquã exploraret qđ ego uellem. Tũ oẽs:postq̃ Crasso uterq; promisit:se apud eũ eo die futuros:omnes in Antoniũ cõuersi sunt:expectantes ut disputationẽ inciperet. In hoc aũt capite cõtinetur: quõ Antonius disputatiõis suæ partes assumit. In quo docet rhetoricæ facultatem ꝑclarã esse: artẽ uero semiplenã. Audite:itelligimus Antoniũ hæc dixisse ꝑ iocũ:quæ de seipso loquitur. Coniecerunt.i.cõuersi sunt. Ille.s. Antonius. Hominẽ:iocat. Eruditũ:oĩa ꝑ ironiã dicta sunt. Vult.n. Antonius credi se huiusmodi græcoꝝ studioꝝ iperitum esse. Ego enim inqt sum:q audieriꝫ homines eruditos. Et eo qdẽ:& hic locus ẽ captandæ beneuolentiæ:nec tamen a ioco discedit:ac si diceret:cum auditor mihi sit adeo eruditus:libenter disputabo. nam ipsi eruditi magistri disputationem & eruditus auditor intelliget. Subtilitatem, elegãtiamq;:scilicet disertæ orationis. Cui non solum:ac si diceret:qui non solum latina lingua cæteris præstet:sed etiam in aliena tantum ualeat:ut in ea princeps esse putetur. Sed tamen:quamuis Catullus sit adeo eruditus:ut non solum latinæ: sed etiam græcæ linguæ primas partes consecutus sit:tamen ego tanquam discipulus docebo & hæc omnia per iocum dicta sunt. Vnde etiam risus consecutus est. Hoc totum:quod dicturus sum artificium. Artificium:artis præceptio. Studium:usus & exercitatio dicendi. Nisi os:idest nisi adhibita sit oratio:& instrumẽtum posuit pro re. Docebo:iterum iocatur. Quod:plane iocum ostendit:ubiq; enim uult credi se imperitum eẽ huiusmodi studiorum. De omni genere:de omni qualitate artis rhetoricæ. Hic:pro tũc:cũ dixisset uos discipuli. Arriserunt:res enim ridicula erat:spondere se dicturum:quod non didicisset. Res:de qua disputaturi sumus. Facultate:quid inter artem & facultatem intersit uideamus. sic enim facile intelligere poterimus:cum alicuius rei artem præcipimus necesse est nos aliquid consequi. Quare id quod ex arte præcipitur facultas est:ut Cicero in arte ueteri ostendit:Materiam, inquit, artis hanc esse dicimus: circa quam omnis ars & ea facultas quæ ex arte conficitur uersatur:ergo facultas est ipsa eloquentia:ars uidelicet est rhetorica. Facultate:eloquentia. Mediocris:quia semiplena ars est huius facultatis:naꝫ non proprie ars est rhetorica:quẽ admodum & sentit & docet Antonius:& ideo mediocris dixit. Præclara:quia cæteraꝝ artium facultates eloquentia uincit. Ars enim:probat a diffinitione. & est Syllogismus ex omni parte perfectus. ars est earum rerum quæ scientia comprehenduntur:at uero rhetorica in rebus incertis uersatur:non igitur ars est ꝙ ita sit propositio:ipsa per se patet:artem esse earũ rerum quæ sciuntur. at qui rhetorica est earum rerum:quæ incertæ sunt:fortasse prima assumptio, quam minorem dialectici appellant, indiget approbatione. ergo Antonius probat esse de rebus opinabilibus & incertus.

Dfia inter facultatẽ & artem

Oratoris autem omnis actio opinionibus non sciētia continetur. Nam & apud eos dicimus qui nesciunt: & ea dicimus quæ nescimus ipsi. Itaq; & illi alias aliud iisdem de rebus & sentiunt: & iudicant: & nos contrarias sæpe causas dicimus non modo ut Crassus contra me dicat aliquando: aut ego cōtra Crassum: cum alterutri necesse sit falsum dicere: sed etiam ut uterq; nostrum eadem de re alius aliud defendat: cum plus uno uerū esse non possit. Vt igitur in eiusmodi re quæ mendacio nixa sit: q̄ ad scientiam non sæpe perueniat: quæ opiniones hominum: & sæpe errores aucupetur. Ita dicam: si causam putatis eē: cur audiatis. Nos uero & ualde quidem Catullus inquit putamus: atq; eo magis q̄ nulla mihi ostētatione uideris esse usurus. Exorsus es enim nō gloriose magis (ut tu putas) a ueritate: q̄ a nescio q̄ dignitate. Vt igit̄ de ipso genere sum confessus inquit Antonius: artem esse non maximam: sic illud affirmo: præcepta posse quædam dari peracuta ad pertractandos hoīum animos: & ad excipiendas eorum uoluntates: huius rei scientiā

Officium Omnis actio.i. officiū.nā officiū est congruus actus uniuscuiusq; personæ secundū mores ciuitatis: sed si officiū est ars: ergo oē officiū actione cōtinet̄. officiū aūt oratoris est apposite dicere ad persuasionē: p̄suasio aūt fit ex uulgi opinione: ergo nō est de rebus certis officiū: siue ars oratoris: q̄ nō sit scientia: sed opinionibus sæpe auditoribus p̄suadet orator nō ueris: sed uerisimilibus. nō certis: sed ꝓbabilibus. Quare hoc intēdit: uidelicet rhetoricā magis opinionibus: q̄ scīa cōtineri. Nā & apud eos: possumus enim p̄suadere q̄ falsa sunt adeo. rhetoricā est de rebus incertis: ut plerunq; eos qui audiunt decipiat: at rhetorica si eēt ars, eēt de rebus certis. nam si esset de rebus ueris, auditoribus nisi uera p̄suadere nō posset. Quæ nescimus ipsi: quod orator sæpe dicat quæ ipse nesciat: manifestū est. quippe cum dicat: q̄ ipse a cliētibus acceperit. nā si clientes pro quibus dicit falsa docuerint: necesse est ut dicat q̄d nescit. Alias: alio tēpore. Apud eos: scilicet iudices: apud populū: apud concionē: apud senatuz. Iisdē de rebus: q̄a modo hoc, modo illud iudicabunt: quare nesciunt auditores quę dicit orator: q̄a mō una, mō alia rōne suadet, aut dissuadet. Iudicant: quantū ad populū & iudices. Sētiunt: q̄tū ad senatū: ubi snīa dicit̄. Et nos: nunc necessario ꝓbat Antonius eā eē de reb⁹ incertis: cū duo inter se oratores contendunt: & alter affirmat: & alter negat: oportet alterū falsum dicere: ergo ars nō est de rebus certis. Nos. s. oratores. Nō modo ut Crassus: ut alter neget: alter confirmet. sed etiā ut eadē de re alius aliud dicat: & ali⁹ aliud sentiat. & hoc in coniecturali constitutione fit: cū alter istat esse factū, alter uero negat. Sed ēt: sed ēt cuz accidit: ut uterq; de eadē re alius aliud dicat: uidelicet cū factū cōcedit̄. Hoc aūt ī iudiciali: aut ī legitima cā fit. Eadē de re: q̄a factū conceditur: ut occidisti matrem: occidi, sed iure. Alius aliud: alius iure: alius iniuria factū dicit: ita ēt in legitima: nā alius scriptū: alius scripti uolūtatē defendit. Cum alterutri falsuz: necesse eēt unā snīam eē uerā: alterā uero falsam. Alterutri: nūc de duobus: nā necesse ē: aut ex duabus unā p̄tē uerā eē: uidelicet cū factum istat alter negat. aut ex pluribus: necesse est unā tātūmō snīam eē uerā: cū uidelicet scriptū: aut legē multis & uariis sententiis interp̄tentur. ergo alterutrū dixit de duobus: unum de pluribus. Vt igitur: postq̄ ꝓbauit artē non esse rhetoricā: nō cōtēdit. Postquā ōndimus inq̄t q̄dnā sit facultas rhetoricæ non plenā: sed semiplenā esse: ita de ipsa loq̄mur: ut de re q̄ in opinione potius: q̄ in ueritate cōsistat. Nixa: firmata mendacio. Quę ad sciam. i. cum in ueritatē aliq̄n nō ueniat: neq; auditor neq; orator: sed uterq; non nunq̄ mentiat̄: is dicendo: ille uero audiendo. Venire: est in aliquā rē spōte se cōferre. Incedere casu. Nunc ergo dicit nō sæpe uenit, sed incidit orator dicēdo: auditor credendo: q̄a nōnunq̄ orator dicēdo in ueritatē incidit: auditor audiendo: ergo q̄a non cōstat rōne. ars aūt rōne conficit̄: igit̄ ars nō est rhetorica. Opiniones: cum aut uerisimile: aut ꝓbabile aliq̄d dicatur.

Venire

Incedere

Errores: subiunxit errores: q̄a ꝓbabile aut uerisimile semper dicit orator: nec solū hoc in re falsa: sed etiā in uera semper seruat̄: nihil. n. impedit orator q̄d hoies opinent̄: dūmodo se eis accōmodet. Aucupet̄: callide inuestiget: q̄a satis habet orator: mō illis, q̄d uelit, p̄suadeat. Ita dicam si cām: q. d. fortasse: q̄a profiteor me dictură de rebus incertis: mea oro uobis nō est audiēda. Nos uero: nūc ītroducit rn̄dentē Catullū ꝓ se & cæteris: q ad audiendū parati erāt: dicēs se magnopere putare hac de re audiēdum esse: quā Antonius proposuerat: uidelicet non esse artem plenam, sed semiplenam. Nulla ostentatione. i. q̄ pure ac simpliciter locutus es: nec ut ingenium tuum ostentes: sed ut rei ueritatem explices. Exorsus enim non gloriose: sensus est: Dedisti principium non arrogans: sed ueritati propinquius: quam dignitati non ostentatione usus es in exordiendo: sed nuda ac simplici ueritate. nam alii in exordiis magna quadam magis q̄ uera polliceri solent. Non gloriose: sicut solent hi: qui magis præclara quadam q̄ uera pollicentur. Dignitate: quod uulgo facere solet: ut in exordiis suis dignitatem quandam proponant: ut attentos auditores habeant. Vt igitur: ergo quandoquidez uobis uidetur causam esse cur de hac re audiatis: quam ego non magnopere artem esse dico. Incipiamus nunc sententiam nostram aperire. De ipso genere: idest facultate rei: & uniuersa re: scilicet rhetorica. Non esse: idest non esse magnopere artem dicendi id quod sequitur. s. Non maximā: q. d. semiplenā. Peracuta: callida.

Excipere Pertractādos: p̄quirēdos: & inuestigādos. Excipiēdas. i. captādas: & obseruādas uolūtates hoium. nā excipere est dolo circumuenire: orator autem nihil aliud agit: nisi ut uoluntas hominum excipiat. Ad pertractandos aīos hominum: nam facilius est persuadere auditoribus: quod sentiunt; q̄ quod non sentiunt.

Siquis

Siquis: si hanc artem maximam esse quis dixerit: ergo etiam cum illis sentiam: sed tamen genus: & facultatem nunq̃ artẽ esse maximam cõcesserim. Et enim illud confirmat: concedã inqt hanc artẽ esse diligenter cognoscere animos hominum: ut ad opiniones eorum accomodetur oratio: nam ex oratoribus prodeunt ad dicendum: alii cõsuetudine: alii exercitatione: ergo hoc ipsum: quod per exercitationẽ: siue consuetudinẽ q̃dam efficit siquis in quãdã artẽ redegerit: nõ erit absurdũ illam dicere artẽ. Temere: icõsulte. Teren. Vide neqd temere agas. i. incõsulte. Ratione: pceptione. Propter exercitationẽ: aut consuetudinem. Idem dic: & est iteratio

Si quis uolet magnam quandam artem esse dicere nõ repugnabo. Etenim cum pleriq; temere ac nulla ratione causas in foro dicant: nonnulli autem propter exercitationem: aut propter consuetudinem aliquam callidius id faciant: non est dubium: qui si quis animaduerterit: quid sit: quare alii melius q̃ alii dicant id possit notare. Ergo id qui toto in genere fecerit: is si non plane artem: at quasi artem quandam inuenerit. Atq; utinam ut mihi illa uidere uideor in foro atq; in causis: ita nunc quemadmodum ea reperirentur: possem uobis exponere. Sed de me uidero. nunc hoc propono quod mihi persuasi: quamuis ars non sit: tamen nihil eẽ perfecto oratore praeclarius. nã ut usum dicendi omittam: qui in omni pacata ac libera ciuitate dominatur: tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi: ut nihil hominum aut auribus: aut mentibus iucundius percipi possit. Quis enim cantus moderatae orationis pronunciatione dulcior inuẽiri potest? Quod carmen artificiosa uerborum constructione aptius? Qui actor in imitanda q̃ orator in suscipiẽda ueritate iucundior? Quid autem subtilius: q̃ crebrae acutaeq; sententiae? Quid autem admirabilius: q̃ res splendore illustrata uerborum? Quid plenius: q̃ omni rerum genere cumulata oratio? Neque enim ulla non propria oratoris est res: q̃ quidem ornate dici: grauiterque debeat. Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicita sententia. Eiusdem etiam languentis populi incitatio: & effrenati moderatio: eadem facultate fraus hominum ad perniciem: & integritas ad salutem uocatur. Quis cohortari ad uirtutem ardentius? quis a uitiis acrius reuocare? quis uituperare improbos asperius? qs laudare bonos ornatius?

ex diffinitione. Exercitatio. n. nihil aliud est q̃ assiduus rei cuiusdã usus. Animaduerterit. i. diligenter considerauerit: & excogitauerit: an exercitatio: an consuetudo. Quod: uidelicet ipsam exercitationẽ: nã exercitatio facit ut homines alii aliis melius dicant. Toto genere: idest uniuersa re & facultate dicẽdi. Atq; utinam: uellẽ inqt Antonius: ut quẽadmodũ in actione: ita ĩ disputatiõe explicare possem: nã cum causas ago: uideo qd sit illud: qd alii aliis melius dicãt. ergo fatet Antonius se ĩ agẽdis causis melius uidere: qd agẽdũ sit: q̃ in disputatiõibus explicare: & repire quẽadmodũ orator facere debeat. In foro atq; in cãis. i. ĩ causis forẽsibus: qa cognosco: & quodãmodo cõtẽplor. Exponere: explicare. Sed de me uideor. s. q̃tum in ea re explicãda ualeã. Nunc hoc ego: redit ad illud. Praeclarius: qa haec facultas aliarũ artiũ dignitatẽ exupat. Nam ut usũ dicẽdi: hic incipit nũc hãc facultatẽ dicẽdi p cõparationẽ caeterarũ facultatũ extollere: cũ ea aliis añponat. Quoties aũt aliquid laudamus id ab hõesto: ab utili: a iucũdo laudamus: duo nũc cõplectitur Antonius. Dicit enim qui sit utilis mihi nunc pterrmittẽdũ ur: sed si q̃rimus uoluptatẽ: & iucũditatẽ: caeteris oibus añponet. Vsum: utilitatẽ: q̃ ia ẽ utilitas eius facultatis: ut q in ea pstãtes sunt hi in oi repu. dñi eẽ possint. Pacata: iõ dixit pacata: qa in ciuitate q̃ seditiõe laborat: nõ uerbis: sed armis disceptat. ergo pacata sine seditiõe. Libera: nã in ciuitate: q̃ alicui seruit parẽdũ est uni: nõ psuadẽdũ. Libera: q̃ nulli⁹ imperio sobiecta sit. Auribus: uoce & cõpositiõe orõnis: & uerborũ. Mẽtibus: magnitudĩe: & uarietate rerũ. Quis. n. a iucunditate siue delectatiõe sumit argumẽtũ. Cãtus: inter sermonem & concionẽ mediocris. Artificiosa cõstructione. i. clausula periodi: q̃ certis quibusdam numeris cõficitur. Qui actor: idest mimus & histrio: qui plerunq; nec res ueras agit: nec uerisimiles. In suscipienda: quia quãuis orator uera non dicat: tñ hoc debet essẽ ppositum: & nunq̃ falsa defendat. Subtilius: perspicatius. Illustrata: cumulataq;: nihil aliud est: q̃ ornate loqui: & copiose dicere. Ornate: duo ista comprehendit: scilicet illostrationem uerborum & cumulationẽ rerum. Huius est: oratoris inquit est: & in curia dicere sententiam ex dignitate senatoria: & in concione populum aut torpescentem excitare: aut saeuientem comprimere: & in foro defendere innocentes: & accusare sontes: tria haec quae diximus: his uerbis Cice. cõplectitur. In dando cõsilio. i. in cõsulẽdo de rep. Cũ dignitate. s. senatoria.

Explicita: exposita. Incitatio: ad ultionẽ improborũ: uidelicet languescẽtem populũ ad improborũ ultionẽ incitare uituperãdo ĩprobos. Effrenati: saeuiẽtis in bonos. Moderatio: cõprehẽsio. Eadẽ. s. facultas eloquẽtiae. Fraus: iniuria. Integritas: ĩnocẽtia. Quis cohortari? hoc loco tria, q̃ supra dixit, gña cãrum: oratoris ppria esse dicit. nã & cohortari ad uirtutes: & reuocare a uitiis deliberatiui generis ẽ: qd in senatu saepe tractat. deinde laudare bonos: & uituperare malos demõstratiuo generi cõuenit: qd ad populũ freqnter agitur.

Mod⁹ laudandi aliquid

quís cupidítatem uehementius frangere accuſan do poteſt? quis mœrorem leuare mitius conſolan do? Hiſtoria uero teſtis temporum: lux ueritatis: uita memoriæ: magiſtra uitæ: nuncia uetuſtatis: qua uoce alia niſi oratoris: immortalitati commen datur? Nam ſi qua eſt ars alia: quæ uerborum: aut faciendorum: aut diligendorum ſcientiam profi teatur: aut ſiquis q̃ dicitur: niſi orator formare ora tioné: eamq; uariare & diſtinguere: quaſi quibuſdã uerborũ ſententiarũq; inſignibus: aut ſi uia ulla niſi ab hac una arte traditur: aut argumentorũ: aut ſen tentiarum: aut deniq; deſcriptionis: aut ordinis: fa teamur aut hoc: quod hæc ars profiteatur alienũ eſſe: aut cum aliqua alia arte eſſe commune. Sed ſi in hac una eſt ea ratio atq; doctrina: non ſiqui alia rum artium bene locuti ſunt: eo minus id eſt huius unius propriũ. Sed ut orator de iis rebus: quæ cæ terarum artium ſũt: ſi modo eas cognouerit (ut he ri Craſſus dicebat) optime poteſt dicere: ſic cæte rarum artium homines ornatius illa ſua dicunt: ſi quid ab hac arte didicerunt. Neq;.n. ſi de rebus ru ſticis agricola quiſpiam: aut etiam id qd multi me dici de morbis: aut ſi de pigẽdo pictor aliqs diſerte

Cupiditatem frangere: iudiciale genus innuitur quo non ualde diſtat conſolando lenire mœrorem: nam qui in iudicio nocentes defendit: ſine dubio conſolatur mœſtos: ſed hoc dixit: ut amplius aliquid oratori attribue ret: q; non ſolum inſontes defenderet: & ſontes accuſaret: ſed etiam miſeros conſolando iuuaret. Illum autem animaduertendum eſt: Antonium ſentire: quod in ſequentibus apparebit: nec hortando populum langueſcẽ tem: nec obiurgando ſæuientem: nec conſolando mœſtum in nullo gñe cauſarum eſſe: qn ẽt Antonius negat demõſtratiuum genus non eſſe. nã Antonius hoc facit: ut ſe huius artis ĩpertũ oñdat. Reuocare: cũ aliqd ſua demus: & honeſtũ eẽ oñdimus: & ab oĩ turpi tudine alienũ. Ergo cũ hoc dicit: ſine dubio deliberatiuũ gen⁹ oñdit. Ardẽti⁹: cupidi⁹. Acri⁹: uehemẽti⁹. ut Acrior ad pugnã redit. Accuſando. ſ. nocẽtes: & defendẽdo iſontes. Quis mœrorẽ: ecce poſtq̃ dixit frãgere cu pidĩtẽ accuſando: addit mœſtos cõſolari: ſed tñ hoc dixit Antonius: ut aliqd ãplius orato ri attribueret: ut mõ dicebã. Mœrorẽ: qa, ut ſupra dixit, defendere inocẽtes: eſt ſine dubio mœſtos cõſolari. Quis leuare. ſ. põt. Hiſto ria uero: hoc loco oñdit oratoris propriũ eẽ hiſtoriã lĩis cõmẽdare: uel ẽ orone ſua popu lo narrare res geſtas antiquorũ: & eſt pulchra diffinitio hiſtoriæ ex eo qd efficit. Hæc.n. oĩa q̃ in hac deſcriptione cõtinent: ſunt qdã hiſtoriæ effectus. Teſtis temporũ: qa digerit ætates. Lux ueritatis: quia res geſtas clariſſi. morũ uirorũ apit. Memoria: qa uetera cõſer uat. Magiſtra uitæ: qa uirtutes & uitia pro ponit. Nũcia uetuſtatis: qa antiq̃ repſentat.

Historiæ ꝓprium

Qua. ſ. uoce. Immortalitati. i. ſempiterna cõmẽdatiõe donat. Nã ſi q̃ ars: nũc ꝓbat qd ꝓpoſuit: ſi alia ĩqt ars hoc efficere poſſet q̃ rhe torica nõ eẽt ꝓpriũ oratoris: ſed qa nõ põt: er go ad oratorẽ tãtũmõ ſpectat. Nã ſi q̃ eſt ars alia: ſi alia ars dicẽdi ꝓceptionẽ dat: q̃ rhetori ca: aut hoc ipm qd rhetorica facit: alius cuiuſ piã artis eſt: ut id ipſi cũ alia arte cõuenit: ſed nulla alia ars tale aliquid docet: aut alicui arti hoc cõuenit: neceſſe ẽ ergo hãc ꝓceptionẽ di cẽdi nullius artis eẽ q̃ rhetoricę: & id ẽ qd hoc loco dicit. Alia. i. alius cuiuſpiã artis. Ver borũ faciendorũ: ꝓp elegãtiã: q̃ nos facit ꝓpriis & planiſſimis uerbis uti. Deligendorum: ex aliis auctoribus: poetis: atq; ſcriptoribus. Formare: ex ſuis ptibus. ſ. exordio: narratione: diuiſione: confirmatione: confutatio ne: & concluſione. Variare & diſtinguere. i. fingere & ornare: nã exornationes uerborum & ſententiarũ uer ſicolorem picturã imitant. Verborũ. ſ. exornationes: q̃ uerborũ & ſententiarũ ſunt. Verborũ: ad id qd di xit uariare. Sniarũ: ad id qd dixit diſtĩguere. Via. i. rõne. Vir. Fata oiã iueniẽt. i. rationẽ. Ab hac arte. ſ. rhe torica. Argumentorũ: ꝓp iuẽtionẽ. Inuentio.n. eſt rerũ uerarũ: ac uериſimiliũ. Deſcriptionis: ſũt qui ita intel ligant locorũ diſpoſitionis: ut tres ptes rhetoricæ facultatis tetigeris. ſ. elocutionẽ: iuentionẽ: & diſpoſitionẽ: q̃ diſponimus & ordinamus res inuẽtas: ut ſuo q̃q; loco apte ꝓnuncietur: ſed ſine dubio totũ hoc hiſtoriæ cõ uenit. Qd ipſe Cice. haud multo poſt declarat cũ dicit rerũ rõ tẽporũ ordinẽ cõſiderat: & regionũ deſcriptionẽ.

Via
Inuentio

Hoc. ſ. qd docet rhetorica. Alienũ: alius cuiuſpiã artis. Eſſe cõe. i. ipſi cũ alia arte cõuenire. Sꝫ ſi: nũc id ef ficit: qd ĩtẽdit ſicut ĩ argumẽto dixim⁹. Hæc ẽt neq; aliena eſt: neq; alicui arti cõis ꝓceptio dicẽdi: ergo in rhe torica facultate uerſat: ſed ſi uerſatur iã cæteri artifices: ſiqd bñ locuti ſunt: qd oratoris eſt ꝓpriũ effecerunt: hoc aũt dicit: ut rñdeat illi obiectiõi: Non ſi mathematicos, grammaticos &c. In hac: ſcilicet facultate rhetorica. Ratio: ideſt ars. Doctrina: ideſt facultas: quæ ex arte proficiſcitur. Huius unius: ſcilicet facultatis. Siqui: ſcilicet artifices periti: docti aliarum artium. Sed ut orator: ſenſus eſt: Quemadmodum inquit orator cæte ras artes ſua: ita ſuas artes cæteri artifices facultate rhetorica exornant. Eas: ſcilicet artes. Cognouit: ſci licet ab his: eas artes profitentur optime. Poteſt dicere: quia hoc idem Craſſus diſputauit. Homines: ſcilicet eruditi. Illa ſua: quæ didicerunt. Siquid ab hac arte: ſcilicet rhetorica facultate. Neq;.n. ſi de rebus ruſticis: ecce qd ab initio dixit: q; etiam ſi alii bene locuti ſunt de artibus ſuis: tamẽ qd eſt proprium oratoris effecerũt. De rebus ruſticis: de agricultura. ut Lucius Columella, Cato, & Varro: qui omnes de agricultura elegantiſſi me ſcripſerũt. Id qd. ſ. fecerunt. Diſerte: acute, explicite, & dilucide. De morbis: ut Cornellius Celſus. Si de pingendo pictor: ut Apelles: qui teſte Pli. in naturali hiſtoria tradit: olympiade centeſima. xii. picturæ plura ſolus ꝓpe q̃ cæteri omnes contulit: uoluminibus eſſe editi: q̃ doctrinam eam continerent

Dixerit

Dixerit.s.nõ solũ uiua uoce:sed lrĩs etiã mãdauerit. Ingeniis.i.quia homines multa suopte ĩgenio pcipiũt. Sensus est:Homines p acritate ingenii id cõmodi ex rhetorica facultate capiũt:ut artes q̃s nũq̃ didicerit: eas tñ scire quodãmõ uideanť. In q̃.s.eloquẽtia. Eo.i.ideo. Vis.i.uirtus:q̃a multa suopte ĩgenio cõsequunť.

Doctrina:illa℞ artiũ. Gene℞:ut philosophiæ. Aut artiũ:q̃ ex ipso gñe manãt:cuius tria sunt gña:ut phy sices,æthices,& logices:ab æthica,politica,œconomica,& monastica.nã illa qdẽ genus est:sed regere ciuitatẽ & gubernare rem familiarem artes sunt. Sed quod cuiq; ppriũ:sensus talis est:Oium artiũ pprietas ex suo fine pficisciť:sed rhetorica facultas hoc amplius:nam cæteræ artes sine eloquẽtia suũ munus explẽt.at rhetorica sine eloquẽtia suũ nomẽ retinere nõ põt. Propriũ.i.oĩum artium pprietatẽ:uidelicet quid sit cuiusq; artis officiũ:nã unaquæq; ars suũ hẽt officiũ.ut uerbi gra:Medici ẽ officiũ curare apposite ad sanãdũ.At oratoris ppriũ est apposite dicere ad psuadẽdũ:& qđ ppriũ est medici fieri põt sine eloquẽtia:sed qđ est oratoris sine eloquentia: scilicet nõ põt ex fine ipsius artis.nã cognito ipsius artis fine:tũc deniq; cognosciť officiũ. sine fine artis cognosci non põt.Ergo recte finis ab ipso officio ducitur,& officiũ a fine: ut medici officiũ est apposite sanare:sed medicinæ finis est curatione sanare.pari rõne oratoris officiũ est dicere apposite ad persuadẽdũ. finis aũt rhetoricæ facultatis est dictiõe psuadere. Quid quæq; doceãt.s.quid finis cuiusque artis. Munus.i.suũ officiũ explẽt. Orator.s.orator sine eloquẽtia suum nomẽ retinere nõ põt:ex quo sequiť ut cæteri artifices ab oratoribus:nõ ergo a cæteris artibus orator dicere discat. Hic.s.orator. Domesticis copiis.i.suis ipsi⁹ dicendi pceptis:q̃ rhetorica facultas subministrat. Tũ Catullus:in hoc sermone Catullus admiratur Antoniũ:q̃nã ille de laude oratoris dixerit:& simul ei assentiť: bñ dicere ppriũ esse oratoris munus. Deinde Crassus iocabundus concludit q̃ Antonius uno noctis curriculo orator mitior factus sit q̃ solebat:dicit ãt Catullus: tãta uis est orõnis tuæ:& ita elegãter eloquẽtiã laudas:ut nemo hanc tuæ orationis cõtinuationem impedire debeat.Ego tamẽ non possum me continere præ nimia lætitia:ut Plau.ille in trinummo. Non enim possum:scilicet me continere.

dixerit:aut scripserit.iccirco illius artis putanda sit eloquentia:in qua:quia uix magna est in hominũ ingeniis:eo multi etiam sine doctrina aliquid omnium generum aut artium consequuntur: sed qđ cuiusq; sit proprium:& si ex eo iudicari potest: cũ uideris:quid quæq; doceant:tamen hoc certius nihil esse potest:q̃ q; omnes artes aliæ sine eloquentia suũ munus præstare possunt:orator sine ea suũ nomen obtinere non potest:ut cæteri si diserti sint: aliquid ab hoc habeãt: hic nisi domesticis se instruxerit copiis aliunde dicendi copiam petere nõ possit. Tum Catullus: Et si inquit Antoni minime impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuæ:patiere tamen mihiq; ignosces. Non enim possum quin exclamem: ut ait ille in Trinummo: ita uim oratoris mihi cum exprimere subtiliter uisus es:tum laudare copiosissime:quod quidem eloquentem uel optime facere oportet:ut eloquẽtiam laudet.debet enim ad eam laudandam ipsam illam adhibere: quam laudat. Sed perge porro:tibi enim assentior uestrum esse hoc totũ diserte dicere: idq; siqs in alia re faciat:eũ assumpto aliunde uti bono non proprio:nec suo. At Crassus: Nox te inqr nobis Antoni expoliuit:hominẽq; reddidit: nam hesterno sermõe uniuscuiusq; operis: ut ait Cecilius: remigẽ aliquẽ:aut baiulũ nobis oratorẽ descripseras inopem quendã humanitatis:atq; inurbanum.

Cursus:continuatio. Interpellatiõe:interruptiõe. Ignosces:scilicet si te interpellauero. Ille:scilicet Plautus. Patiere:quia lætitia me continere non possum:quin exclamẽ:simul admiratus: quænam de ui ac laude oratoria ad te dicta sunt præstantissime. Cum.i.partim. Vim.i.uehementiam & uirtutem. Subtiliter.i. discrete. Copiosissime.i.& subtilitate & copia usus es in laudando oratorem. Quod:uidelicet laudare eloquentiam. Vel:pro etiam. Optime:nõ mediocriter,sed optime:nam si eloquentis est laudare quem uoluerit:quãto magis est laudare ipsam eloquentiam.& continuo reddit rationem:cũ eã assecutus sis:ut alios optimos laudare possis. Debet.n.ad eam laudandam:ecce rõ:debet enim ad eam laudem illam ipsam adhibere quã laudat:ut cum eloquentia laudet eloquẽtiam:laudare non debet nec põt. Sed pge:in prima parte dialogi admirať Antonius:q̃ præclare dixit de ui oratoris:nũc uero se ei sentire dicit:bñ dicere eẽ proprium oratoris. Perge:prosequere:& perseuera:ut Virgil.O Dea si prima repetẽs ab origine pergã. Porro:deinde. Vestrũ.s.oratoris. Diserte:acute,& dilucide. Idq;:ut bene loquatur. In alia arte faciat:ut siquis in aliq̃ arte bene locutus fuerit:non suũ eẽt:sed aliunde sumptum.s.a facultate rhetorica. Alia arte:in grammatica: dialectica:arithmetica:astrologia. Aliũde.s.a facultate rhetorica. Nec ppo:nec suo.i.nec sibi nec arti suæ accomodato. At Crassus:hic iocabundus rñdet Antonio. Nox.i.spacium noctis. Expoliuit:erudiuit. Hominem: idest humanũ:quia antea te horridum reddebas. Hesterno sermone.i.hesterna disputatione. Vniuscuiusq; opis.i.laboris:quia descripseras uobis oratorem tanq̃ remigem & uectorem:qui opam dat p pecunia:& q onera uehenda mercede suscipit.ergo,ut inquit,oparii & remiges onera uehenda mercede suscipiunt:ita etiã oratorem dicebas. Baiulũ.i.uectorem:qui humeris onera portat. Humanitatis.i.disciplinæ:quia uolebant tantummodo oratoris officium in usu quotidiano esse. Inurbanum.i.agrestem,& insulsum.

Tum M. Antonius: Heri enim ĩquit hoc mihi proposueram: ut si te refellissem hos abs te discipulos abducerem: nunc Catullo audiente & Cæsare: uideor debere non tam pugnare tecum: q̃ quid ipse sentiam dicere. Sequitur igitur: quoniã nobis est hic de quo loquimur: in foro aut in oculis ciuium cõstituendus: ut uideamus quid ei negocii demus: cuiq; eum muneri uelimus esse præpositum. Nam Crassus heri cum uos Catulle & Cæsar non adessetis: posuit breuiter in artis distributione idem qđ Græci pleriq; posuerunt: neq; sane quid ipse sentiret: sed quid ab his diceretur ostendit. Duo prima genera quæstionum esse: in quibus eloquentia uersaretur: unum infinitum: alterum certum. Infinitũ mihi uidetur id dicere: in quo aliquid generatim q̃reretur hoc modo: expetenda ne esset eloquentia: expetendi ne honores. Certum autem in quo quid in personis: & in constituta re: & diffinita quæreretur: cuiusmodi sunt? quæ in foro atq; in ciuium causis: disceptatiõibusq; uersantur. Ea mihi uident᷑ aut in lite ordinãda: aut in cõsilio dando eẽ posita. Nã illud tertiũ qđ & a Crasso tactũ est: & ut audio: ille ipse Aristoteles: q hæc maxĩe illustrauit: adiũxit: ẽt si opus est tñ minus ẽ necessariũ. Quidnã inq̃t Catullus? an laudatiões? id.n. uideo poni gen⁹ tertiũ.

Tum M. Antonius: o Crasse non intellexisti cur ea usus fuerim oratione aduersus te: ego enim id agebam: ut orõnem tuam refellerem: & hos discipulos a te alienarem. Hos abs te discipulos. s. Cottam & Sulpitiũ. & p iocum discipulos Crassi appellat. Abducerem: alienarem. ut Virgi. Iã pridem a me illos abducere Thestilis orat. Nunc: sed nunc q̃a accesserunt ad hanc disputationẽ audiendã. & Catullus & Cæsar: qui & ipsi eruditissimi sunt. non agendum mihi existimo: ut tibi cõtradicam: sed ut meam de hac facultate sñiam explicem. Catullo & Cæsare. s. doctissimis uiris. Seq̃tur igit᷑: q̃ñquidẽ pbauimus hãc non artẽ pprie dici: sed semiplenum quoddã artificiũ: deinde ostẽdimus hãc facultatẽ cæteris artibus eẽ anteponẽdã: seq̃tur ut de oratoris officio loq̃mur: & est tertiũ caput huius tractatus: qđ uidelicet in iuridiciali: & deliberatiuo gñe cãæ uersatur: & quare nulla sint ĩ demõstratiuo gñe pcepta necessario dãda. In foro: apud iudices. In oculis ciuium. s. ĩ senatu & cõcione. Quid negocii. i. q̃ materia sit illius. Muneri. i. q̃ officiũ eius sit. s. apposite dicere ad persuadendũ. Heri: hesterna disputatione: cuius ptes fuerũt Crassi. Distributiõe: diuisiõe artis. Quid ipse sentiret. i. q̃ sua sñia eẽt nunquid laudaret: an uituparet. Ab his. s. rhetoribus. Neq; sane: & nihil me fefellit Crassus: q̃ aliter sentiret & aliter diceret: cum diuisit materiã ĩ duplicẽ. s. thesi & hypothesi. Duo prĩa gñа. i. unũ infinitũ: & unũ certũ: & mira q̃dã copia Cice. est. Nã idẽ sæpe aliis atq; aliis uerbis dicit. Infinitũ: uidelicet q̃ in duplici q̃õne materia uersat᷑. s. thesi & hypothesi. nã thesis est q̃õ sine circũstãtiis: quam dialectica tractat. hypothesis est q̃õ cũ circunstãtiis quã rhetorica cõsiderat. Infinitũ: thesim infinitũ appellat in qua nullæ circũstantiæ sunt locorum: rerũ & personarum: ut qs: idest persona. quid. i. quę res. ubi locus in quo loco res gesta sit: quibus auxiliis: cum considerantur auxilia: quomodo: qua occasione: q̃ quoties nõ uenerit in q̃õnẽ: uel oĩa uel aliqua earum infinitum est. Generatim: q̃a q̃õnum aliæ sunt indiuiduæ: alię speciales. inter generaliter & gñatim hoc interest: quia generaliter est cum dicimus uniuersaliter: generatim cum per singulorũ genus de aliqua re loq̃mur. ut uerbi gratia: Nunquid oratori expetenda esset eloquentia: iam esset q̃õ specialis non indiuidua: siquis diceret: Expetenda ne sit Scipioni: tunc erit finita. Expetendi: hic nec personæ nec rei circunstantiæ sunt: nam honorum alii sunt cõsulatus: alii censuræ. sed si dixisset expetendi ne Scipioni sunt honores consulatus? dixisset & rem & personam. Certum: q̃õnem hypothesim. In quo q̃d in personis: hic ostendit cãm: uidelicet hypothesim duplicem esse spãlem & indiuiduã: quẽadmodum dicebãt: ut si q̃reret᷑ utrum uiro forti petẽdus sit honos? causa cõstituta est: sed non diffinita. constituta est causa quia honos & uir fortis habent in se personam & rem inclusam sed incertam. Quod si dicam an consulatus est petendus Scipioni: tunc eam diffiniero: & supra dicta specialis: hæc uero indiuidua dicitur. In personis: scilicet Scipioni. In re: consulatus. In foro: quantum ad iudiciale genus causarum: idest in forensibus causis, quæ aguntur a ciuibus. Disceptationibusq;: hoc pertinet ad deliberatiuum genus causarum: quia in senatu sñiæ dicuntur diuersæ inter eos: qui de aliqua re dissentiunt. Ea: q̃ ptinẽt ad cãs & deliberatiuũ genus. Ordinanda: instituenda controuersia. Instantis. i. accusantis. Deprecantis. i. defendentis. In cõsilio: qđ est pprium deliberatiui generis. cõsulere enim est in cõsuetudine suadẽtis, & dissuadẽtis. Nã illud tertiũ: nunc q̃si rõnem reddit Antonius: cur duo tantũmõ genera cãrum posuerit: q̃bus oĩs materia: siue q̃õ format᷑. hãc q̃õnem. s. infinitã & certam, ut supius uidistis, tria genera informãt. s. demõstratiuũ: deliberatiuũ & iudiciale. Sed q̃a Antonius duas species tantũmõ pposuerant: nunc reddit rõnem cur tertiam nõ adiunxit. s. demonstratiuũ. Illud tertiũ: uidelicet demonstratiuum: sicut postea ipse declarabit ĩterrogãte Catullo. Vt audio: semper in eo psistit: ut ostẽdat Antonius nõ legisse philosophos: iõ dixit ut audio. Extat liber rhetoricæ Aristotelis: nã cum Athenis Aristoteles philosopharetur. Isocrates autem rhetoricã doceret: & maior discipulorũ numerus ad Isocratem cõcurreret: inuidia motus cœpit de eloquentia & arte rhetorica scribere. Hæc: pcepta: rhetoricæ artis. Illustrauit. s. scribendo. Minus necessariũ: q̃ iudiciale & deliberatiuum. Quidnam. s. est illud tertiũ qđ dicis. Laudationes. s. demonstratiuum genus in quo laudationes tractantur.

Abducere

Differẽtia inter generatĩ & gñaliter quæ

Ita inq̃t

Ita inquit Antonius:rñdet Antonius illud esse & nunc dicit q̄re minus necessarium esse uideat͂ illud genus: & illa duo sufficiant ad orõnem informãdam:nec tñ negauerim longe gn laudatio sit tractanda. In eo gñe:sci licet laudis. Com in funere matrẽ nostrã o Catulle laudasti:& cũ ego & cæteri oẽs qui affuerũt te laudantẽ au diuerimus magnop̄e delectati sumos. Affuerunt.s.exequiis. Hũc honorẽ:laudationum in funere:q a prima fuit Popilia q̄ laudationẽ in funere habuit. Sed nõ oia:tõ hæc est q̄ me adducit ut tertiũ genus addere nolĩ q uidelicet nõ oia,q̄ ab oratore tractãtur sunt reuocãda ad artẽ rhetoricã:multa eni per se orator cõseq põt si ne rhetoricæ artis p̄ceptione. Sine arte & p̄ce ptis.i.sine p̄ceptis artis.endiadis est. His fon tibus:q a si quo mõ elocutio fiat didicerimus multa sũt q̄ iisdẽ fontib⁹ elocutionis sine aliis p̄ceptis exornare poterimus. Elocutiõis enim tres ptes sũt:elegãtia,cõpositio,dignitas. Ex qbus.s.cõpositiõe,elegãtia,& dignitate. Lice bit etiã:ut ex his fontibus exornemus & lau dationes ut ppterea nõ debeamus hoc q̄si qd dam genus a cæteris separe. Elemẽta:princi pia. Quis ẽ q nesciat? breuiter oia pcurrit: q̄ sunt quasi q̄dã semina & principia laudãdi.

Ita inquit Antonius: & in eo quidem genere scio & me & omnes qui affuerunt delectatos esse uehe menter:cum abs te est Popilia mater uestra lauda ta: cui primum mulieri hunc honorem in nostra ciuitate tributum puto. sed non omnia quæcunq; loquimur mihi uidentur ad artem: & ad præcepta esse reuocanda. Ex his enim fontibus:unde omnia ornate dicendi præcepta sumuntur: licebit etiam laudationem ornare: neq; illa elementa desidera re:quæ ut nemo tradat:q̄s est qui nesciat:quæ sint in homine laudanda? positis enim iis rebus: quas Crassus in illius orationis suæ: quam contra col legam censor habuit:principio dixit:quæ natura aut fortuna darentur hominibus in his rebus se ui ci posse animo æquo pati: quæ ipsi sibi homines parare possent:in iis rebus se pati uinci non posse. Qui laudabit quempiam:intelliget exponenda si bi esse fortunæ bona:ea sunt generis:pecuniæ:pro pinquorũ:amicorũ:opũ: ualetudinis: formæ:ui riũ:ingenii:cæterarũq; rerũ:quæ sunt aut corporis aut extraneæ:si habuerit:bene his usum:si non ha buerit sapiẽter caruisse:si amiserit moderate tulis se. Deide qd sapiẽter is:quẽ laudet: qd liberaliter:

Elocutiõis tres ptes

Quæ natura,aut fortuna:uerba Crassi:qui bus usus est in orone cõtra collegã Cn.Domi tium:cũ quo cẽsor fuerat:nã orta inter eos al tercatiõe obiecit Domitius Crasso:q hyme tias colũnas in portico domus habuerit:quez cũ cõtinuo Crassus q̄ti ipe domõ suã æstima ret iterrogaret:atq; ut rñdit sexagies sexter tio q̄to eã minorẽ foenore æstimas si decẽ ar busculas ide succiderecipe tricies sextertio in quit Domitius. Tũc Crassus:uter igitur luxu riosior est:ego neq qd decẽ colũnas centũ mili bus nũmũ emi:an tu q̄ decẽ arbuscolaꝝ um bra tricies sextertium summa cõpensas. Quæ uero hoc in exordio posuit Crassus:ac si dice ret de his rebus:q̄ natura uel fortuna parant͂: pati æquo aio possũ me superari a Domitio :i.in rebus naturalibus & fortuitis:i rebus au tẽ ai nõ patiar. Natura darent͂:ut bona cor poris cõmoda uidelicet & incommoda: ut ro bur:uelocitas:ualetudo:dignitas: hisq; cõtra ria. Fortunæ:q̄ externa bona appellantur:ut educatio:diuitiæ:ptãtes:ciuitates:pecuniæ:& cætera eiusmodi, hæc enim sunt fortunæ potius q̄ uirtutis:nec si q̄spiam ea minus consecutus fuerit uituperandus est. Neq; eni industria aut uirtute sed fortuna comparant͂. In his uero.s.in bonis aiq cõsilio & rõne cõstant:ut prudentia: iustitia:fortitudine: & temperantia: & cætera hmõi. In his rebus.s.naturæ & fortunæ: in quibus se uinci pa ti posse dicebat Crassus. In iis rebus.s.ai:in quibus dicebat se uĩci pati nõ posse facile ueniant͂ semina. Qui laudabit:nã duo gña sũt bonoꝝ:ex qbus laudes ducunt͂:sic totidẽ:q bus ecõtra aio uitupatiões sumunt͂. Vnũ bonoꝝ:qd ad animũ ptinet:alteꝝ ad corpus:ut uires:uelocitas:dignitas:& quæ sunt contraria his: ut imbecilli tas:deformitas:tarditas:q̄ ppterea appellant͂ corporis:eo q nobiscũ sunt. Bona aũt externa dñr:q̄ nec ad ani mum,nec ad corpus ptinet:quæ in fortunæ ptãte posita sunt. Generis:quibus maioribus natus sit. Pecũiæ: pauper an diues. Propinquorum:utꝝ ppinquis abundet:an careat:q̄tũ ad nobilitatem uel ignobilitatem. Amicorum:qbus amicis utatur bonis an malis:qetis an seditiosis. Opũ:utrũ opibus polleat an cõtra. Va letudinis:utꝝ bonæ ualetudinis an ecõtra. Formæ:ad dignitatem ptinet corporis:formosus an informis. Viriũ:robustũ:an isirmũ. Ingenii:acuti,an obtusi. Corpis:ut antea cõmemorauimus uires &c. Extraneæ: ut genus ppinqui:amici:pecuniæ:& eiusmodi. Si habuerit:si laudare uoluerimus aliquẽ:q hæc bona habue rit dicemus his sapienter usus fuisse. Si nõ habuerit:dicemus æquo aio caruisse si amiserit fortiter tulisse.sed si qñ habuerit:& postea amiserit:moderate tulisse:nã media sunt nec bona nec mala sed p rõne utẽtis: ut diui tiæ nõ sunt malæ:sed rõne utẽtis.nã si qs diuitias habuerit:& his bñ & liberaliter usus fuerit:bene distribuen do laudabit͂:sin aũt pfuse uituperabit͂. Moderate:cũ moderatiõe. Deinde quid sapienter:postq̄ de bonis ex ternis & corporis dixit:nunc de bonis ai loquit͂:deinde ẽt bona ai laudabimus in eo quẽ laudandũ susceperi mus. Bona animi,sicut scitis,a quatuor fontibus manant:a prudentia:fortitudine:iustitia:& temperantia. & a partibus earum,quarum nonnulla Cicero in persona Antonii declarat. Sapienter:quantum ad prudentiam: quæ est uirtutis pars:quia omnis uirtus in quatuor genera diuiditur. Liberaliter:pertinet ad continentiam. Nam sicut auaritia contraria est temperantiæ & cõtinentiæ:ita etiam liberalitas:quemadmodum temperan tia obsistit auaritiæ:eodem modo de liberalitate intelligimus.

quid fortiter:quid iuste:quid magnifice:quid pie: quid grate:quid humaniter:quid deniq; cum aliqua uirtute:aut fecerit aut tulerit. Hæc & quę sunt eius generis facile uidebit:qui uolet laudare quempiam:& uituperare contraria. Cur igitur dubitas inquit Catullus facere hoc tertium genus:quoniã inest in ratione rerum? non enim si est facilius:eo de numero quoq; est excerpendum. Quia nolo inquit omnia:quæ cadunt aliquando in oratorem: quãuis exigua sint:ea sic tractare:quasi nihil possit dici sine præceptis suis:nam & testimonium sæpe dicendum est:ac nonnunquam etiam accuratius:ut mihi necesse fuit in Sex. Titiũ seditiosum ciuem & turbulentum:explicaui in eo testimonio dicendo omnia consilia consulatus mei: quibus illo tribuno plebis pro republica restitissem: quæque ab eo contra rempublicam facta arbitrarer: exposui:diu retentus sum:multa audiui:multa respondi.num igitur placet cum de eloquentia præcipias:aliquid etiam de testimoniis dicendis quasi in arte tradere? Nihil sane inquit Catullus necesse est. Quid si (quod sępe summis uiris accidit) mãdata sint exponẽda:aut i senatu ab ĩpatore:aut ad imperatorẽ:aut ad regẽ:aut ad populũ aliquẽ a senatu? num quia hoc genere orationis in hmõi causis

Fortiter:manifestum est ad fortitudinem pertinere. Iuste:ad iustitiam. Magnifice:ad fortitudinẽ. Pie: ad iustitiam pertinet. Nam pietas & gratia in naturali iure continentur. Naturale ius diuiditur in pietatem:religionem:gratiam:& uindicationem:& reliqua. Humaniter:ad iustitiam pertinet. Fecerit:aliarum uirtutũ est. Tolerit:magis fortitudinis est. Fortitudo enim in suas partes diuiditur:in fiduciam:patientiam:perseuerantiam &c. Hæc & quæ sunt:nunc quasi cõcludit quandoquidem hæc ipsa per se ultro se offerunt laudare uolenti non sunt in aliquo genere ponenda ne omnia quæcũq; orator dixerit sub rhetoricæ præceptis cohercere uelimus. Laudare:laudanda. Et uituperare:uituperãda. Cur igitur Catullus:quãdoquidem inquit Catullus tu quoq; Antoni fateris hæc q̃ ad laudẽ pertinent accidere posse oratori:ut tractanda sint tametsi dicis esse minora illis duobus:cur nõ ẽt hoc in ipsis generibus ponẽdũ esse censes. Respõdet Antonius multa esse in oratore q̃ nõ tamẽ pceptis ullis cõtinent. Ita ẽt in demõstratiuo genere dicã quãdo accidere põt:ut aliqs uitupandus sit uel laudandus. Quoniã inest in ratione.i.quia in numero:& ordine rerum dicẽdarũ ab oratore continetur. Hoc tertiũ.s. demonstratiuũ. Nõ eni:hæc rõ redditur a Catullo:cur non sit tollendum: si nullã aliã rõnẽ habes:q; hoc cæteris non annumeres:qđ facile est non mihi rõ satis ualida uĩ. Eo.i.ideo. Si est facilius.s.reliqs generibus. Excerpẽdum:tollendum. De numero.s.generum.

Quia nolo inqt:rñdet Antonius: Rõ hæc ẽ cur nolim hoc qđ ptinet ad uituperationẽ:& laudationem:cæteris generibus annumerare: qa oĩa q̃ possunt accidere oratori:ut peragenda sint non debent, quasi propriis pceptis indigeant, in facultate rhetoricæ artis iferri: qa ab aliis generibus uenire possunt.& ad angustũ nimis oĩa redigerent:si nihil cuiq; nisi pręceptis propriis dicere liceret. Quæ cadunt: idest incidunt dicenda oratori: quẽadmodũ inqt oĩa q̃ dicunt pene infinita sunt. si unicuique sua pcepta ẽent tradenda: sequeret ut ẽt pcepta essent infinita. Suis pceptis.i.cuiusq; rei ppriis:hoc esset nimis cohercere oratorẽ: ut nihil diceret:nisi ppositis cuiusq; rei præceptis. Nam & testimonium:multa cõmemorat:quæ Catullus his annumerauerat. Mihi necesse fuit in Sextum Titium:ecce probat exemplo:nõ omnia præceptis propriis esse instruenda.nam sæpe contingere põt:ut oratori sit dicẽdũ testimoniũ: pro uerbis eius necesse est:ut pcepta tradantur testimonii. Ergo pari ratione nec demonstratiuũ genus pceptis suis uĩ mihi indigere. Accuratius:diligentius:& exquisitius. Vt mihi etiam.i.quãuis demõstratiuum genus sit reliquis generibus facilius:tamen non est excerpendum, ad illud respicit:qa si hoc fatemur:infinita essent præcepta:quæ in rerum numero posita sunt. In Sextum Titum seditiosum ciuem:ob legem agrariam in tribunatu suo latã: ob quam rem populo gratiosus erat:sed tamen imago Saturnini in domo eius inuenta: ita uniuersam cõcionem ĩp eum exacerbauit:ut suffragiis omnium opprimeretur. Seditiosum:seditiones mouentem:quia illecebris legis agrariæ uniuersum populum aduersus senatum incitabat. Turbulentum:idest populi animum miscentem:hoc est turbas cientem. Quibus.s.consiliis. Pro repub.i.pro utilitate reipub. Contra rempubli. quia non pro utilitate communi:sed pro priuatis opibus id faceret. Diu retentus sum.s.a senatu:aut in disputatione. Multa audiui:ab interrogantibus uel contradicentibus. Multa respõdi:sicut fieri solet:cum testes examinantur. Respondi:ecce quamobrem exẽplum sui ipsius posuuit:cur dixerit accurate: quia accidere potest ut oratori dicẽdum sit testimonium:ergo præceptum testimonii tradere oportet. Præcipias: præcepta des de eloquentia. In arte:quasi testimonia in arte contineantur. Quid:scilicet dicis o Catulle de mandatis legatorũ quoties ipsi a senatu populoq; Romano aut ad imperatorẽ:aut ad regem:aut ad populum aliquem mittuntur:aut econtrario:nunquid etiam de mandatis præcepta traduntur:ut de his quæ dicturi sunt præcepta accipiant:non sane. Si quid sæpe summis uiris:quia legationibus præficiuntur uiri auctoritate dignissimi. Imperatore:idest duce exercitus. Ad regem:contra quem bellum gerat:ut ad Mitridatem, Antiochum,& Prusiam. Ad populum:ut Atheniensem,& Carthaginensem:qui & ipsi aliquando rerum potiti sunt. Hoc genere:scilicet exponendorum mandatorum.

Accuratiore: diligentiore: & exquisitiore. Etiam pars hæc causarum: scilicet mandatorũ: ut dicamus, uerbi gratia, mandatiuum genus causarum. Propriis: ut propria præcepta tradantur. Minime uero: respondet Catullus: quia poterit orator in eiusmodi causis: siue testimonium: siue mandata exponenda fuerint, facultatem habere. nam orator ex cæteris generibus causarum præcepta habebit parata: ut mandata instituere possit. In eiusmodi rebus: idest in testimoniis & legationibus. Instituenda: munienda. Ex cæteris rebus: idest ex cæteris generibus causarum. Cæteris: quæ ab aliis generibus accipiuntur. Ergo item inquit: nunc concludit a simili Antonius: postquam probauit multa esse: quæ non indigent propriis præceptis: ergo inquit de laude & uituperatione dicemus: non esse causam cur hoc genus in cæteris annumeres. Quæ agẽda: uidelicet laudationis: & uituperationis esse. Oratoris esse: quæ ad oratorem pertinet. In diuisione: idest in speciebus rhetoricæ. nam partes pro speciebus posuit: ut cum dicimus pars sequitur suum genus. ita etiam species sequitur suum genus: ut animal genus est, species est homo. quicquid est animalis: est & speciei: nam species & pars nullam ferme differentiam habent. Partium: specierũ eædem dicuntur genera causarum: quia omnis causa sub uno genere causarum cadat necesse est. species & genera dicuntur: quia sicut dialectici docent: aliud est species specialissima: & species subalterna. Rursus aliud est genus generalissimum: aliud genus subalternum. nam species specialissima genus esse non potest. Item genus generalissimum non potest esse species: ut ens. ens autem sub nullo ponitur quod omnia contineat: & a nullo contineatur. animal: si respicias hominem: bouem & leonem: genus est: idẽ partes appellari possunt supradicta ratione: sed non est genus generalissimum: ut si dicaꝫ: Animal est substãtia animata: hic animal species substantiæ. Deinde sunt genera: sed non generalissima: nam si causas cõsideraueris recte dicentur genera: quibus causæ subiiciuntur: quia omnis causa siue indiuidua siue specialis sit: sub uno horum genere cadat: necesse est. eædem species erunt rhetoricæ: quia facultas est genus. Partium. i. specierum: quia in diuisione non est ponenda species: in qua laus contineatur. Non minus diserte: acute: & ornate. Quam quæ in lite: idest in iudiciali genere causarum, siue in deliberatiuo. Obiurgatio: cohortatio: consolatio: obiurgare improbos: laudare bonos: cohortari ad uirtutem: deterrere a uitiis: uel dolorem consolando lenire: altioris cuiusdam sententiæ est q̃ rhetoricæ: quod ad philosophiã moralem. i. ad æthicam pertinet. Obiurgatio: a uitiis deterrendo. Cohortatio: ad uirtutem incitando. Consolatio: dolorem leuando. Præcepta. s. rhetoricæ facultatis. Præcepta proprie intellige: quia non sua propria: ad eas res accommodari debent præcepta: sed quæ ex aliis generibus causarum sumuntur. Rhetorica autem tota est in generibus suis: ergo species rhetoricæ artis est. Ex artificio. i. a rhetorica. Plane inquit Catullus: hactenus docuit Antonius: nec testimonia: nec legationem: nec cohortationem: nec obiurgationem: nec consolationem propria habere præcepta: quibus tractari debeant. Nunc quidem hoc de historia confirmat: non esse in tractanda historia propria rhetoricæ artis præcepta. Age uero inquit: de historia inquit dicamus. Qualis: scilicet optimi. Et quanti: ac si diceret maximi: & cum admiratione potius q̃ interrogatione legendum est. Si ut Græci: Catullus respõdet Antonio dicens: O Antoni summi hominis est scribere historiam. Si ut græci. s. si quæris quemadmodũ Græci scripserunt: Latini uero nõ ita. Summi: scilicet hominis esse scribere historiam. Si ut nostri: sed si quæris quemadmodum nostri: scilicet Romani ueteres historiæ scriptores res gestas memoriæ tradiderunt: idest primi: qui prisco illo & horrido dicendi modo descripsere annales. Satis est non esse mendacem: idest uera scribere: quia proprium est historici nec falsa scribere: nec uera conticere. Satis est ergo: siue ueteres illos scriptores respiciamus: qui nõdum elimatiori stilo usi sunt: sed prisco illo & horrido modo. At qui ne nostros contemnas: quia dixisti o Catulle: si Græcos respiciamus summi hominis est: si nostros non esse opus oratoris. Tibi dico non esse contemnendos nostros: quin Græcos quoq; in eo numero habeas: nam quemadmodũ prisci scriptores Latini rudes fuerunt: itidẽ etiam in Græcis scriptoribus reperies. Sic: uidelicet nil artificiose, nil elaborate. Vt noster Cato: princeps Portiæ familiæ: qui de originibus Romanis libros scripsit: in quibus magna pars historiarum continebatur. Vt Pictor, ut Piso: hi omnes uetustissimi fuerunt historiæ scriptores: quorum testimonio frequenter utitur Liuius.

accuratiore est utendum. idcirco etiam pars hæc causarum numeranda uidetur: aut propriis instruenda præceptis? Minime uero inquit Catullus: nõ enim deerit homini diserto in eiusmodi rebus facultas ex cæteris rebus & causis comparata. Ergo item inquit illa q̃ sæpe diserte agenda sunt: & quæ ego pauloante (cum eloquentiam laudarem) dixi oratoris esse: neq; habent suum locum ullum in diuisione partitum: neq; certũ præceptorum genus & agenda sunt non minus diserte: q̃ quæ in lite dicuntur: obiurgatio: cohortatio: consolatio: quorũ nihil est: quod non summa dicendi ornamenta desideret: sed ex artificio res istæ præcepta non quærunt. Plane inquit Catullus assentior. Age uero inquit Antonius: qualis oratoris: & quanti hominis in dicendo putas esse historiã scribere? Si ut Græci scripserunt: summi inquit Catullus: si ut nostri nihil opus est oratore. satis est non esse mendacem. Atqui ne nostros contemnas inquit Antonius: Græci ipsi sic initio scriptitarunt: ut noster Cato: ut Pictor: ut Piso. Erat enim historia nil aliud:

Species & pars

nisi annalium confectio: cuius rei memoriæq; publicæ retinendæ causa: ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium pontificem maximum: res omnes singulorum annorum mandabat literis pontifex maximus: efferebatq; in album: & proponebat tabulam domi: potestas ut esset populo cognoscendi: ii qui etiam nunc annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt: qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum: hominum: locorum: gestarumq; rerum reliquerunt. Itaq; qualis apud Græcos Pherecydes: Hellanicus: Accusilas fuit: aliiq; permulti: talis noster Cato: & Pictor: & Piso: qui neq; tenent: quibus rebus ornetur oratio (Modo. n. huc ista sunt importata) & dum intelligatur quid dicant: unam dicendi laudem putant esse breuitatem. Paulum se erexit & addidit historiæ maiorem sonum uocis uir optimus Crassi familiaris Antipater. cæterum non exornatores rerum: sed tantummodo narratores fuerunt. Est inquit Catullus ut dicis: sed iste ipse Cælius: neque distinxit historiam uarietate locorum: neque uerborum collocatione:

Annalium confectio. i. nihil aliud erat: q̃ explicatio rerum singulis annis gestarum: ubi nullę rationes continebantur: nec orõnes arte habitæ: has græci ἐφημερίδας uocant: nam ἔτος græce: latine tps: uel annus est. Inde ἐνιαύσιοι. i. annales. Gellius lib. v. noct. Att. historiã ab annalibus ita, quorundam testimonio, differre scit: quod cum utriusq; sit rerum gestarum narratio: earum tñ proprie rerum sit historia: quibus gerendis interfuit is qui narret. Annales uero esse: cum res gestæ pluriũ annorũ obseruatio cuiusq; anni ordine: deinceps cõponuntur. Sed clarius ea differentia cõcipitur ex libro Sempronii Asellionis primo ostendentis: quid inter annales & res gestas intersit. Verũ inter eos inquit: qui annales relinquere uoluissent: & eos qui res gestas a Romanis perscribere conati essent oĩum rerum hoc interfuit: Annales libri tantummodo quod factum quoquo anno gestũue sit demonstrabant. Nobis non satis esse uideo quod factum esset id pronunciare: sed & quo consilio: quaq; ratione gesta essent: & infra Asellius: Naʒ neq; alacriores ad remp. defendendam: neq; segniores ad rem perperam faciundam annales libri cõmonere qc q̃ possunt. Cuius rei: uis cognoscere ita esse q in scribenda historia nihil aliud requirebatur, cõprehendere possumus: quia hoc officium scribendi maximi pontificis fuit: postea uero diligentius scriptum est. Cuius rei. s. annalium. Memoriæ retinendæ causa. i. reruʒ publicarum. Ab initio. i. ab urbe condita: ex quo res Romanæ Græce cœptæ sunt. Ad. sunt: ad C. Mutium. Nam a C. Mutio cœperunt esse diligentiores in scribendis historiis.

Differentia inter annales & historiam

Res omnes singulorum annorum: declarat quid sint annales. Efferebat: pro proferebat: ut Virgilius: Cestus pater extulit equos. In album: album proprie dicitur tabula: ubi populi Romani scribebantur actiones. Proponebat: idest in publicum proferebat: ut omnibus qui eam legere uellent, pateret. Domi: scilicet pontificis. Cognoscẽdi. s. res gestas literis demandatas. Hanc similitudinem scribendi: declarat quid dixerit maximi: quia nihilo expolitiores fuerunt uetustissimi Græcorum scriptores. Naʒ & ipsi tantummodo memoriæ mandabant historias: nec maiori arte scribebant. Hanc: scilicet pontificum.

Ornamentis: idest exornationibus uerborum & sententiarum. Monuméta: historias: ut Virgilius: Tum genitor uolens ueterum monumenta: idest historias. Hominum: idest a quibus res gestæ fuissent: ut a Scipione contra Hannibalem. Temporum: quando gesta sunt: idest quibus consulibus tunc existentibus. Locorum: ubi res gestæ sint: an in Italia: an in Africa: ut Scipio in Africa bellum gessit. Rerum gestarum: scilicet quid gestum sit. Itaq; redit ad propositum: ut ostendat nihilo laudabiliores Græcos fuisse scriptores, q̃ Romanos. Pherecydes: Syrius fuit: Basis filius: Pittaciq; auditor: ac Pythagoræ præceptor. primus omnium de natura: & diis apud Græcos tradidit. & primus (ut Cicero in quæstionibus Tusculanis scribit) animos hominum sempiternos asseruit. Idem teste Plinio, libro. xii. natura. historiæ: prosam orationem primus condidit tempore Cyri regis: floruit regnante Tullo Hostilio. Hellanicus & Accusilas: hi apud Græcos prisci historiarum scriptores fuerunt: sicut apud nos Cato, Piso, & Fabius pictor. Qui neque: nedum ipsi potuerunt ex arte loqui: sed nec artem quidem tenuerunt: idest nesciebant quibus rebus ornetur oratio. Modo enim huc ista sint importata: dummodo inquit ad hanc ætatem nostram memoria rerum gestarum referatur: nihil præterea requirunt: & nihil aliud laudandum putant præter breuitatẽ. Importata: q̃si quodammõ uidetur modum illum horridiorem immitari: dummodo ad hanc ętatem: facta ista ueterum referantur: ut cognosci possint satis habent. Importata: relata. Huc: ad hanc ætatem. Paululum se erexit: idest post C. Scæuolam historiam scribere cœpit Cælius Antipater: qui paulũ altius scribendæ historiæ stilum euexit. Paululum: idest ad altiorem stilum se euexit: & continuo declarat dicens. Maiorem sonum: idest grandiorem dicendo characterem. Cæterum: ante Cælium Antipatrem non fuerunt exornatores: quia satis habebant: dummodo rem gestam narrarent. Est inquit Catullus: respondet Antonio Catullus dicens: Assentior tibi, sed tamen nec iste, de quo loqueris omnia consecutus est in scribenda historia quæ requiruntur.

Quis primus scripsit prosam orationem

Distinxit: uariauit. Varietate locorum: quia regiones describendæ sunt et qui historiam componit: ut chorographiæ non sit ignarus. Varietate: descriptione regionum. Verborum collocatione: idest in compositione: quam compositionem uerba apte locata conficiunt: idest illam dignitatem orationis: quam compositionem appellant.

Tractu

Tractu.i.tenore quodam dicendi.translatione sumpta a filante.nam ut mulier filu3 trahit ita & scriptor tenore quodam deducit ea quæ scribendo prosequitur:ut Cice.in Lælio: Alium quoddam filum orationis tuę expectamus. Leni:& æquabili.i.tenui:& uniformi ac simplici. Perpoliuit:translatio sumpta est a fabro:qui opus suum primo fabricatur:deinde pollitius reddit. Doctus ad scientiam. Neq3 aptus.i.eloquens. Dolauit:translatio itē a fabris:cum ipsi ēt materiarum asperitates explanant,dolare dīr.eo uerbo usi sunt antiq scriptores ut Varro: Nunquid librum non dolem:pro dolabo:q.ꝗa post dolationem sequitur expolitio. Su- Dolare

& tractu orationis leni:& æquabili perpoliuit illud opus:sed ut homo neq3 doctus:neque maxime aptus ad dicendum:sicut potuit dolauit: uicit tamen(ut dicis)superiores. Minime mirum inquit Antonius:si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est.nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominū:nisi ut in causis atq3 in foro eluceat. Apud Græcos autem eloquentissimi homines remoti a causis forensibus cum ad cęteras res illustres:tum ad scribendam historiā maxime se applicauerunt. namq3 & Herodotum illum: qui princeps genus hoc ornauit in causis:nihil omnino uersatum esse accepimus. Atqui tanta est eloquentia:ut me quidem(q̄tum ego græce scripta intelligere possum) magnopere delectet: & post illū Thucydides omnis dicendi artificio:mea sententia:facile uincit: qui ita est creber rerum frequentia:ut uerborum prope numerum sententiarum numero consequitur. ita porro uerbis est aptus & p̄ssus:ut nescias utrū res oratione an uerba sententiis illustrentur. Atq3 ne hunc quidem: quāquā est in repu. uersatus: ex numero accepimus eorum qui causas dictitarunt:& hos libros tum scripsisse dicitur cum a republica remotus: atque id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est: in exilium pulsus esset. Hunc cōsecutus est Syracusius Phyllistus:

periores.s.historiæ scriptores: ut Catone3,Pictoré,& Pisoné. Minime mirum inquit:respõdet Anto.Minime est mirandū:si nondū ipsibus suis Romani scriptores oēs numeros sūt consecuti:ppea q̄ Romanoꝝ nemo eloquentiā discebat: nisi ut ī foro causas agere posset. At uero græci studiosissimi fuerunt:uidem & otiosi. Minime mirum:qa res ipsa non ualde a nr̄is tractata fuit. Ista res.s.scribendi historias. Nr̄a.s.Romana. Nemo.n.studet eloquentiæ:nisi quatenus causas in foro tractare possit.In causis atq3 foro.i.in causis forensibus. Eluceat.i.clarior euadat in forensibus causis tractandis. Apud græcos aūt:s3 apud Græcos nō ita:multi.n.uiri præstātissimi:q eloquētia cæteros anteibant: se ab administratione reipu.separarūt: & se totos ad scribēdū historias applicuerūt. Res illustres .i.politias scribere:ut de re militari: de oi administratione ciuitatis:& de cæteris memoratu dignis ac disciplina uiuendi. Nāq3 & Herodotū:q ita sit Græcos a rebus ciuilibus oīno remotos historiā scribendā suscepisse:probari pōt.nā Herodotus maximus in historia scribenda nunq̄ causas in foro tractauit.ē aūt,testimonio Quintiliani,dulcis,cādidus,& fusus. Scripsitq3 historia3:ut Pli.refert.xii.naturalis histo. Anno urbis Rom.ē tricētesimo.x. Princeps.i.primus:ut Virgili.Princeps ardentē cōiecit lāpada Turnus.i.primus. Accepimus:intelleximus. Tanta eloquentia.s. Herodoti. Quantum ego:hoc dixit respiciens ad illud qd̓ ubiq3 uult uideri Anto.non ualde literis græcis eruditus esse. Post illū.s.tpe & nō dignitate.nā Quintilianus hūc Herodoto anponēdū censet.fuit.n.(eodē teste) densus & breuis:ac semper sibi instans:cōparaturq3 Sallustio:quemadmodum Herodoto Liuius:ex quo sequitur Sallustium Liuio esse meliorem. Dicendi artificio:uidelicet præceptione dicendi:s̄m præcepta rhetoricę artis. Dicendi artifitio:pp narrandi cōmoditatem. Ita creber:pp concionum subtilitatem:quia nemo unq̄ artificiosius scripsit contentiones,q̄ Thucydides. Frequentia.i.ut quot uerba:tot sn̄as ipsius oratio contineat. Consequatur:adæquet. Pressus uerbis:non potuisset melius exprimere:ita aptus & pressus.i.ita elegans & subtilis.Ci.de Officiis:Pulchritudo corporis apta compositione membrorum.i.eleganti.Idem in Hortensio:Quis aūt ie:aut in diffiniendis explicādisq3 sententiis pressior.i.subtilior. Atqui: quamuis tantum dicendo ualuerit:tū nec ipse quidem causas egisse legitur. In repu.fortasse minus miru3 est de Herodoto:qui nunquam reip.administrationem gesserit:nec causas egerit. At uero de Thucydide mirum est:qui rempu gessit,sicut ipse scripsit,quia præfectus classis missus est aduersus Thracas. Et hos libros:nam cum historiam Peloponnesiaci belli scripsit Thucydides exulabat Lacedæmone. A republi.remotus: idest cum esset in exilium pulsus. Id qd̓ optimo:& dicere audent optime olim gessisse remp.Athenis:uñ oes ferme optimi in exilium pulsi sunt. Id qd̓ optimo cuiq3:pp exostracismon.i.decem annorum relegationem:legimus.n.apud Plutarchum oēs ferme:quoꝝ opes libertati obfuturæ uidebantur a populo Athemensi exostraciātos.i.ad ips in exilium missos:sicut Alcibiades:sicut Themistocles, Aristides:qui pp innocentiam iustus cognominatus est. Nā Ostracismus dicebatur ab obstraco:qd̓ latine dici pōt testa.nam in ostracis.i.testis,noīa eorum qui relegandi a populo uidebantur inscribi consuetum erat:& erat suffragii genus. Vñ legitur in Ostracismo Aristidæ:cu3 iuxta eum quidā rusticus illiteratus sederet:ipsi Aristidi testā dedisse:ut nomen suū inscriberet. Admiratus Aristidem interrogauit:nunqd istū cognosceret: minime inquit:sed qa cæteri ita sentiunt:ego quoq3 ita censeo esse condēnandum. Phyllistus:qui & ipse egregiam scripsit historiam:& proximus a Thucydide fuit.

Princeps

Ostracismus

Ostracus

Dionyſii familiariſſimus: a quo otium conſecutus erat. ita ut omnem tempus in ſcribēda hiſtoria conſumere potuerit. Poſtea uero: poſt hūc Phyliſtum Syracuſanum ſecuti ſunt Theopompus & Ephorus Iſocratis diſcipuli. Officina. i. ex ſchola. Theopompus: is tragicus fuit & orator: ut teſtatur Gellius lib. noct. Atti. x. Cauſas omnino nūquam: ideſt nunquam ad cauſas agendas ſe contulerunt. Princeps Xenophon: nam Xenophon primus philoſophorum omnium ſcripſit hiſtoriam. Hic primo quidem apologiam. i. excuſationem Socratis præceptoris ſui damnati ſcripſit: deinde de arte equitandi: de arte uenandi: de Lacedæmonum politia: de repu. Athenienſium: & de educatione Cyri: cui omnem diſciplinā optimi imperatoris attribuit: qui liber ſcriptus eſt non ad ueritatem: ſed ad exemplum. Ille: emphaſim facit: ac ſi diceret magnus ille Calliſthenes: qui Ariſtotelis diſcipulus fuit: & illi neceſſitudine ex materna ſtirpe coniunctus: cum ad Alexādrū ab Ariſtotele miſſus fuiſſet: quaſi Hermolai coniurationis auctor ab Alexandro interfectus eſt: de hoc plura Iuſtinus. li. xv. Scripſit & geſta Alexādri & bellū troicū. Et hic. ſ. Calliſthenes. Rhetorico pene more. i. ſm̄ pcepta rhetoricæ artis. Leuiore ſono. i. uſus ē humiliori ſtilo dicēdi: nam ſtilus: ſiue charecter Xenophontis magis phicus eſt q̄ hiſtoricus. Illum impetum: quem Calliſthenes hābere uſ. Minimus natu. i. iunior. Timæus: qui Thebanū belluz ſcripſit: qd' Cicero indicat ī epiſtola: quā ad L. Lucciū ſcripſit. Quātum iudicare poſſum. i. q̄tum quidem iudicio meo conſequi poſſum. Et rerū copia & ſniarū. i. qui non ſolū multarū: ſed ēt uariarū rerū ſniaz teneret. Nō impolitus. i. perpolitus ornatu orationis. Liptote eſt. Nullū uſum: qa nunq̄ in foro cauſas tractauit. Hæc cū ille: ſterponit alioꝝ ſermonem delectationis cā: ne unius perpetua: & longa nimis oro faſtidium pariat. Quidē inquit: qd' audiuimus ab Antonio diſputantē. Vbi ſunt qui Antonium: ac ſi diceret: Magnopere fallunt: & cum admiratione quadā locutus eſt: q uidelicet tāta copia Antonius de hiſtoriis Græcis diſputaſſet: cū tn̄ feciſſet ad id tp̄s hanc oībus opinionem: ſe literarū græcarū expertem eſſe. Quam ſciēter: ut qui uim atq; uirtutem eorū ītelligeret. Quot hiſtoricos: hic facile oſtēdit: ſe nō ignarum eſſe: ſed eruditiſſimum: cū tot nominauerit hiſtoricos grecos. Propriē: qui proprietatem eorū explicauerit. Id mehercule inquit: Cæſar Catullo oſtēdit, dicens: Se quidem admirari: q tam diligēter: tam probe de hiſtoriis ſcribēdis Antonius diſputauerit: & aliam ſibi demptā admirationē multo maiorem: q cum antea hæc Antonius ignorare uideretur: tantam inde dicendi facultatem haberet. Id mehercule: ſenſus eſt: Id ergo inquit admirans: q diſputatione ſua ſe literarum græcarum eruditiſſimum eſſe oſtēdit. Iam deſino admirari: ac ſi dicat: cum ego id admirer: quid de ſcriptoribus græcis tanta ſcientia diſputauit: illa mihi: quæ multo maior erat: ſublata nunc eſt admiratio: quonam modo literarum græcarum ignarus hæc dicendo conſequi poſſet. Hæc: ſcilicet quæ a græcis didicit. At qui Catulle: reſpondet Anto. dicens: O Catulle: pro uerbis tuis ego uideor magna adiumenta ex lectione librorum græcorum cœpiſſe ad ornatum orationis: ſed non eſt ita: neq; enim hos libros græcos legere ſoleo: ut locupletiorem orationem reddam, ſed oblectationis cauſa. Vtilitatem: ſicuti tu putas. Aucupans: ideſt latenter uendicans. Vtilitatem: ut ex lectione librorum græcorum ornatior mea reddatur oratio. Cum eſt otium. i. cum mihi datur tp̄s uacuum a rebus gerendis. Quid ergo: quidem diceret aliquis o Antoni: q tantum in dicendo ualeas: & orationem tuam uariis diſtinctam coloribus pronuncies. Fatebor. ſ. fieri: & ſimilitudine oſtendit: quid ornet orationem ſuam. Quemadmodum inquit eſt cum in Sole ambulo, non ut colorer: ſed ut calefaciam: & colorer tamen. Ita hos libros græcos legō: non ut ornetur oro & ornatur tn̄: qd' natura potius: q̄ uoluptate mea efficitur.

qui cum Dyoniſii tyrāni familiariſſimus eſſet: otium ſuum conſumpſit in hiſtoria ſcribenda: maximeq; Thucydidem eſt: ſicut mihi uidetur: imitatus. Poſtea uero q̄ſi ex clariſſima rhetoris officina duo præſtantes ingenio: Theopompus & Ephorus ab Iſocrate magiſtro impulſi: ſe ad hiſtoriam contulerunt: cauſas omnino nunq̄ attigerunt. Deniq; etiā a philoſophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille: poſt ab Ariſtotele Calliſthenes comes Alexandri ſcripſit hiſtoriam. Et hic quidē rhetorico pene more: ille autem ſuperior leuiore quodam ſono eſt uſus: & qui illum impetum oratoris non habeat: uehemens fortaſſe minus: ſed aliquanto tamen eſt: ut mihi quidem uidetur dulcior. Minimus natu omnium horū Timæus: quantum autem iudicare poſſum: longe eruditiſſimus: & rerū copia & ſententiarū uarietate abundantiſſimus: & ipſa compoſitione uerborum non impolitus: magnam eloquentiam ad ſcribendum attulit: ſed nullum uſum forenſem. Hæc cum ille dixiſſet: Quid eſt inquit Catulle Cæſar: ubi ſunt qui Antonium græce negant ſcire? Quot hiſtoricos nominauit? q̄ ſcienter: q̄ proprie de uno quoq; dixit? Id mehercule: inquit Catullus: admirans illud iam mirari deſino: quod multo magis ante mirabar: hunc cū hæc neſciret: in dicendo poſſe tantum. Atqui Catulle inquit Antonius: Non ego utilitatem aliquā ad dicendum aucupans: horum libros & nonnullos alios: ſed delectationis cauſa cum eſt otium legere ſoleo. Quid ergo eſt: fatebor aliquid tn̄: cum in Solem ambulem. ēt ſi ego ob aliam cām ambulem: fieri natura tn̄ ut colorer: ſic cum iſtos libros

Ad Miſſenum

Ad Missenum.i.lego in agris non in urbe:quia usq; adeo rebus gerendis occupatus sum. Missenus mõs Cāpaniæ sic appellatus a Misseno comite Aeneæ ibi sepulto.ut Virgi. Qui nunc Missenus ab illo Dicitur. Cantu:suauitate dicendi. Sed ne latius:sed nollem uos existimare me uim dicendi intelligere:quæ in his libris in est tantummodo intelligo superficiem:nec aliud præterea requiro:nisi ut intelligam id quod ipsi qui scripserunt intelligi uoluerunt. Sed ne hoc latius patere uideatur: fortasse creditis me hos libros intelligere accuratius, ac subtilius:quo artificio scripti sunt.sed erratis:quia tantum eorum superficiem intelligo:quemadmodum uoluerunt:qui scripserunt:ut historiæ intelligerẽtur. In philosophos usos:sed si forte libros græcos: qui de philosophia scripti sunt in manibus accepero: quod plerunq; facio deceptus titulo librorum:qui cum facilis sit ita etiam reliqua esse credo: sed cum ad legendum uenio:nec uerbum ullum quidem intelligo. In philosophos uestros: o Cæsar & Catulle:quos constat fuisse eruditissimos līis græcis. Indicibus.i.præscriptionibus & titulis. Indices:præscriptiones:& tituli librorum qui indicant de quo disputandum sit. Nullum:quia philosophia prorsus mihi incognita est. Angustiis & concisis disputationibus .i.subtilibus & breuibus disputationibus:& ppterea obscuris. Illigati: intricati. Poetas omnino:de poetis nihil quod admirationem faciamus.nam mihi non uidentur græca lingua:sed alia quodãmodo locutos fuisse: hoc ideo dicit:quia poetæ græci omnibus linguis utuntur:prout stilo suo commodius esse uidetur:hiada:attica:dorica:æolica:& communi. Siquis quæreret:quænam est lingua poetica? Lingua poetica est omnibus linguis uti, prout commodum erit. Cum his:scilicet historicis:& oratoribus:qui intelligi uoluerũt.

Missenus mons

ad Missenum (nam Romæ uix licet) studiosius legerim: sentio illorum cantu orationem meam quasi colorari: sed ne latius hoc uobis patere uideatur hæc dumtaxat in Grçcis intelligo: quæ ipsi:q scripserunt: uoluerunt a uulgo intelligi. In philosophos uestros siquando incidi: deceptus indicibus librorum: q sunt fere inscripti de rebus notis & illustribus: de uirtute: de iustitia: de honestate: de uoluptate: uerbum prorsus nullum intelligo: ita sunt angustiis & concisis disputationibus illigati. Poetas oĩno quasi alia quadã lingua locutos nõ conor attingere. cum his me (ut dixi) oblecto: qui res gestas: aut qui orationes scripserunt suas: aut qui ita loquuntur: ut uideantur uoluisse nobis: qui non sumus eruditissimi esse familiares. Sed illuc redeo: uidetis ne quantũ munus sit oratoris historia? Haud scio an flumine orationis: & uarietate maximum: neq; tñ eam reperio usquam separatim instructam rhetorum præceptis: sita sunt.n. ante oculos. Nam quis nescit primam esse historię legem: nequid falsi dicere audeat. deinde nequid ueri tacere audeat: nequa suspitio gratiæ sit in scribendo: nequa simultatis: hæc. s. fundamenta nota sunt omnibus. Ipsa autem exædificatio posita est in rebus & uerbis.

Index

Qui res gestas:sicut multos nominauit. Aut orationes:sicut Isocrates. Nobis:scilicet mediocribus. Sed illuc redeo:nunc redit ad historias dicens:Incertũ esse historia plus ne adiumẽti oratoribus afferat: an uarietate an q copiose scripta sit. Munus: quantum utilitatis ex historia cõsequatur orator. An flumine.i.copia:& abundantia. Et uarietate:quia historia non solum multis:sed ẽt uariis instructa sit necesse est. Sensus est: Historicos uideo nulla a rhetoribus præcepta sumere scribendi:cum tñ ipsa præcepta oĩbus cognita sint:sed sicut uidemus inquit:Nulla scribendæ historiæ præcepta adhibẽda.& redit ad illud:Non oĩa quæ ornate dicenda sunt:ad rhetoricæ artis præcepta referenda esse. Neq; eã reperio separatim:q aliquod genus:qđ sit proprium:adhibeatur scribendæ historiæ. Instructam:munitam. Separatim:proprie ab aliis pceptis. Sita ante oculos:obiectioni respondet.i.præcepta ita manifesta:ut ab oĩbus perspici possint:& ostendit ea quæ sunt ppria scribendæ historiæ:nulla esse rhetoricæ artis. Nam quis:hæc non percipiuntur in arte rhetorica:quia rhetores percipiunt:ut non uera dicamus:sed uerisimilia:& sm uulgi opinionem loquamur.

Nequid falsi.i.ut nihil a ueritate discedat. Nequid ueri tacere:quia põt aliquis non dicere falsum: sed nec tacere ueritatem.necesse enim est:ut quemadmodum falsa non dicit, ita uera non taceat. Nequa suspitio gratiæ.i.qđ Cicero L.Luceio scribit:uidelicet grãm illam:qua te non magis potuisse affici demonstras:q̃ Herculem Xenophontium illum a uoluptate:sed me tibi uehemẽtius cõmendabit:ne aspernare:amoriq; nr̃o plusculum ẽt q̃ concedet ueritas largiare.dicit enim historicũ seruare oportere:ne cuiusq̃ grã:aut odio a ueritate discedat. Neq; simultatis:nec ita scribat:ut suspicentur legentes ad gratiam potius:q̃ ad ueritatem locutũ fuisse. Simultatis:q simultate aliqua motus non dixerit ueritatem. Oĩbus:qui historiam scribunt. Ipsa aũt: ac si diceret:hæc sunt quædam quasi præcepta:quæ in historia scribenda sunt seruanda:& tamẽ non uidemus in rhetorica arte contineri. Exædificatio.i.cõpositio:& tractatio historiæ:& quasi fabricatio. & est reciproca translatio componere,& ædificare.nam proprium est orationis componere:ædificare ædium: & tñ componi ædes:& orationes ædificari reciprocæ translationes sunt:quæ ita inter se habent:ut inuicem alia p alia ponatur.ut exædificatur oratio.i.componitur.& econuerso:componitur ædes.i.ædificatur:ut Virg. Quam tu iam possis urbem componere terra.i.ædificare. In rebus.s.gestis. Verbis:quibus gesta scribuntur:quia nõ solum præstantium uirorum facta:uerumetiam uerba memoriæ tradunt:ut Thucydides:qui ostendit difficillimum esse:non solum digerere ordinibus:& temporibus:sed etiam uerbis quæ dicta sunt.

Simultas

Rerum ratio ordinem temporum desiderat:regionum descriptionem.uult etiam quoniam in rebus magnis memoriaq; dignis consilia primum:deinde acta:postea euentus expectantur:& de consiliis significari:quid scriptor probet:& in rebus gestis declarari non solum quid actum aut dictum sit sed etiam quõo:& cum de euentu dicatur:ut causæ explicentur omnes uel casus:uel sapientiæ:uel temeritatis:hominumq; ipsorum non solum res gestæ:sed etiam qui fama ac nomine excellant:de cuiusq; natura atq; uita. Verborum autem ratio:& genus orationis fusum atq; tractum & cum lenitate quadam æquabiliter profluens sine hac iudiciali asperitate:& sine sententiarum forensibus aculeis prosequendum est. Harum tot:tantarumq; rerum uidetis ne nulla esse præcepta:quæ in artibus rhetorum reperiantur? In eodẽ silentio multa alia oratorum officia tacuerunt:cohortationes:consolationes:præcepta:admonita:quæ tractãda sunt omnia disertissime:sed locum suum in illis artibus:quæ traditæ sunt habent nullum. Atq; in hoc genere illa quoque est infinita silua:quod oratori plerique (ut etiam Crassus ostendit) duo genera ad dicendum dederunt. Vnum de certa:diffinitaque

Rerum rõ:& quia dixit in uerbis & in rebus. Primo oñdit:q̃nam rerũ scribendarũ ordo sit seruandus in historia:duo præcipue:ordo temporũ:& descriptio regionũ.i.ut intelligi possit:& ubi quæq; res gestæ fuerint:& q̃n uidelicet quibus cõsulibus.ubi an in Hispania:an in Italia:an in Macedonia. Vult ẽt:ecce quõo manifeste docet hoc loco Antonius:quæ in historia scribenda requirebant̃:& tñ non contineri in p̃ceptis rhetoricæ artis:neq; oĩa,quæ ornate dicenda sunt,ad rhetoricæ facultatis præcepta transferri debere. Magnis memoriaq;:optimũ sequitur ordinẽ:sicut hoc idem Salusti.oñdit:Nam priusq̃ inquit facias opus est cõsulto. Vbi cõsulueris:mature opus est facto.historia est in q̃ res magnæ memoratuq; dignæ cõtinent̃:& unum sequit̃ ex altero:nã quia magnæ sunt:ideo memoriæ dignæ. Cõsilia:quia anteq̃ facias primũ opus est cõsulto. Acta:q̃a ubi cõsulueris mature opus est facto. Euentus:nã primo agit̃:deinde actionẽ sequit̃ euentus.

De cõsiliis:recte dicit:q̃ã si hoc ordine scribenda est historia eorũ de quibus tractat̃:ut primo q̃n:deinde ubi quæq̃ gesta fuerint,describat̃:non satis est scriptorẽ historiarũ consilia dicere eius:de quo res gestas scribere suscepit:nisi consilia ipsius uel laudet quæ laudanda sunt:uel uituparet quæ uituperanda.

Significari:a scriptoribus. In rebus gestis:actũ sit qd' pertinet ad secundã partẽ ordinis scribendæ historiæ. Quõo:ad rõnem & cõsilium agẽdi pertinet. Vult.s.historia ut explicent̃ causæ oium casuum:omnium rõnum:& oium temeritatum. Vel casus:nihil oĩno prætermisit.quicquid.n.euenit,uel casu accidit,uel rõne gerit̃,uel temeritate admittit̃. Vel sapientiæ:quo consilio illud gestum fuerit. Euentus:qui subterfugi potuisset. Res gestæ:quia multa in historia tractant̃:q̃ non solũ ad acta:uerũetiam ad uitam & famã eorum qui laudant̃,pertinent:hoc uidemus fieri ab historicis:& a T.Li.& a Sallustio:ut laudent̃ qui laudandi sunt:& contrario qui uituperandi uituperent̃. Verborũ aũt rõ:& cuꝫ divideret in duas partes historiæ cõpositionẽ in re & in uerbo:postq̃ oñdit quid seruanduꝫ sit in rebus:nunc oñdit quid in uerbis seruari debeat. Ratio & genus.i.compositio. Fusum:planum.sine asperitate ulla.trãslatio a fuso metallo:qd' cũ funditur planum est æquum. Tractum:iuge atq; continuum.ut Virgil. Tractumq; susurrant. Lenitate:suauitate. Aequabiliter:nam qd' fusum est æquabilitatem hẽt. Solent enim:quemadmodum historici:ut cũ aliquid implicite dixerint:explicite dicant:sicut dicit hoc loco. Tractum:cum æquabilitate. Iudiciali asperitate.i.sine acerbitate accusandi. Quod forensium aculeis.i.sine uehementia obiurgandi:qd' in iudiciali genere tractatur:& utrunq; sine uehementia & acerbitate fieri idem dicit. Sine sententiarũ.i. sine uehementia accusandi.nam in forensibus causis sicut uĩ plerũq; mordentur aduersarii:ut in odium adducantur. Aculeis:quemadmodum aculeis:& stimulis apes uehemẽter nocent:ita ẽt plerisq; in causis aduersarii aduersarios mordent:cum eorũ uitium uituperent. Harum tot tantarũ:& ita plane cognoscis quõo Antonius concludit:qd' ab initio proposuerat multa esse oratori dicenda:quæ non indigent rhetoricæ facultatis præceptis. Tot:numero. Tantarum:magnitudine. In eodem silentio.s.præceptorum rhetoricæ arte uidemus multa taceri:q̃ in præceptis rhetoricæ contineantur. Cohortationes:ad uirtutem. Cõsolationes:doloris. Præcepta:bene uiuendi. Admonita:bene instituendi. Cohortationes:ut imperatoris ad milites. Consolationes:ut amici ad amicum. Præcepta:philosophi ad discipulos. Admonita:ut sapientis ad uulgus. Suum:proprium. Illis artibus.s.rhetoricæ facultatis. Atq; in hoc gñe:nunc redit ad illud quod ab initio dixit:cum cæteros artis scriptores:tum Crassum ẽt materiam oẽm in duas partes diuidere in certam & infinitam. hanc græci thesim.i.sine circunstantiis appellant:illam uero hypothesim.i.circunstantiis inuolutam.& dicit hanc duplicem q̃onem informari duobus generibus causarũ:quia sicuti in hac disputatione sua uidimus:hæc est Antonii sñia:aut iudiciale deliberatiuũ sit tm̃mõ.tertiũ uero demõstratiuũ nullũ locũ habeat:q̃a duci possit ex aliis generibus. In hoc gñe.s.facultatis rhetoricæ. Illa quoq; est infinita silua.i.inexplicabilis materia:quam græci uocant υλαν.i.siluam. Infinita.i.q̃ infinita:q̃ nec locis nec rebus diffinit̃:sed uaga quodammodo & libera ac late patens est:sicut Ci.paulopost declarabit. Duo gña.i.duplicẽ q̃onẽ. De certa:aduertendum est:q̃ non possumus dicere quæstionem infinitam causæ.nam simulac dixeris causam:continuo personam & rẽ includis.

Cã.n.eſt alicuios rei:res agiẽ:agiẽ aũt a pſona:res igiẽ nõ põt ſine actione pſonaꝝ.nã unaquæq; cã eſt reꝝ: res aũt agiẽ: igiẽ ſimulac cãꝫ ꝓpoſueris:rẽ certã includis:q̃ una eſt e circũſtãtiis. Diffinitaq;.ſ.qõne:hę qõnes finitæ:hoc eſt qõnes finitæ cauſæ:formanẽ duabus ſpẽbus.ſ.& ſpẽ iuridiciali & ſpẽ deliberatiua. id.n.eſt qđ ſentit Antonius:nã cũ dixit quales ſint q̃ in litibus uerſanẽ:ſignificat ſpeciẽ iuridicialẽ: in deliberationibus ſignificat ſpẽm deliberatiuã. Addat:uidelicet huius rhetoricæ artis ſcriptoris:q̃uis rõnes ſuperius oſtenderiꝫ: cur mihi duæ ſpẽs uideanẽ. Addat ẽt ſiquis uolet deliberatiuã tertiã. Oẽs ſcriptores:rhetoricæ artis. Appellat.ſ genus infinitũ a diuiſione generꝫ: tñ nemo eſt eoꝝ:qui de hoc ꝑcepta dederit. Sine tpe:ſine his duabus circũſtantiis:qa ubi nõ finiẽ hæc duo:qõ dẽ infinita. Hoc qd & q̃tũ: cũ dñt infinitũ genus ſiue qõnẽ: dñt qdẽ ſed nõ diffiniũt q̃tũ ſit idẽ hu⁹ gñis infiniti: neq; naturã:neq; magnitudinẽ intelligere uidenẽ. Si.n.eſt oratoris uere inq̃ nõ uidenẽ intelligere:qa ſi itelligerẽt:nõ dicerent hoc eẽ oratoris ꝓpriũ:nã eſt adeo magnũ ut fieri nõ poſſit ut cõprehendaẽ ab oratore:pñt aũt incidere oia q̃cunq; ab oibus artibus præcipiunẽ:ſed hoc non uẽ fieri poſſe:ut oẽs artes orator cõprehẽdat:igẽ non uẽ fieri poſſe:ut cum in diuiſione ponant:nõ intelligant qd dicant. Infinite.i. gñatim ꝓpoſita ſit ad dicendũ:nam qõ infinita eſt generis: qõ finita ſpeciei ſiue indiuidui.

causa:quales ſunt:quæ in litibus:quę in deliberationibus uerſantur: addat ſiquis uolet ẽt laudatiõis. Alterum:quod appellãt omnes fere ſcriptores explicat nemo: iſinitam generis ſine tempore & ſine perſona quęſtionem:hoc quid & quãtum ſit: cum dicunt intelligere mihi non uidetur. Si.n.eſt oratoris quæcunq; res infinite poſita ſit:de ea poſſe dicere:dicendum erit ẽt ei quanta ſit Solis magnitudo: quæ forma terræ:de mathematicis:de muſicis rebus non poterit:quin dicat hoc genere ſuſcepto recuſare. Deniq; his qui ꝓfitentur eſſe ſuum:non ſolum de his controuerſiis quæ temporibus & perſonis notæ ſunt:hoc eſt de oibus forenſibus:ſed etiã de generum infinitis quæſtionibus dicere nullum poteſt eſſe genus orationis:quod ſit exceptum:ſed ſi illam quoq; partẽ quæſtionum oratori uolumus adiungere uagam & liberam:& late patentẽ:ut de rebus bonis aut malis:expetendis aut fugiẽdis:honeſtis aut turpibus:utilibus aut iutilibus:de uirtute:de iuſtitia:de cõtinẽtia:de prudentia:de magnitudie animi:de liberalitate:de pietate:de amicitia:

Et q̃ta ſit Solis:de mathematicis loquiẽ:qa alii dñt Solem terram maiorem:alii minorẽ: alii æqualem. Quæ forma terræ:itẽꝫ de forma terræ diuerſæ ſnĩæ fuere pħorum: nã alii quadratam:alii oblõgam:alii rotundam eſſe dixerunt. De muſicis:ut ſi q̃raẽ de ſonis: de materia cantilenaꝝ:quaꝝ triformis eſt natura.nam aut a uoce editur:aut flatu:aut pulſu. Voce qui canit ore:flatu qui tibiis:pulſu q fidibus canit. Deniq; his qui: & breui cõplectar inquit Antonius:hi qui dñt oratoreꝫ res infinitas tractare oportere:nihil aliud agunt niſi ut oratores de quacunq; re orõnem hẽre poſſint. Suũ:ꝓpriũ. Quæ tpibus & perſonis notæ ſunt.i.ut cũ accuſaẽ quis furti uel cædis.ut uerbi gña: Verres accuſaẽ:hæc cã nota eſt oibus & re & perſona.re furti: perſona Verres. Forenſibus:q̃ in foro tractanẽ:ut de controuerſiis iuridicialibus & de qõne cõiecturali & iudiciali & partibus eius:in q̃bus alius petit:alius negat. Notæ:cognitæ. Infinitis:gñe:ut ſupius poſuit de mathematicis. Nullum põt.i.nulla res de qua poſſit fieri orõ:excepta erit oratori. Sed ſi illã quoq; partem:primo quidẽ oñdit nõ eſſe ꝓprium oratoris infinitũ genus qõnũ tractare.Nũc aũt dicit q̃uo hoc quoq; oratoribus cõcedi poſſit:uidelicet ut certa quadã diffinitione terminẽ. Sed ſi illã:hoc loco declarat Antonius quale ſit infinitũ hoc genus qõnis qđ oratori cõueniat:& hæc oia de q̃bus nunc loquiẽ in aliquo reꝝ expetendaꝝ:aut uitandaꝝ genere poſita ſont:ſunt aũt tria aut eoꝝ quę pp ſe:aut eorum quæ pp aliud:aut eorum quæ pp utrũq;. Primum genus pp ſe nullum utilitate extrinſecus quæſita:ſed qđ nos ſua ui atq; natura alliciat: qđ genus, iuſtitia, ueritas, ſcientia. Secundum genus eoꝝ quæ pp aliud expetunẽ:quæ non pp ſuam uim atq; naturã:ſed pp fructum nos ducunt:quo in gñe ſunt diuitiæ, pecuniæ, &c.hmõi quæ pp utilitatem expetunẽ. Tertium genus ex duobus ſuperioribus permixtum:ut gloria, amicitia, amplitudo, honores.&c. Vt nonnulli uoluerunt:hæc non ſolum dignitate ſua trahunt:ſed ẽt utilitatem quandam præſe gerunt:qua magna expetuntur.

Forma terræ quæ

Vagam:nulla rõne moderatam. Liberã:nullis terminis circunſcriptam aut diffinitam. Late patentem:in omnes partes diffuſam. De rebus bonis:aut malis expetendis:gñia ſunt reꝝ expetẽdaꝝ pp ſe:& ꝓpterea ſubiunxit. Aut honeſtis, aut turpibus:duo genera uitii & uirtutis. Expetendorum bonorum quæ honeſta ſunt. Maloꝝ quæ turpia ſunt. Vtilibus aut inutilibus:alia duo gña ponit reꝝ pp aliud expetendaꝝ. nam oẽs res utiles aut inutiles expetuntur pp aliud:aut fugiuntur. De iuſtitia:nunc deſcendit ad ſpẽm:& primo de iuſtitia dicit: quæ pars una integralis eſt uirtutis. Nam uirtutis quatuor partes ſunt integrales:iuſtitia, prudentia, fortitudo, & temperantia. Continentia:pars eſt temperantiæ:nam temperantia diuidiẽ in abſtinentiam, cõtinentiam, & modeſtiam. Prudentia:eſt pars integralis uirtutis:eius partes:memoria, intelligentia, ꝓuidẽtia.

De magnitudine ai:referẽ. De liberalitate:liberalitas ẽt cum fortitudine contineẽ.nam liberalitas pars eſt magnificẽtiæ. De pietate:pietas eſt pars iuſtitiæ. De amicitia:multi uoluerunt eſſe in eo gñe reꝝ quę pp ſe & pp aliud expetunẽ:ut ſupra diximus. Ci.tñ li.de amicitia id ſentit pp ſe & non pp aliud expetendam. Nã amicitia uera expetenda pp ſe eſt:ut amicitiæ fructus ſit ipſa beneuolentia:ſed ſi propter aliud expeteret non eſſet uera amicitia:nam ſi amicitia ꝓpter utilitatem expeteretur:deficiente utilitate, deficeret amicitia.

de fide:de officio:de cæteris uirtutibus: contrariiſ ꝗ uitiis dicendum oratori putamus. Itemq; de republica:de imperio:de re militari: de diſciplina ciuitatis:de hominum moribus:aſſumamus eã quoꝗ partem:ſed ita ut ſit circũſcripta modicis regionibus:equidem omnia quæ pertinent ad uſum ciuium:morem hominum:quæ uerſantur in conſuetudine uitæ:in ratione reipubli. in hac ſocietate ciuili:in ſenſu hominum communi:& natura:in moribus:comprehendenda eſſe oratori puto. ſi minus ut ſeparatim de his rebus reſpondeat philoſophorum more:at certe ut in cauſa prudenter poſſit intexere. Hiſce autem ipſis de rebus ut ita loquatura uti ii qui iura:qui leges:qui ciuitates conſtituerũt locuti ſunt ſimpliciter & ſplendide: ſine ulla ſerie diſputationum:& ſine ieiuna concertatione uerborum. Hoc loco nequa ſit admiratio ſi tot:tantarũꝗ rerum nulla a me præcepta ponentur:ſic ſtatuo ut in cæteris artibus:cum tradita ſint cuiuſq; rei difficillima:reliqua quia aut faciliora:aut ſimilia ſint tradi non neceſſe eſſe:ut in pictura: q hominis ſpeciem pingere perdidicerit: poſſe eum cuiuſuis uel formæ:uel ętatis:ẽt ſi nõ didicerit pingere. neq; eẽ periculum qui leonẽ:aut tauꝝ pingat egregie: ne idẽ in multis aliis quadrupedibus facere nõ poſſit.

De fide:ps ẽ iuſtitiæ. nã fides ueritati cõuenit:quã ſcimus iuſtitiæ.i.iuris naturalis ptẽ eẽ. De offõ: offm̃ ad oẽ uirtutes ptinet:qcqd cũ uirtute geriť offm̃ ẽ. Nã offm duplex ẽ. unũ pfectũ:qđ nos rectũ κατορθωμα græci appellãt. nã mediũ.i.qđ cur factũ ſit:rõ ꝓbabilis reddi põt. Itẽ de rep. cuius cõſeruãdę rõ ipotẽtia & icolumitate cõſiſtit. De ĩpio:cuius offm̃ magĩatus ẽ. De re militari:hoc ꝓpriũ ẽ iperatoris. De diſciplina ciuitatis:cẽſoriæ ptãtis eſt offm̃. Cẽſores.n. curã hẽnt:ut ſub optima uiuẽdi diſciplina ciues oẽs uitã agãt. Modicis .i. moderatis. nã modicus aĩus ẽ moderatus. ſic Sallu. Aĩus bella ingẽs:domi modicus. Eqdẽ oĩa:dixit ſupius

Duplex officium

Cenſores officium

Antonius ẽt ſiqs uelit iſinitũ illud qõnis genus oratori attribuere:attribuat: dũmõ modicis qbuſdã terminis circũſcribat. Nũc ãt q. bus terminis diffiniẽdũ ſit idẽ ꝑcipit & oñdit. Dicit.n. oĩa q ſupradcã ſunt his ſpaciis circũſcribẽda eẽ cẽſeo:quatenus orator oroni ſuæ iſerere poſſit ſi forte cõtigerit: ut de his reb⁹ dicẽdũ ſit:q uerſanť in cõi hoim ſenſu: ut de rebus moralibus. nã moralis phiæ theſis ẽ.i. qõ iſinita. Ad uſuʒ ciuiũ:declarat ipſe q uerſanť in uſu ciuiũ. Per mores.n. hoim accipiamus ius:cõſuetudinẽ. Nã mores dñr:q in ciuitatibus fieri ſolẽt. In rõne reip. qa rõ reipu. morib⁹ & legibus cõtineť. In hac ſocietate ciuili.i. in hac cõione ciuiũ. In ſenſu hoium cõi & natura.i. in naturali ſenſu hoim:atq; iudicio. Moribus:in oĩ rõne uidẽdũ:q ciuitatibus bñ cõſtitutis ſeruãda ẽ. Si minus ut ſeparati:nõ inqt deſidero:ut orator eiuſmõi diſputationes teneat:ſicut phus: ut cũ de his reb⁹ iterrogatus fuerit:ex tpe poſſit phoꝝ more diſputare:ſed ſatis erit ſi eatenus didicerit: ut cũ opus fuerit dicere poſſit. Rñdeat. ſ. qrẽtibus. Intexere:inſerere. Prudẽter: p q̃lita te rei de qua agiť: ut ſupius dixit deſuadẽdũ: & diſſuadẽdo, dehortãdo, cõſolãdo, uitupando, & de cæteris hmõi. Hiſce ãt de rebus. ſ. ſupradictis:oĩa.n. ad æthicã ptinẽt.i. ad phiaʒ moralẽ. Iura:capita legũ:nã leges ſunt ſpẽs iuris. Cõſtituerũt:firmarũt:ut Ci. in Catone maiore:ſenũ cõſtituẽda ẽ uita.i. cõfirmanda. Simpliciter:cõmode nõ more phoꝝ:ſed dilucide & ipſe declarat. Sine ulla: ad id qđ dixit ſimpliciter. Ieiuna:ad id qđ dixit ſplẽdide. Simpliciter: q loqtur ſimpliciter non utitur longo ordine & tenore ſententiarum:qui plerunq; magnitudine ſua auditorem confudit. Splendide: uidelicet loquitur:& non obſcure. Dilucide illud ſit quod in rationibus ſibi inuicem aduerſantibus diſputatur. Ieiuna:ideſt inani & inutili. Nam qui ita diſputant:ut rationes afferant pro & contra eaſq; inter ſe: hoc eſt alias aliis diſſidentis obſcuram facit orationem:& hoc proprium philoſophorum eſt:qui in utranque partem arguunt. Ne qua ſit admiratio:& cum multa propoſuerit infinita quęſtione continentur:reſpõdet his qui fortaſſe dicerent:quandoquidem Antoni dicis infinitam quæſtionem oratori nonnunquam eſſe tractandã:cur non uis de hac præcepta tradi. Ne qua admiratio:ſcilicet audientibus hanc meam orationem ſit tot tantaque: quot & quanta ſuperius propoſuerim. Tot:numero. Tantarum: magnitudine. Præcepta: ſua ipſius quæſtionis infinitæ. Statuo:ſic diffinio. Difficillima: uidelicet ea q difficultatẽ habent. Reliqua: ſic inquit in arte rhetorica cenſeo ſicut in cæteris artibus. Cum enim capita rerum propoſita fuerint certa quadam ratione diſtincta:non opus erit de oĩbus rebus quæ ad eam pertinebunt præcepta tradere. Ex generibus.n. ipſis potenmus ẽt ad alia quæcunq; ſpãlia ſint uenire. Difficillima:principia & capita rerum. Faciliora. ſ. difficillimis. Reliqua:quæ ſub ipſis generibus continentur. Similia. ſ. generibus ipſis propoſitis. Et per ſimilitudinem oſtendit:ut inquit in arte pingendi uidemus eum qui ſpẽm hominis pingere didicerit:poſſe ẽt cuiuſlibet ætatis imaginem pingere:ut cũ didicerit ſpẽm uiri effingere ſenioris:uel adulę ætatis:non eſt opus ut ediſcat pingere formam mulieris. etiam a ſimilitudine adulti poterit fingere puerũ: & hoc modo dicimus

Forma qđ

de arte rhetorica. Formæ:forma eſt proprie facies cuiuſlibet rei. Aetatis:uidelicet aut pueri:aut infantis: aut iuuenis:aut etiam ſenis. Neq; eſſe periculum:etiam ſtatuo hoc non eſſe periculum: ſiquis taurum, aut leonem poterit præſtanter formare:idem etiam non poſſit multorum animantium imagines pingere:ex ſimilitudine enim pingi poſſunt. Egregie:excellenter. Quadrupedibus: ut in equo: & in ceruo:& in cæteris huiuſmodi animantibus:quorum imagines poſſunt excellenter pingi.

Neq

Neq̧ est:quæ cõq̧ ars fuerit:siue grãmatica:siue rhetorica:siue dialectica:nec solum artibus ad scientiam pertinẽtibus:sed ẽt de mœchanicis:non possunt omnia pcepta tradi:nec calceolarii qdẽ:qui cũ unã aut alterã calceorũ formã discẽti ostenderit:ille ex horum similitudine multas discet:pari rõne de dictionibus:si uellet oẽs uerbi gratia dictiones q̃spiam scriptor artis tradere:infinitum esset.ob eã rem dixit infinitum eẽ.Oẽs eni dictiones q̃ nunq̃ dictæ sunt:uel dñr:uel dicendæ sunt:si quis cõplecti uellet opus imensum atq̧ infinituʒ suscepisse uideretur. Similiter:cõfert similitudinẽ ad id qđ intendit. Primarũ:pstantio℞:& pcipua℞ re℞. ut Virgil. Primos iuuenum tot miserit orco. Et certarum rerum:quẽadmodum inquit: qui didicerit ptium orõnis:alias esse declinabiles: alias indeclinabiles:& unũ aliqđ nomẽ decliare didicerit:ita aliđ nomẽ eius sĩitudine declinare poterit:nõ icõmode:imo cõmode:& utiliter.

neq̧ est omnino ars ulla in qua omnia: quæ illa arte effici possunt a doctore tradantur. Sed qui primarum & certarum rerum genera ipsa didicerunt: reliqua per se non incõmode persequuntur.similiter arbitror in hac siue ratione : siue exercitatione dicendi:qui illam uim adeptus sit:ut eorum mentes:qui aut de republica:aut de ipsis rebus : aut de his contra quos:aut pro quibus dicat:cum aliqua statuendi potestate audiant ad suum arbitriũ mouere possit:hunc de toto illo genere reliquarũ orationum:non plus quæsiturum esse quid dicat:q̃ Polycletum illum cum Herculem fingebat:quemadmodum pellem aut hydram fingeret : etiam si hãc nunquam separatim facere didicisset. Tum Catullus : Præclare mihi uideris Antoni posuisse ante oculos quid diserte oporteret eum : qui orator eẽt futurus:quid etiam si non didicisset ex eo quod didicisset:assumeret. Deduxisti enim totũ hoĩem in duo solum genera causarum:cætera innumerabilia exercitatiõi & similitudini reliquisti.sed uideto ne

Rõne:ad illud respicit:qa alii uoloerũt rhetoricã nõ esse artẽ:sed usum:& exercitationeʒ dicendi. Qui aut de repub.uidelicet audiat sniam in senatu. De ipsis rebus : scilicet priuatis:idest de rebus amicorum. Aut de his: omnia quæ tractantur : aut enim ad rempub. aut ad priuatã:aut ad amicos pertinent. Cõtra quos : uidelicet accusando. Nemo enim poterit pro amico dicere:quin contra aliquẽ dicat. Aut pro quibus:uidelicet defensor.

Cũ aliq̃:uidelicet iudices:senatus : populus: Omnis enim orõ fit:aut i senatu cum snia dicitur:aut ad iudices cum accusat̃,uel defenditur,uel petit̃,uel negatur.aut ad populum:rũ uel concitatur aduersus improbos:uel lenissi contra probos exasperatus fuerit. His contra quos:ostendit tantummodo duo genera causarum.s.deliberatiuum & iudiciale : nam ad iudices uel accusas,uel defendis, uel petis, uel negas. Apud senatuʒ:uel suades,uel diluades.hoc facit Antonius ut in sententia persistat tantũmõ duo gña esse. Statuendi.i.iudicandi. De toto:aut ratione aut consuetudine. Hunc:de toto genere illo reliquarum orationuʒ.i.de uniuerso rerum genere. Non plus quæsiturum:qui duo illa genera cãrum optime agere didicerit:deliberatiuum:& iudiciale:non plus quæreret quõ tractet infinitam illam qõnem : quam Polycletus : cum finxisset Herculem: quærebat quomodo pellem & hydram fingeret:nam cum magna didicerit i parua etiam ab eorum similitudine sciet. Reliquarum orationum:quæ sub neutro duorum generum continentur. Polycletũ: hunc teste Pli.constat fuisse sua ætate statuarium eximium,Hagiadisq̧ discipulum.& quemadmodum Quintilia. tradit:fuit diligentia:ac decore supra cæteros. Pellem:leonis:qua tectus erat Hercules. Nam Hercules dicitur pellem leonis nemæi humeris gestasse. Hydram:fabula nota est.Cum hydram sagittis fixisset:cui uno capite succiso tria:aut(ut nonnulli uolunt)septem uel centum pullularent.tandem eam igni cõsumpsit. Tum Catullus:hic Catullus primo quidem respondens Antonio quodammodo epilogum facit eorum oĩum: q̃ Antonius in disputatione sua confirmauerat:deinde obiectionem q̃dã facit:q̧ ea uidelicet:quæ in qõne infinita cõtinent̃:longe aliter se hẽant:q̃ Antonius dixerat. Antonius eniʒ dicebat tractari posse ex similitudine gene℞:q̃ in rhetorica tractant̃. At uero Catullus dicit ea his multo maiora esse : utpote:ubi q̃rat̃ de uirtute:& natura deo℞. Præclare:egregie. Posuisse ante oculos.i.explicasse & declarasse. Quid diserte orator oporteret:uidelicet duo genera cãrum:q̃bus oratoria oĩs materia informet̃:quã uoluit esse qõnem finitã. Nam infinitam p Antonii snia eatenus orator exercere debet:quoad de rebus eiusmodi in orõne sua dicere possit. Assumere:uidelicet ex illa qõne finita:& duobus generibus:quibus ipsa qõ informatur:assumeret:cum esset diffinita ratione differendum:& simul orante dicenda:exponenda:narranda:exequenda testimonia:mandata:legationes:historia:cohortatio:obiurgatio:consolatio:quæ nulla propria præcepta rhetoricæ habeant ; sed ab aliis instruantur:ut superius dixit Antonius. Deduxisti:ipse plane explicat : qđ Antonius disputauerat dicẽs. In duo genera:in iudiciale & deliberatiuum. Cætera:ut qõnem illam uniuersalem : testimonia :legatorum mandata:ut historia:ut obiurgatio:cohortatio:consolatio:ut superius dixit:ut de his rebus orator sine pceptione eleganter dicere possit similitudine aliorum præceptorum. Sed uideto:quasi in similitudine persistit Antonii:qui supra dixit:cum ostẽdere uellet quid oratori faciendum esset:ut ex his quæ difficilia tractare didicisset:posset alia:quæ faciliora essent dicere.Nam similitudo hæc fuit Antonii:qui imaginem Herculis optime fingeret:non quæsiturum quomodo pellem formaret:cum fingere Herculem difficilius sit. Pellem aut hydram:quasi faciliora respectu imaginis Herculeæ. Duo genera.s.iudiciale:& deliberatiuuʒ. Sed uideto: hæc duo genera ita introducta sunt a te quasi res faciliores.qõ illa infinita ubi ea continentur:quę nullis pre-

Polycletus

Hydræ fabula

in istis duobus generibus hydra tibi sit & pellis Hercules autem & alia opera maiora:ne in illis rebus:quas prætermittis reliquantur. non enim mihi minus operis uidetur de uniuersis generibus rerum:q̃ de singulorum causis ac multo etiam maius de natura deorum:q̃ de hominum litibus dicere. Non est ita inquit Antonius: dicam enim tibi Catulle non tam doctus:q̃ (id quod est maius) expertus. Omnium cæterarum rerum oratio mihi crede:ludus est homini non hebeti:neq; inexercitato:neq; communium literarum & politioris humanitatis experti:in causarum contẽtionibus magnum est quoddam opus: atq; haud sciam: an de humanis operibus longe maximum:in quibus uis oratoris plerũq; ab imperitis exitu & uictoria iudicatur:ubi adest armatus aduersarius:qui sit & feriendus & repellẽdus:ubi sæpe is qui rei dominus futurus est:alienus atq; iratus:aut etiã amicus aduersario:& inimicus tibi est:cum aut docendus is est:aut dedocendus:aut reprimendus: aut incitandus:aut omni ratione ad tempus: ad causam oratione moderãdus:in quo sępe bñuolentia ad odiũ: odiũ autem ad beneuolentiam deducendum est:

ceptis instituunt quasi facilior. Sed uideto:ne id econuerso dicendum sit:uidelicet q̃ õnem illã infinitã:& oia: in qbus nulla pcepta rhetoricæ traduntur sint difficiliora duobus illis gñibus:hoc ẽ uideto ne ea q̃ tibi faciliora & minora uident:ecõuerso maiora,& difficiliora dici debeant. Istis duobus.s.iudiciali,& deliberatiuo. Alia opera maiora:uidelicet i finita q̃õne:ubi tractatur de rebus honestis:& turpibus:utilibus:& inutilibus. Quas prætermittis:q̃si facillima. Nõ eni:nõ minus oratoris negociũ eẽ ut tractare de his rebus:q̃ in disputatione uenire posset. Opis.i.laboris. De uniuersis:hoc est de his:q̃ sub ifinita q̃õne cõtinent.s.de rebus honestis & turpibus:utilibus & inutilib⁹:& cæteris hmõi uirtutibus,& uitiis. Quã de singulorum:uidelicet de causis hypomèticis.i.causis q̃ circũstãtiis inuolutæ sunt:ut cum tractat de psona:de re: de loco:de facultatibus:q̃s habuit is q accusat.

Ac multo magis de natura deorum:qd ptinet ad philosophiã: & metaphysicam. Naturalis philosophia diuidit in mathematicã: & metaphysicam. Metaphysica.i.ea quę sunt post naturalia:nõ dignitate sed ordine discendi:quia primo philosopho discẽda sunt physica: idest naturalia:deinde aggreditur metaphysica id est quæ sunt post naturalia nõ dignitate secũda,sed ordine:quia primo discẽda sunt naturalia:deĩde supra naturalia. Supra naturalia dicuntur supra cęlestia:uidelicet dicere de natura Deorum:cuius naturæ sint:& cuius formæ. Nam in hac disputatiõe philosophi multa dixerunt:quæ minus probanda sunt religioni nostræ. Nam fuerunt qui dicerent deũ humanam formam habere:cum constet esse inuisibile. Alii uero deũ eẽ mentẽ, sapientiaq; psectã:oiumq; rerum q̃ sunt ei subiectæ: q̃si prudentiam q̃dã pcurãiẽ cælestia maxime:deinde in terris ea q̃ ptinẽt ad hoies:q̃ oia deorum naturæ cõueniũt:q̃ sit eadẽ sempiterna. Nihil enim ualẽtius esse a quo intereat. Sed Simonides recte rñdisse dr:cum Hiero Syracusanus ex eo quæreret q̃lis Deus esset: ille cogitandi diem unũ poposcit:postero die biduũ petiit:& cum sæpius duplicaret numerum: admiratus Hiero:q̃siuit ex eo:qd ita faceret:rñdit:Quia quanto magis considero:tanto species eius mihi uidetur obscurior. Nõ doctus:qa maior est experiẽtia q̃ doctrina. Nõ est inqt.s.ut dicis:uidelicet illa res de qbus generatim disputãdũ est:difficiliores eẽ, q̃ forẽses cãs. Oratio:q̃ cæteris ẽ adhibẽda. Nõ hebeti.i.nõ obtusioris:& tardioris ingenii. Neq; inexpto.i.nõ imperito. Inexercitato:q nullã i his meditationẽ fecit. Cõium lrarum: cões lras appellat studia humanitatis:quæ ad grãmaticã & rhetoricã ptinẽt. Politioris:urbanioris:quæ ad politicũ.i.ciuilẽ hoiem pertinẽt. Ludus: hæc quæ tibi difficiliora uidentur,p ludo habẽtur hoi ingenioso, Sed agere cãs in iudicio maiori est opus ingenio.

Contentionibus.i.disceptationibus.s.contendere de iure,de facto rei. Lõge:ualde. De humanis opibus:idest de omnibus negociis humanis:quæ ad hominem pertinent haud scio an maximum sit tractare causas.

In quibus.s.contẽtionibus. Et primo dicit difficile esse oratori:q uidelicet ẽt si egregie dixerit: tñ auditores plerunq; iudicant ex euentu causæ:ut si bene dixerit:& cãm amiserit cum imperitũ iudicẽt:si cõtra bene dixisse existiment. Vis:uirtus. Exitu.i.ab euentu & successu. Armatus:istructus rõnibus & argumẽtis suis ad contradicendum. Vbi adest:hic breuiter uim omnem oratorũ tangit: quæ ad iudiciale genus pertinet. Feriendus:cum accusas. Repellendus:cum defendis. Vbi sæpe rei dñs:uidelicet iudex. Iudex enim dominus est rei:nam in potestate eius est uel damnare uel absoluere:ideo dixit cum aliqua potestate. Alienus atq; iratus:& cum iratus uidebitur necesse erit magna arte:ut ex alieno propitium:& ex irato pacatum reddas. Amicus:idest & ex amico necesse est reddas inimicum aduersario. Inimicus:sed uidetur iterare qd superius dixerat:Futurus alienus & iratus efficitur auditor merito causæ. Nam si causa fuerit eiusmodi:quæ displiceat: aut etiam si ille nobiscum amicitias non agat:utrunq; horum subiratũ faciet. Alienus:a turpitudine causæ alienatus. Iratus:persuasione aduersariorum infensus. Amicus:gratia aduersarii. Inimicus:uidelicet simultate aliqua:quæ tibi cum illo aliquando fuerit. Docendus:uidelicet honestã eẽ cãm:q̃ ipsi turpis esse uidebatur. Dedocẽdus: dissuadendus:ut dissuadeas cãm tuã nõ esse turpẽ. Reprimẽdus ab ira:siquid tibi iratus fuerit, Incitandus:contra aduersarios:si forte eis amicus fuerit. Ad tempus:ad cãm.i.ad cãm tẽporis.i. ad opportunitatẽ causæ. Oi rõne.i.oi mõ,i.quõcũq; põt. Moderandus:corrigẽdus. In quo.i.in qua moderatione:si te oderit:necesse est ut arte quadã ex alieno tibi beneuolũ reddas:si aduersarium dilexerit:iratum facias,

Phiæ naturalis diuisio

Simonidis rñsum de Deo

Machina: pprie est instrumentum quo moles aliqua facile quocunq uolueris impelli potest. Nam solent q eiusmodi rerum artifices sunt peritissimi machinas quadam struere: quibus res grauissimas paruo labore impellunt. Pari rone utendum est artificio: quo auditorum aium in quancunq partem uolueris facile impellas. Qui.s. audi tor. Machina: instrumento quodam: quo fabri utunt ad moles torquendas. Ad seueritatem: idest asperita tem: qd fit p amplificationem cu auget crimen: & instigat auditor. Ad remissionem: contrario & ad tristitiam: per co miserationem: cu minuit crimen & misericordia captatur: & utrobiq orator curabit: ut sua uis no rebus ratumo do insit: sed et uerbis. ut Vir. de Iunone: Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor: Ini mica dixit mihi: non his quibus fauco: sed mi hi. Tyrrhenum dixit: quasi ia Italiam teneret Aeneas. Ilium in Italia portans: uictosq pena tes: Ilium dixit, no reliquias in Italiam porta re. Victosq penates: & quia poterat Aeolus dicere si secum deos portant eis obsistere non potero: dicit Iuno secum deos fractos & deui ctos portare. Ad laetitiam: nonnunq urba nitate. & facetiis nostris cotorquendus est au ditor ad laetitiam. Omniu sniaru: oium uer borum: ut non res solum: sed etiam uerba sua ui habeant: ut supradiximus. Actio. i. pronun ciatio: qa pnunciatio in actione cosistit. Nam si uerba essent grauia: & uteretur humili uoce: non seruaret τὸ πρέπον: idest decoru. Na cu res de q agitur, seuera fuerit, ac tristis uehemen ti uoce: & cu quada acrimonia pronuncianda est. Varia: put res fuerit: uel seuera, uel hu milis, uel tristis, uel laeta. Vehemens: cu acri monia qda p coercione. Plena ai. i. irae uidelicet p continuationem. ubi exclamatione conti nuata uerba conficiuntur. Plena spiritus. i.

qui tanquam machina aliqua: tum ad seueritatem: tu ad remissioem animi: tu ad tristitia: tu ad laetitia est cotorquendus: oium snia grauitate: oium uer boru ponderibus est utendu. Accedat oportet actio uaria: uehemens: plena ai: plena spus: plena dolo ris: plena seueritatis. In his operibus siqs illa arte comprehenderit: ut tanquam Phidias Mineruae signum efficere possit: non sane queadmodum in clypeo idem ille artifex minora illa opera facere discat: laborabit. Tum Catullus: Quo ista maio ra & mirabiliora fecisti: eo me maior expectatio te net: q busnam rationibus: quibusue pceptis: ea tan ta uis copareturino quo mea quide ia intersit (neq enim aetas id mea desiderat: & aliud quodda genus dicendi nos secuti sumus: qui nunquam sententias de manibus iudicu ui quada orationis extorsimus:

intentioni uoce per distributionem: ubi exclamatio ab imis faucibus adhibetur. Doloris: hoc ad tristitiam per tinet: cum pronunciationem uerbis similem: idest moestam fecerimus. nam docet etiam Cice. plerunq in pro nunciatione cum de re tristi & moesta loquimur caput esse pulsandum: & id per congonem faciendum: pars est distributionis ubi ad misericordia auditoris animus commouetur. Seueritatis: per choartationem: idest cum res seuera fuerit; sed seueritas significatur in actione & uoce: magis q gestu corporis. Vox enim quae plenior est & canora seueritatem quadam significat: sicuti uox humilis: & remissa laetitia quadam pfert. In his: nunc ergo concludit Antonius in causis: & in iudiciis q quolibet auditoris animum uersare didicerimus: in ce teris rebus quaecunq tractanda fuerint nihil erit: q magnopere laboremus. In his. s. exercitationibus uersan di auditorum animos. Coprehenderit: si eam artem comprehenderit: ut tantum dicendo ualeat quatum Phi dias in fingendo: ita non elaborabit in minoribus operibus: quemadmodum Phidias in clypeo. Phidias: qui Mineruae statua egregie fabricauit. Minora illa: haec oia supra memorata minora dicit: uidelicet de reb9 ho nestis: turpibus: de uirtute, & uitio, & de caeteris hmoi. Fuit aut Phidias statuarius clarissimus melior tn i diis: Mineruae quoq (ut in na. hi. Pli. refert) statua fecit Athenis amplitudine cubitoru. xxvi. q ebore & auro consta bat. Sed in scuto eius in quo Amazonu plium caelauit ambitu parmae eiusdem concaua pte & gigantum di micationem. In soleis uero Lapithaeu & Cetauroru. In basi aut sut dii. xxx. numero: & reliq q Pli. de eode tradit. Minora. s. potuit fingere. Non sane: nam cum ipse formasset signu Mineruae: facile fuit clypeu effingere. TVM Catullus: hic est tertius tractatus: in quo agit de eo: qd ptinet ad pstantam dicendi ronem: hoc est de in uentione earu reru: q ad ueram eloquetia ptinent. Diuidit aut in quatuordecim capita: q oia suo quaeq loco nobis plana fiet. In primo aut capite reprehendunt Graeci: qui reru forensiu ignari: & imperiti praecepta ora tori nec necessaria: nec ad ueras cas accommodata sufficiunt. & Catullus ubi Antonium disputantem audiuit de his rebus: quae ad materiam pertinerent oratoris: q finita uidelicet quaestio circunstantiis inuoluta maior atq pstantior. ppria esset oratoris: infinita uero nonnunq ab eo tractaret: q ab oratore uolebat earenus susci pi: ut res eiusmodi si quando opus esse contingeret: eas etia sciret ipse orationi suae inserere: in hunc modu loq introducitur. Maiora & mirabiliora: quae propria sunt oratoris: uidelicet materia hanc finita q duabus his speciebus informatur. s. iudiciali: & deliberatiua. Eo me maior expectatio tenet: q ab his et sumi psit pcepta: quibus illa et qo suppleretur: quae difficilior aliis uidebatur: eam Antonius ostendit esse faciliore. Quibusna ronibus, qbusue pceptis. i. q bos ronibus praeceptorum. est. n. endiadis. Tanta uis. s. oratoris: quae i utroq ge nere consumit: in iudiciali & deliberatiuo. Neq enim aetas id mea desiderat: nec desidero inquit: q ad hac fa cultatem ptinet: qd mea aetas ita postulare uideatur: q iam ingrauescit: & praesertim cum fuerim alio dicendi genere delectatus. Id genus. s. contetiosum: qd in foro & causis uersatur. Aliud: uidelicet familiare, quietu, ac planu: sine ulla acrimonia: & sine ulla dicendi uehementia. Extorsimus: extorquere est uehementia qua dam & artificio dicendi sniam a iudicibus p uim quodammodo auferre. Snias. s. damnandi uel absoluedi.

Machia qd

Phidias sta tuarius

Extorqre

ac potius placatis eorum animis tantum quantũ ipsi patiebantur: accepimus) sed tamen ista tuas nullum ad usum meum: tantum cognoscendi studio adductus requiro. Nec mihi opus est græco aliquo doctore: qui mihi peruulgata præcepta decantet: cum ipse nunquã forum: nunquam ullũ iudicium aspexerit: ut peripateticus ille dr̃ Phormio: cum Hannibal Carthagine expulsus: Ephesum ad Antiochum uenisset exul: proq; eo: q; eius nomen erat magna apud omnes gloria inuitatus esset ab hospitibus suis: ut eum quem dixi: si uellet audiret: cumq; se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio: & de omni re militari. Tum cũ cæteri: qui illum audierant: uehementer essent delectati: quærebant ab Hannibale quidnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Pœnus: nõ optime græce: sed tñ libere rñdisse fert̃: Multos se deliros senes sæpe uidisse: sed qui magis q̃ Phormionẽ deliraret uidisse neminẽ. neq; me Hercule iniuria: qd eñi aut arrogãtius: aut loquacius fieri potuit: q̃ Hannibali: qui tot annos de imperio cũ populo Romano olim gentiũ uictore certasset: græcũ hominẽ: qui nunquam hostem: nunquam castra uidisset: nunquã deniq; minimã partem ullius publici muneris attigisset: præcepta de re militari dare?

Placatis: trãquillis: ac nulla oratione commotis: qa orator ꝑut cãæ reqrũt auditorũ aĩos concitare solet: uel ad irã: uel ad odiũ. Quantum ipsi patiebantur. i. quantũ eius postulabat uoluntas. Sed tñ: quamuis, inquit, ea ꝑcepta sint a proposito meo aliena q̃ tu professus es: ea tñ, non cã utilitatis, sed scientiæ desidero. Nec mihi: & ne forte se excuset Antonius: q; hæc consuetudo tradendi præcepta græcorũ sit: dicit se quidẽ scire ꝑuulgata esse ꝑcepta a græcis: nec ea se desiderare ab doctore græco: qui sibi ꝑcepta oĩbus nota tradat. Peruulgata: hoc loco Catullus dicit se græcorum ꝑcepta didicisse: q̃ uulgo de arte rhetorica proponere solent: uidelicet officium oratoris esse: apposite dicere ad persuadendũ. Deinde tria genera causarũ: demõstratiuũ, deliberatiuũ, & iudiciale. Postea quinq; rhetoricæ artis partes esse. s. inuentionẽ: dispositionẽ: elocutionẽ: memoriã: & pronunciationẽ: & cætera hmõi: & ob eam rem nihil de eis curare. Cum ipse nunq̃ forũ: quomodo inquit poterunt græci ꝑcepta dicendi nobis tradere: & ad ueras cãs accõmodata: cũ nunq̃ cãs egerint: neq; forum unq̃ aspexerit.

Vt ꝑipateticus: & exemplo ostendit græcos eiusmodi rhetores: qui profitent̃ se dicendi ꝑcepta dare: esse temerarios: q; uidelicet eorũ ꝑcepta, quoꝝ ipsi nullam experiẽtiam habẽt aliis tradere audeant. Cum Hannibal Carthagine pulsus apud Antiochũ exularet: forte accidit: ut ab hospitibus eius philosophus hic Phormio ad cõuiuium uocaretur cum ipso Hãnibale: q rogatus ut audire uellet Phormionem de re militari disputantem: non recusauit. cum igitur ille multa de imperatoris & militũ officio disputasset: & cæteri admiratione quadam tenerent̃: & ipse Hãnibal nihil oĩno moueret̃: interrogatus: quid de hac Phormionis disputatione sentiret. Tum ille: Multos inquit deliros uidi senes: neminem autem Phormione magis: & recte quidẽ q; ausus fuisset tractare de re militari: quam nunq̃ attigisset: Hannibale ꝑsertim audiente: quem constat imperatorem fuisse præstantissimum: qui bellum diu contra Romanos gesserit: & ita gesserit: ut plerunq; prælio uictor euaderet: & conuiuio Scipionem etiam cum Hãnibale interfuisse narrat Plutarchus. Cum inter cætera quæreretur ex Hannibale: quem omnium primum putaret esse ducem: respondit: Alexãdrum magnum. qui omnem fornæ terrarum orbem subegisset. Deinde quem secundum: Pyrrhum dixit: qui optime rei militaris peritiam tenuisset. Postea quem tertium: tum se respondit Hannibal præstantissimorum cæterorum ducem fuisse. Hic Scipio: Quid si me uicisses? Enim uero, inquit, Hannibal & Alexandro & Pyrrho me anteposuissem. Vt peripateticus ille dicitur: quoties incepta oratione multa interponuntur antequã periodus perficiat: eo q; hyperbatos obscuriorem orationem facere uidetur. iterum repeti solet: quod ab initio positum erat: ut hoc loco locutus esse dicitur. Expulsus: postquam Scipio Africanus superior Carthaginem populo Romano tributariam fecit: haud multo post populus Carthaginensis: cum uideret Hannibalem inquietum esse: eum ciuitate expulere: qui patriam relinquens ad Antiochum regem Syriæ se contulit. Hospitibus: scilicet Hannibalis. Copiosus: qui multarum rerum scientiam teneret. De imperatoris officio: idest de officio imperatoris & militum. Hic: pro tunc. Pœnus: Hannibal. non satis apte locutus est: utpote barbarus: qui græce nesciret: sed liberum dedit responsum: idest libero homine dignum: ut libertatem quandam animi ostenderet. Deliros: delirus ra rum: & deliras: utrunq; deducitur a læra. Est autem læra fossa recta: quæ contra tuendos agros ducitur: & in quam totius agri uligo decurrit: & quia rectus est sulcus: delirare dicuntur: qui a recta uia declinant: ergo delirus est qui a rõne discedit. Ratio enim est recta uia: ꝑ quã oẽs ducũtur: in qua significatiõe hoc loco: & ubiq; ponit̃. Neq; me Hercule: laudat hoc responsum Catullus: & similitudinem affert: Vt inquit delirum esse duxit illũ: q; nunq̃ militiam exercuerit: ita ego ẽt illos deliros existimo: qui cum nunquã causas egerint: præcepta dicendi tradere audeant. Me Hercule: ita me adiuuet Hercules. Arrogantius: impudentius. Loq̃cius: petulantius. Hannibali: ac si diceret tanto duci. Græcũ hoiem. s. Phormionẽ. Hostẽ. i. armatũ militẽ. Nunq̃ castra uidisset. i. q nũq̃ ĩ castris fuisset. Vlliꝰ publici muneris: q nũq̃ alicuiꝰ officii ad rẽp. ꝑtinẽtis ꝑtis attigisset: ac si diceret: Qui nunq̃ in gerẽda rep. uersatus esset.

Rñsũ Hãnibalis de Phormiõe

Delirus
Læra
Delirare

Hoc mihi

Hoc mihi:nunc cõfert similitudinẽ rhetoꝝ græcorum:sicut Phormio de re militari disputabat:cum nunq̃ miles fuisset:ita hi qui nunq̃ causas experti sint:pcepta tradunt. Docere conant̃:idest in schola præcepta sua adulescentibus tradunt:& non uiris eruditissimis:quẽadmodum tu es o Antoni. Te.s.Antonium, Crassum, & cæteros præstantes. Erras Catulle:in hoc sermone Antonius dicit præcepta rhetoricæ artis græcorum eẽ superflua:q omnibus ultro sese offerant:& ppterea nõ esse necessaria. Et primũ Catullo respondet:& hac occasione capta ea nihilominus breuiter enumerat:qa autẽ dixerat Catullus hoc prudẽtiores esse doctores græcos q̃ Phormionẽ:q non uiros eruditos hæc quędá quasi ludibria docere:sed pueros. Dicit Antonius:Falleris o Catulle:si credis græcos hæc præcepta sua imprudẽter pueris tantum tradere:naꝫ neminẽ Romanũ existimãt pricipẽ esse doctrinæ. Ea insolentia gręci sũt:ut tantũmodo doctos se eẽ existimẽt: Romanos aũt ois doctriæ penitus expertes. Erras: falleris inqt Catulle:qa dixerat Catullus esse rhetores græcos modestiores:q̃ philosophos: eo q phus ille uoluerat Hãnibalẽ rẽ militarẽ docere:rhetores autẽ tantũmodo pueros docere conantur. Nã egomet:qui no suꝫ puer, sed uir:nõ adulescens, sed grauioris ætatis homo. Phormiões:Phormiõis similes. Quis enim:nemo inquit est tanta insolentia: tanta impudentia:quanta græci rhetores:qui eiusmodi præcepta sic tradunt:quasi Romanum queq̃ nihil omnino itelligere existimẽt. Istorum rhetorum.s.græcoꝝ. Nostrum. s. Romanoꝝ. Ac mihi quidẽ:& quãquã inqt intolerabili quadã sint ineptia:ego tamen illos facile patior:naꝫ aut aliquid dicunt:q nõ utile sit:sed tamen non molestũ aut aliquid ineptum. Si inutile:ne molestum quidem facile patior:si uero aliquid ineptum: laudo meum consilium q doctrinam eorum contempseri.

Hoc mihi facere omnes isti: qui de arte dicẽdi pręcipiunt:uidentur. quod enim ipsi experti non sunt id docent cæteros:sed hoc minus fortasse errãt: q non te ut Hannibalem:sed pueros aut adulescentulos docere conãtur. Erras Catulle inquit Antonius:nam egomet in multos iam Phormiones incidi. quis enim est istorũ rhetorũ:qui q̃q̃ nostrum quicq̃ intelligere arbitretur?ac mihi quidẽ nõ ita molesti sunt:facile oẽs ppetior & perfero: nã aut aliqd afferũt qd mihi nõ displiceat:aut efficiũt: ut me non didicisse minus pœniteat. Dimitto aũt eos non tã cõtumeliose: q̃ philosophũ illũ Hannibal: & eo fortasse plus habeo etiã negocii:sed tamẽ est eorũ doctrina:quãtum ego iudicare possum: perridicula. Diuidũt enim totam rem in duas partes: in causæ controuersiam:& in quæstiones. Causam appellant rem positam in disceptatione rerum & controuersia. Quæstionem autem rem positam in infinita dubitatione:de causa præcepta dant: de altera parte dicendi mirum silentium est. Deniq quinq faciunt quasi membra eloquentiæ:inuenire quid dicas:inuenta disponere:deinde ornare uerbis:post memoriæ mãdare:tũ ad extremum

Perpetior & perfero:plus est perferre q̃ perpeti. nam pferre est perseueranter ferre: ut illud patientię, hoc perseuerantiæ sit:quæ ptes sunt fortitudinis. Patientia eni parũ pdest nisi cõiuncta sit cũ pseuerãtia. Nã aut:nũc affert rõnes. Quod mihi.i.qd si nõ utile sit:minus tamen molestũ. Aut efficiunt:aut siquidem inepte dixerit efficiunt:ut laudent propositũ meum qui doctrinam huiusmodi paruifecerim. Dimitto autem.s.a disputatione. Non tam:non enim illos delirare dico sicut Hannibal. Et eo fortasse:fortasse inquit plus negocii sustineo:q eos lentius fero: naꝫ me magis obtundũt:q̃ si eos asperius repellerem. Plus negocii.i.laboris plus sustineo. Plus.s.q̃ Hannibal. Sed tamen est:quãuis inquit hos rhetores græcos æquo animo feram:est tamẽ eorum doctrina perridicula:& ita occasione capta quasi per transitũ tangit:quæ ab ipsis de rhetorica pcipiũtur.

Perfer*re* Perpeti

Perridicula.i.risu digna. Totam rem.i.materiam rhetoricæ facultatis. Causæ controuersiam: significat hypothesim. In quæstiones:thesim ostendit:uidelicet infinitam illã propositionẽ materiæ. Disceptatione rerum:inter consulentes:cum suadeant aut dissuadeant aliquid:controuersia uero significat iudiciale genus inter causidicos. Causidici autem uel accusant, uel defendunt, uel petunt, uel negant:& ita duas species rhetoricæ facultatis tetigit:quibus formatur finita quæstio. Vel disceptatione:& controuersia:uel qa ex disceptatiõe nascitur cõtrouersia. Nã prius dissentimus:deinde contendimus. Quæstionis causam: hic nullam causæ mentionem fecit:quia simulac causa nominatur:continuo in circunstantiis intelligitur: ut dixi superius. Infinita dubitatione:quia siquis uellet diuidere in partes infinitam quæstionem:nullum finem inueniret. Nam omnia de quibus sine circũstãtiis q̃rit̃ sub hac continentur:ut superius dixit:qua magnitudine sit Sol:qua forma sit terra:qd sit turpe:qd honestũ:qd utile:& cætera hmõi. De cã pcepta dant:de iudicialibus, forẽsibusq causis. Nam cum ita diuiserint materiã rhetoricæ facultatis:de finita pcepta dant:de infinita aũt nihil oino. Mirũ silentium:qa nulla oino pcepta pponunt. Deniq quinq:postq̃ materiam pposuerunt finitã & infinitã formari duabus spẽbus.s.deliberatiua:& iudiciali:uel tribus:ut nõnulli uolunt demõstratiua: deliberatiua:& iudiciali adiungunt partes:quæ sunt inuẽtio:dispositio:elocutio:memoria & pronunciatio:quæ partes appellant̃ itegrales:eo q aliqua earũ defficiente rhetorica facultas integra nõ sit. Nã quẽadmodũ corpus aliquo membro deficiente imperfectũ est:ita rhetorica:siqua harũ defuerit:tunc integralis non erit:quia non satis esset inuenire:nisi inuenta disponerentur:neq disponi:nisi disposita eloquerentur:& elocuta memoriæ mãdarentur:& nisi inuenta:disposita:elocuta:& memoriæ mandata pronunciarentur.

agere & pronunciare rem sane non reconditam.
Q uis enim hoc non sua sponte uiderit: neminem
posse apte dicere: nisi & qd diceret: & quibus uer-
bis: & quo ordine diceret: haberet: & ea meminis-
set: atq; hæc non ego non reprehēdo: sed ante ocu-
los posita esse dico: ut eas itē quatuor: quinq;: sex-
ue partes: uel etiam septem (quoniam aliter ab
aliis digeruntur) in quas est ab his omnis ora-
tio distributa. Iubēt enim exordiri: ita ut eum qui
audiat: beneuolum nobis faciamus & docilem &
attentum. deīde rem narrare ita: ut uerisimilis nar-
ratio sit: ut aperta: ut breuis. post autem diuidere
causam: aut proponere: nostra confirmare argu-
mentis ac rationibus: deinde cōtraria refutare. Tū
autem alii conclusionem orationis: & quasi per-
orationē collocāt: alii iubent anteq̄ poretur: ornā-
di aut augendi cā digredi: deīde cōcludere ac per-
orare. Neq; hæc quidem reprehendo. sunt enim
concine distributa: sed tamen id quod necesse fuit
hominibus expertibus ueritatis non perite. Q uæ
enim præcepta principiorum & narrationum es-
se uoluerunt: ea in totis orationibus sunt conser-
uanda. Nam & ego mihi beneuolum iudicem fa-
cilius facere possum: cum sum in cursu orationis:
q̄ cum omnia sunt inaudita. docilem autem nō cū
polliceor me demonstraturū: sed tū cum doceo: &
explāo. attētū uero credo tota actiōe excitādis mē-
tib⁹ iudicū: nō pria denūciatiōe efficere possum⁹.

Agere: ad gestū corpis: pnunciare ad uocē refert. Rē sane nō reconditā. i. non obscurā: neq; latentem: q̄ ip-
sa se sua spōte offerat. Quis enim: & pbant illud: diuidunt inqt hanc facultatem in eiusmodi partes: q̄ oibus
facile offeruntur: ut sua spōte cognosci possunt sine ullis hmōi pceptis. Nemo est enim qui nō uideat neminē
posse apte dicere: nisi qui illa intelligat & habeat qd dicat. Quid diceret: pp inuentionē. Quibus uerbis: p-
pter elocutionē. Quo ordine: pp dispositionem. Meminisse: i. pp memoriā. Atq; hæc: ac si diceret: Non ne-
go quin sint apte disposita & cōgrue: sed ea nō necessaria eē cōcēdo. Ante oculos. i. manifesta esse oibus. Vt
eas itē quatuor: hoc dicit scdm diuersas rheto
rū opiniōes. Alii. n. dixerunt orationis ptes q̄
tuor tantūmodo. hi sunt q diuisiōi annectūt
cōfirmationē. Dicunt. n. diuidi in exordium,
narrationē, cōfutationē, diuisionē. Alii qnq;
ptes: exordiū, narrationē, diuisionē, cōfirma-
tionē, & cōclusionē: q a cōfirmationi coniun-
gūt cōfutationē: sed a diuisione separant con
firmationē. Alii sex. s. exordiū, narrationē, di-
uisionē, confirmationē, cōfutationē, & cōclu
sionē: & hæc opinio uulgatior ē. Alii septem:
nā his oibus ptibus addiderūt digressionē: ut
orōnē exornemus: aut augeamus anq̄ pore-
mus. Aliter ab aliis: ab aliis plures: ab aliis pau
Narrationis partes ciores: ut mō dicebā. Iubent: nūc partes orō
nis ostēdit & q̄ pcepta in una quaq; parte ipsi
rhetores tradiderūt. Beneuolū: hę partes sūt
exordii: beneuolentia: docilitas: & attentio.
Narrationis partes sunt tres: ut breuis: ut ueri
similis: ut dilucida sit. Post autem diuidere:
quia diuisio duas partes habet: enumeratiōe3
uidelicet & expositionē. Enumeratio, q̄ cōti-
neri nō debet plus q̄ tribus ptibus: & exposi-
tio cū res de qbus dicturi sumus breuiter ex-
ponimus & absolute. Proponere: cum ondi-
mus qd nobis cōueniat cū aduersariis: aut qd
in controuersia nobis reliquū sit. Tū. i. post
has qnq; ptes. Perorationē. i. finē orōnis: nā
porare ē finē orōni iponere. & nihil interest in
ter porationē & cōclusionē. Alii iubēt: scd3
eos q dicūt septē eē orōnis ptes. Digredi: di-
gressionē fieri. Ornādi: tūc cū ea q̄ p oē3 orō
nē dixerimus: exēplis ornare uoluerim⁹. De-
inde: & ubi p digressionē ornauerimus & am
plificauerimus: cōtinuo deīde inferat conclu-
sio. Cōcludere: efficiendo id qđ intendimus.
Perorare Perorare: hoc ē finē iponere. Neq; hæc q-
dē: paucis uerbis oia quæ ad artē rhetoricam
pertinēt pcepta complexus est, sicut uidistis, Anto. Nūc aūt ondit: q ab initio istituerat. hæc apte quidē distri-
buta eē a rhetoribus illis græcis: nō tā perite satis: q ea ordinē quēdā pbatū magis habēt: q̄ utilitatē necessa-
riam. Nec hoc reprehendo: q uidelicet hæc præcepta rhetores græci inuenerint: & inuenta distinxerint. Cō-
cine. i. apte disposita: ut primo quidem materiam posuerint: postea in genera diuiserint: deinde in partes inte-
grales: deinde instrumenti membra proposuerint laudandum est. Sed tā: sensus est: congrue quidē distribue-
runt Græci rhetores: sed imperite: q necessario contigit oibus: qui a ueritate discedunt: nā imperite faciant ne-
cesse est. Quæ enim: hic probat græcorum rhetorum distributionem magis congrua3 fuisse q̄ uerā. Quæ
enim: uere inq̄ imperite distribuere: nam quæ dicunt exordiorū, & narrationū ppriā esse: ea ego totius oratio
nis sua esse confirmauerim. Neq. n. in principio solū auditorē beneuolū: docilē: & attentū reddere uolo: sed in
oratione uniuersa. Nam ego: quō inquit beneuolū mihi facere auditorem potero: anteq̄ q̄cq̄ dixerimus de
causa quam suscepimus: cum enim non audiuerint: non pñt se nobis beneuolos præstare. In cursu. i. processu
orationis. Inaudita: qđ in principio est: cū nihil ab oratore dictū fuerit. Docilē: docilitatē ēt dico melius fie
Docilis ri posse: cum cām aperuero. Nam docilis est ille q aptus est doceri: idest q cām intelligere cœperit. Polliceor:
scilicet anteq̄ aliqd sit auditum. Cum doceo: aperiendo eā per diuisionē. Explano: demonstrādo cām per
expositionem. Attentum uero: sed attētionē comparare debemus ab aduersariis: non per exordiū solū: sed p
uniuersam orōnem. Tota actione: idest tota pnunciatione: quāuis actio magis ad gestum corporis ptineat.
Actione: demonstrando argumēta nra. i. in confirmandis nostris: & aduersariorum refellendis. Excitan-
dis: commouendis ad audiendum. Non prima denunciatione. i. non prima principii ostensione.

Iam uero:

Iam uero:hactenus ostẽdit imperite græcos illos artis scriptores fecisse q̃tũ ptinet ad exordium:q hæ pprietates nõ magis sunt exordii:q̃ totius orationis: nunc illud idẽ ostẽdere aggredit de pprietatibus narrationis: quæ sunt breuitas, uerisimilitudo,& diluciditas:& ita tenendum est uniuersã orationẽ debere:& breuẽ & uerisimilem & dilucidam esse. Qui:p quõ.q.d.nulla hac ratione ducti fecerunt. Cũ in hoc omnis est error:sensus est:Icirco inqt rhetores græcorum falluntur:q hanc dicẽdi rõnẽ:siue facultatẽ certis quibusdam ac diffinitis generibus & partibus:sicut cæteras artes cõphendi arbitrantur:quod longe secus est.nam oratoris officium multo latius patet:q̃ q dispositis distinctisq quibusdam quasi membris corpus unũ efficiat:ut uerbi gratia: Aliæ quidem artes certis quibusdam generibus & partibus continẽtur:qd de arte rhetorica dici non potest. nam illa omnes alias præstat artes & comprehendit:sicut Cicero dicit:Grammatica distribuitur incerta ac diffinita quædam genera: nam eius q̃tuor sunt genera:litera, syllaba, dictio, & oratio. Literarum rursus quinque partes: aliæ uocales:aliæ semiuocales:aliæ consonantes:aliæ mutæ:aliæ liquidæ. Syllabarum aliæ sunt unius literæ:aliæ duarũ:aliæ trium: aliæ plurium cõphensio. Dictionũ partes sunt: nomen:uerbũ:participiũ:& pnomẽ: & reliq̃. Orationũ uero aliæ pfectæ:aliæ imperfectæ: aliæ cõgruæ:aliæ incongruæ: & tam generũ q̃ partiũ descriptiones atq diffinitiones sunt faciẽdæ:qd in cæteris oibus artibus fieri posse reperies:sed nõ ita in arte rhetorica: & hoc est qd dixit supius Antonius nõ artẽ eẽ:sed semiplenam:& omnes artes cõplecteretur amplitudine sua:q magna sit:& late pateat. In hoc uidelicet:in hac facultate rhetorica. Cæteroꝝ.s.artificioꝝ. Dissimile.s.artificio:grãmaticæ:dialecticæ:astrologiæ:musicæ: arithmeticæ:astronomiæ: & sic de cæteris huiusmodi. Cuiusmodi sicut superius. nam cum Crassus diceret ius Ciuile oratori necessariũ esse:idq pbare uellet facillimũ eẽ:dixit: corpus esse iuris ciuilis paucis generibus posse cõphendi:quia tria sunt tantũ.s.ius naturale:ius lege:& ius cõsuetudine. Deinde singuloꝝ generꝝ ptes.s. religio: pietas:gr̃a:uindicatio:& obseruantia:& ueritas. Ius cõsuetudine:pactũ:par:& iudicatũ. Ius lege & earũ ptiuꝫ diffinitiões: nã tot ptes sũt:quot leges iuriscõsulti exędificauerũt. In quo:uidelicet in exponẽdis gñibus reꝝ.

Iam uero narratione:q iubent uerisimilem esse:& apertam & breuem:recte nos admonent:qui autẽ hæc narrationis magis putant esse propria:q̃ totius orationis: ualde mihi uidentur errare omnino:cum in hoc omnis est error:q existimant artificium esse hoc quoddam non dissimile cæterorũ: cuiusmodi de ipso iure ciuili hesterno die Crassus componi posse dicebat:ut genera rerum primum exponerent:in quo uitiũ est:si genus ullum prætermittatur:deide singulorum generum partes: in quo & deesse aliquam partem & superare mendosum est:tum uerborũ omnium diffinitiones.in quibus neq abesse quicquã decet:neq redũdare: sed hoc si in iure ciuili:si etiam in paruis aut in mediocribus rebus doctores assequi possunt: non idem sentio tanta hac in re:tanq immensa posse fieri. Si autem qui arbitrantur:deducendi sunt ad eos:qui hæc docent omnia iam explicata:& perpolita assequentur.sunt enim innumerabiles de his rebus libri:neq abditi:neq obscuri.Sed uideant quid uelint:ad ludendum ne:an ad pugnandum arma sint sumpturi? aliud enim pugna& facies:aliud ludus:

Vitiũ ẽ si genus ullũ pretermittat:oĩs diuisio generꝝ debet esse plena:ut nullũ oĩno relinq̃tur. Mẽdosum:q̃a sicut gñ a ponẽda sunt oĩa:ita & generꝝ ptes. Tũ uerboꝝ oĩum diffinitiões:in diffinitiõe cauẽdũ ẽ:neqd pretereat:qd ab aliis separat diffinitũ:q̃ sunt genus & dr̃iæ:q̃bus positis qcq̃d accesserit supfluũ erit:ergo in descriptiõe reꝝ pprietas circũscribat. Diffinitiões:generꝝ & ptium. Sed si hoc:sed si hoc inqt fieri põt in disputatiõe iuris ciuilis:ut ipsius quoddã q̃si artificiũ fiat:& si hoc idẽ in cæteris artib⁹ fieri põt.i paruis:ut i grãmatica.i mediocribus:ut arithmetica.nõ hoc idẽ cẽseo posse fieri i hac arte rhetorica. Iã dignior:q̃a pstat cæteris oibus. Et maior:q̃a oẽs artes cõplectit. Hoc:uidelicet ut artificiũ quoddã fiat ex generibus:& partibus generũ distinctis ac dispositis. Tãta re.s.magnitudine: qua oibus præstat. Immẽsa:latitudine:q oẽs complectatur. Sin autem:sensus est: Artẽ rhetoricã certis generibus ac partibus comprehẽdi posse ego nõ arbitror: his aũt q arbitrant satisfacient græci doctores.si modo eloquentiæ præceptores adhibendi sunt:quod ego nõ concedo. Ad eos.s.rhetores græcos,q hæc tradunt pcepta. Oia iam explicata.i.explanata. Perpolita.i.pfecta.translatio a fabris. Sunt.n.innumerabiles:apud græcos hos qui se rhetores profitẽtur:multi sunt libri: nec obscuri:ut Hermagoras:Hermogenes:Lysias:& complures alii:qui de arte rhetorica scripserunt. Nõ abditi:quia per se clari sunt. Neq obscuri:idest neq perplexi, atq difficiles. Sed uideant:sed non mihi uident adhibendi eloquentię rhetores huiusmodi:quia aliud est quod ipsi pcipiunt:& aliud qd cõuenit oratoribus.

Ludẽdũ:q̃a græci rhetores ludere potius q̃ certare docẽt.& ẽ trãslatio a tironib⁹:q pludiis q̃busdã se exercẽt anteq̃ ad ueꝝ pliũ descẽdant. Arma:eloquentiæ. Ad ludendũ:more declamãdi:sicut in schola fit. Arma: nã arma sunt cuiuslibet rei istrumẽta.ut Virg.in Georgicis:Dicẽdum:& quę sint duris agrestibus arma. Pugna:in acie, ubi non simulara pugna, sed uera exercet. Ludus:in cãpo Martio:ubi præludia fiebant pugnæ. Arma

Facies:aspectus:q̃a facies est igenitus cuiuslibet rei aspectus. Aliud:quia horridus aspectus pugnæ aliud requirit.s.magnanimitatẽ. Ludus:aptitudinem & agilitatem quandam corporis.& persistit in translatione: ut ostendat pugnandum quodammõ esse oratori:cũ ad cãm dicendã uenerit:siue defendat, siue accuset.

campusq; noster desiderat. Attamē ars ipsa ludrica armorū & gladiatori & militi prodest aliquid: sed animus acer & præsens & acutus: idem atq; uersutus: inuictos uiros efficit non difficilius arte cōiuncta. Quare ego tibi oratorem sic iam instituā si potuero: ut quid efficere possit ante perspiciam. Sit enim mihi tinctus literis: audierit aliquid: legerit: ista ipsa præcepta acceperit: tētabo qd deceat: quid uoce: quid uiribus: quid a spiritu: quid lingua efficere possit. Si intelligā ad summos posse peruenire: nō solum hortabor ut elaboret: sed etiam si uir quoq; bonus mihi uidebitur: obsecrabo. tātum ego in excellente oratore: & eodem uiro bono puto esse ornamenti uniuersæ ciuitati. Sin uidebitur impar cum omnia summa fecerit: tamen & mediocris orator esse uenturus: permittam ipsi quid uelit: molestus magnopere nō ero. Sin plane abhorrebit: & erit absurdus: ut se contineat: aut ad aliud studium transferat: admonebo. nam neq; is qui optime potest: deserendus est ullo modo a cohortatiōe nostra: neq; is qui aliquid potest deterrēdus: qd alterum diuinitatis mihi cuiusdā uidet: alterū non facere qd nō optime possis. uel facere: qd non pessime facias: humanitatis. tertiū uero illud: clamare cōtra q̄ deceat: & q̄ possit hoīs est: ut tu Catulle de quodā declamatore dixisti: stultitiæ suæ q̄ plurimos testes preconio domestico colligentis.

Cāpus: qa in cāpo Martio ꝓludia q̄dā fiebāt: i qb⁹ imago q̄dā erat ueri certamīs. Attñ: diceret aliqs nōne di micādi peritia ꝓdest: ꝓdest qdē: sed ita: si magnitudinē quādā animi adhibuerit. Ludrica armorū. i. dimicādi ꝑitia. Gladiatori: qui singulari certamine dimicat. Militi: qui cum hostibus pugnat. Acer. i. acris & uehe mens. Præsens: firmus ac stabilis. Acutus: ꝑspicax in cognoscēdis his q̄ cliētibus suis ꝓsunt. Versutus: i in ueniendis reb⁹ q̄ aduersariis suis noceāt: & illud qdē est ꝑspicacitatis igenii: hoc uero calliditatis. Versutus dr̄ cuius mēs crebro uertit ad malitiā. Inuictos uiros. s. oratores inuictos in hac arte dicendi. Efficit: reddit. Nō difficilius: qa prodest, ut dixit, multis ars dimicandi: sicut oratori artificiū dicendi: sed non in eo ponēda sunt omnia. QVAre ego tibi: hoc est scd̄m caput huius tractatus: ubi docet q sint ad oratoria studia admittēdi. Et quæ in optimis oratoribus excellāt: nō soluꝫ diligenti imitatiōe: sed ēt frequenti exercitatiōe ꝓsequēdū. Ita inqt Antoni⁹: q̄n̄qdē de instruendo oratore dicturi sumus: primo mihi considerandū uḟ: qd ualeat nūqd ad eā ꝓstantiā uenire possit: neq;. n. de mediocri: aut humili loqmur: sꝫ de excellenti: & ꝓstanti. Quare: q̄n̄qdē nō mihi uidentur oia: q̄ ꝓpria sunt oratoris in his cōsistere: q̄ uulgo dicunt: dicā ego qd de oratore sentiam. Instituā. i. sic incipiam fingere oratorem. Quid efficere possit. i. q̄tū ualeat. Ante: uidelicet q̄ ad hanc facultatē admittendū eē censeā. Si. n. & incipit ostēdere: qbus modis ꝑiculū faciat eius: quem ad facultatē admittēdū iudicabit. Mihi: sup uacuū est: & nihil significationis habet: ut idē Cice. in alio loco: Qui mihi accubatis. Tinctus: ībutus: & mediocriter eruditus. Audierit: a p̄ceptoribus. Legerit: p se ipse ex libris. Ista ipsa p̄cepta: q̄ uulgo tradunt a rhetoribus græcis: q̄ paulo an̄ dixit de materia oratoris: de duplici forma: & cæteris hmōi. Quid deceat. i. qd decens sit & q̄ idoneus sit. Voce: quæ in tres ptes diuidit: in magnitudinē: firmitudinē: & mollitudinē. i. an magnā: firmā: & ꝓ cōmō suo uariabilē hēat uocem. Quid uiribus: declarat uidelicet qd spiritu. i. tētabo an firmis: & bonis lateribus sit ad ꝓnunciandū. Quid lingua. i. an uolubilē: & expeditaꝫ habeat linguā. Si intelligā: si oia uidebūtur inēē adulescēti: q̄ ad summū oratorē ꝓuehāt: tantū oratori optimo tribuo: ut ipm nō solū adhortari: sed ēt obsecrare non dubitem. Elaboret. s. in studiis eloquētiæ. Si uir quoq; bonus: si non solum ad hāc facultatē ꝑdiscendā natus erit: uerūetiā uir bonus fuerit. h. d. quia eloquētia sine sapientia prodest nūq̄: obest uero sæpe: qd etiā Quinti. sentit: cum diffinit oratorē: Orator est uir bonus dicendi peritus. Nam uniuersa ciuitas (ut Hesiodus ait) sæpe malum hominem sentit. Pari ratione bono uiro uniuersa ciuitas fruit. Sed si mihi nō dederit spē posse ad summū oratorē peruenire: nō ualde eū sollicitabo: sed ad arbitriū suū dimittam: uelit an nolit eloquentiam sequi. Sin impar: si uidebitur non posse adæquare summū oratorē. Mediocris: ut mediocriter eloquentia ualeat. Molestus. i. non magnopere fatigabo: aut sollicitabo eum: uel adhortatione uel prece. Sin plane: sed si omnino ineptus erit ad hæc studia eloquentiæ: ut nullaꝫ partē nec corporis habeat: nec ingenii: uel perexiguū admodum ipsum non solum dehortabor: sed etiā deterrebo: ut ad aliud se trāsferat. Abhorrebit: idest manifeste alienus erit. Absurdus: absonus. Contineat. s. ab eloquētia. Aliud trāsferat studiū: cui magis uideatur esse idoneus. Nam neq;: & reddit rationē: cur primum quidem adhortabit: secūdū nō ualde sollicitabit: postremum uero oīno alineabit. Optime. s. eloquētiā cōsequi. Deserēdus: non debemus eum sine adhortatiōe unq̄ reliquere. Neq; is: q mediocris orator euadere posse uḟ. Deterrēdus: remouendus etiam si in hac arte optime non ualeat. Quod. s. euadere optimum oratorē. Alterꝫ: uidelicet nō facere: qd non possit optime facere: uel facere qd nō possit. Alterꝫ: ut q mediocris facultatis est ad eloquētiā. Tertiū: uidelicet ineptū oīno nihilominus studiis eloquētiæ īsistere: nihil aliud facere uideṫ q̄ q tu o Catulle aliqū de quodā declamatore dixisti: q erat ineptus. Deceat: cōueniat. Quā possit. i. supra uires suas. Præconio domestico: sensus est: Absurdū & alienū ab eloquentia hominem: uelle tñ eloquentiæ studiis operā dare: nihil est aliud q̄ clamando ineptiæ suæ arbitros facere: quemadmodum præco tuba strepens populum colligere

Versutus

Orator q

ligere solet:in quo ēt cōparat horridū clamorē oratoris tubæ strepenti pconis. Nā cū uoluerit clamare: testes oēs ineptiæ suæ faciet:q ad eū clamantē concurrent. Colligētis pconio.i.uoce. Nā quēadmodū pco tuba populū colligit:ita ipse cū in foro ineptus sit:tū clamare uelit:oēs cōcurrere facit:& multos q ineptiæ suæ ignari erant testes facit. De quodā declamatore:nā Catullus luserat in quēdā declamatorē:ad quē oēs cōcurrebāt nō audiendi:sed ludificandi cā. De hoc igr:nūc dicit:Postq̄ delegerimus eū:q ad eloquētiā idoneus fuerit:reliquū erit:ut ea ipsi tradere uelimus:quæ nos usu & exercitatione consecuti sumus. Neq;.n. meliora habemus

De hoc igitur:qui erit talis: ut cohortandus:ad iuuandusq; sit:ita loquamur: ut ei tradamus ea dumtaxat: quæ nos usus docuit: ut nobis ducibus ueniat eo: quo sine duce ipsi peruenimus: quoniam meliora docere non possumus. Atq; ut a familiari nostro exordiar:hunc ego Catulle Sulpitium primum in causa paruula adulescentulum audiui: uoce & forma & motu corporis & reliquis rebus aptum ad hoc munus de quo quærimus. oratione autem celeri & concitata:quod erat ingenii. sed uerbis efferuescentibus:& paulo nimium redundantibus:quod erat ætatis:non sum aspernatus. Volo enim se efferat in adulescente fœcunditas:nam facilius sicut in uitibus reuocantur ea quæ sese nimium profuderunt:q̄ si nihil ualet materies:noua sarmenta cultura excitantur:ita uolo esse in adulescēte:unde aliquid amputem. non enim potest in eo esse succus diuturnus:quod nimis celeriter est maturitatem assecutum. Vidi statim docilem:uidi indolem:neq; dimisi eū perdere tempus: sed eū sum cohortatus: ut forum sibi ludum putaret esse ad dicendum:magistrum autem quem uellet eligeret:me quidem nō:sed si audiret L. Crassum quod iste arripuit:& ita sese factuꝝ cōfirmauit:atq; ēt addidit grā.s.cā:me quoq; magistrū sibi futuꝝ. Vix annus itercesserat ab hoc sermone cohortationis meę: cū iste accusauit C. Norbanū defendēte me:

præcepta: qbus ipsum instituere possimus, q uelit peruenire ad summā eloquentiā. Talis .i.q natus erit ad eloquentiā. Quæ nos usus docuit:in ea quæ nos usu & exercitatione didicimus. Eo.i.ad eā dicendi facultatē. Ipsi .s.ego & tu o Crasse. Atq; ut:& incipit per similitudinem ostēdere:qualis esse debeat:q ad eloquentiā adhibet. Atq; ut.i.de familiaris nostri Sulpitii exēplo sumam dicendi principiū:qualis eē debeat:q ad oratoriā facultatē admittit. Hunc: demonstratiue dixit. In causa paruola.i.exigua & exili & facili. Voce.s.canora:firma:magna:& uersatili:& clara Forma:uultus, habitu, & oris. Motu corporis.i.gestu. In reliquis:uidelicet in spiritu & lingua:ut firmis lateribus & uolubili lingua esset. Celeri:ueloci:& agitata. Ingenii: naturæ suæ. Efferuescentibus.i.erūpentibus. Redūdantibus.i.superabundātibus:& est translatio a fonte scaturiente & erumpente. Aetatis:nā adulescentiæ concedit̃ luxuries quædam oronis. Quod.s.hanc uim & uehementiā:copiā:& ubertatē dicēdi. Nō sum aspernatus:liptote est.i.libenter admisi. Efferat.i.se effundat. Fœcunditas.i.copia dicēdi. Nā facilius sicut in uitibus: pulcherrima similitudo:Sicut lasciuientis uitis facilius est pampinos reprimere, q̄ in uite deficiente nouā uirgulā excitare:ita est ēt oratoris facilius lasciuiētis orationem refrenare:q̄ languescēti nonnihil addere. Nimiū profuderunt.i.nimium profusa sunt. Nam pampini cuꝫ nimis luxuriauerint reprimi possunt falce. Quam si nihil ualet.i.si languescat. Excitantur:psistit in translatione.i.ea aliis excitantur.i.ex uitibus inutilibus. Noua sarmenta.i. tenellæ & nouæ uirgulæ pululantes ex uite:quas cuꝫ excideris periculum est ne uites intereant, Cultura:satione uinitoris opera, & industria. Excitantur:cultura, insitione:quia non tam facile suscitantur. est inserere uites. Noua sarmenta.i.nouos surculos. Ita uolo: pari ratione de oratore:si in eo superflua oratio fuerit:facile erit reprimere:si uero defuerit oratio:non tam facile erit excitare. Amputem:abscindam. Non enim:reddit rationem cur uelit in adulescente aliquid superabundare:quod amputari possit. Quicquid enim cito maturescit:breuiter succum amittit:& unum sequitur ex altero:& in translatione persistit. Significat autem moderatam in adulescente orationem cito euanescere.

Vidi docilem.i.doceri aptum & idoneum. Indolem.i.uidi statim uirtutis imaginem:quæ ipso aspectu dignoscitur. Indoles enim est species futuræ probitatis. Eum.s. Sulpitiū. Perdere tempus.s.in schola declamatorum. Cohortatus:sed eum admonui:ut sibi forum pro schola deligeret:ubi causas ageret. Ludum: scholam. nam magister ludi dicitur magister scholæ. in schola enim quasi ludi exercentur. Magistrum.s. oratorem quempiam & persistit in similitudine:sicut scholastico ludus, ita oratori forum sit quasi studium. Me quidem si:& ēt admonerem:si mihi obsequeretur:ut præ cæteris deligeret L. Crassum:qui disputationi intererat. Sed audiret.i.siquidem obtemperaret mihi: & est honestus dicendi modus. Quod.s. consilium meū,

Indoles

Magr ludi

Ita sese facturum.i.nec ipse quidem tardus fuit ad parendum præceptis meis. Arripuit.i.raptim accepit: & sine mora. Ita:quēadmodum præceperam. Atq; ēt:& præterquam q ipsi L. Crassum quasi magistrum pponebam:me quoq; promisi magistrum fore, si uideretur. Gratiæ.i.causæ mei erga illum fauoris. Me quoq;:idest non solum magistratum habiturum esse L. Crassum:sed me quoq;:si ita uideretur. Vix annus intercesserat:& nihil mea me fefellit opinio:nam uix anni spatium præterierat:cum hic ausus est accusare C. Norbanum me defendente illum. Accusauit:scilicet repetundarum.

Arripere

non est credibile quid interesse mihi sit uisum iter eum qui tum erat:& qui anno ante fuerat:omnino in illud genus eum Crassi magnificum:atq; pręclarum natura ipsa ducebat:sed ea non satis perficere potuisset:nisi eodem studio atq; imitatione incidisset:atq; ita dicere consuesset:ut tota mente Crassū: atq; omni animo intueretur. Ergo hoc sit primum in præceptis meis:ut demonstremus: quem imitetur:atq; ita ut quæ maxime excellant: in eo quem imitabitur:ea diligentissime persequatur. Tum accedat exercitatio:qua illum:quem ante delegerit: imitando effingat:atq; ita exprimat: nō ut multos imitatores sæpe cognoui: qui aut ea quæ facilia sunt:aut etiam illa quæ insignia:ac pene uitiosa cō sectentur imitando. nihil est facilius: q̃ amictum imitari alicuius:aut statum:aut motum. si uero etiam uitiose aliquid est id sumere: & in eo uitiosum esse:non magnum est:ut ille qui nunc ēt amissa uoce:furit in repu. Fusius neruos in dicendo C. Fimbriæ:quos cum habuerit ille:non assequitur: oris prauitatem:& uerborum latitudinē imitatur. Sed tñ ille nec deligere sciuit:cuius potissimum similis esset:& in eo ipso quem delegerat: imitari ēt uitia uoluit. Qui aūt faciet:ut oportet:primum uigilet necesse est in deligendo:deinde quem probauerit i eo:q̃ maxime excellēt:ea diligētissime persequat.

Nō est credibile:credi nō pōt q̃ta mihi differētia uisa fuerit inter Sulpitiū qualis erat cū adhortatus sum illū & q postea fuit:cū aduersus C. Norbanū cām diceret. nā idē eē nō uidebat. Interesse.i.differre. Qui tū.s.tpe adhortationis meæ. Anno añ.s.accusationē Norbani:ac si diceret multo, multoq; p̄clarior. Oio:sensus est: Valde natus erat: ut assequeret Crassi excellētē dicēdi rōnē. Magnificū:dignitate. Præclaꝝ:excellentia. Sed ea:natura qdē plurimū ualet:sed ipsa p se infirma est:nisi studiū & idustria adhibeat. Sed ea.s.natura:tā & si erat egregia i Sulpitio:tñ nō potuisset oia efficere ad cōsequēdū illd gen⁹ Crassi:nisi studiū & idustriā ad illd adhibuisset. Eodē:est aduerbiū.i.in id gen⁹ studio & uolūtate icidisset:nisi dicēdi cōsuetudinē adhibuisset. Tota mēte.i.oi disputatione atq; uolūtate Crassum sibi pponeret, quē imitaret. Ergo hoc:a supiori infert:q̃uqdē, inqt, tm̃ ualet imitatio, sicut exēplo Sulpitii ośdimus:ergo hoc sit primū in p̄ceptis meis: ut excellētes uiros ipsi pponam⁹:quos sequatur & imitet egregie:& quēadmodū demonstram⁹ hác uiá suscipiēdá eē:ut qcqd egregiū uidebit in eo quē imitabit:id studeat diligentissime assequi. Nō.n.oia imitari debemus:q̃ in eo sunt: qa poterit ēt in eo aliqd inesse uitii:sed tm̃modo q̃ optima sunt & excellētia. Demōstremus.s.qualis eē debeat is quē imitemur. Excellēt.i.p̄stabūt & p̄clara erunt. Tū accedat.i.cū ea cognouerit:q̄ in oratore uidebunt esse p̄stantiora:ad q̃ tota mēte feretur:uel in ipsum diligentissimá adhibere exercitationē: ut quē imitat exprimet possit,& rep̄sentare. Accedat:adiiciat. Qua illū ef fingat atq; exprimat.i.formet,& rep̄sentet. Ita nō ut multos:ośdit modū imitādi. sensus est: Volo inqt ubi cognouerit q̃ in oratore p̄stantissima sint:q̃ imitāda suscepit: tūc adhibeat exercitationē ut formare, ac rep̄sentare possit, quē imitat. nō tñ exēplo eoꝝ duci:qui adeo studiosi sunt imitādi eos: quos sibi pposuerint:ut nō solū q̃ in his p̄clara sunt:ueꝝ ēt q̃ facilia sunt & uitiosa imitāda cēsuerit:quorū alteꝝ uulgare:alteꝝ nō pbādū. Insignia: magna & notabilia. Insigne nō solū de uirtute:sed ēt de uitiis: Omne.n.qd̄ excellit siue illud uitiū:siue uirtutis fuerit:insigne appellat. ut Vir. Scilicet añ alias amor est isignis equarū. Nihil est facilius:& cū duo pposuerit uitanda imitatione:unum est ne facilia deligamus, alterum ne uitiosa. Demonstrat facilia primum:deinde uitiosa:& more optimi præceptoris Ci. proponit primo quidem quid faciendu3. Facilius:siquis delegerit sibi imitandum oratorem præstātissimum: & imitabitur eius habitum:nihil magnum erit. hoc.n. facillime faciet:ut qualis erit habitus:talem & ipse habere possit. Amictum.i.cultum corporis:ut pallam ab humeris pendentē usq; ad talos habeat. Statum:q̄uo steterit in pronunciando eodem mō stare studeas. Aut motum:uidelicet gestum corporis:quo gestu corporis usus fuerit in pronunciando:eo tu quoq; utatis:quæ oia sunt facillima: sed in aliis quæ sunt probabiliora. Si uero:& hoc quantum ad ea quæ facilia sunt. In eo.s.quē imitari constituis. Vitiosum:natura.n.homines ad uitia procliues sunt:utrunq; ergo uitare debemus. Vt ille Fusius:& exemplum ponit cuiusdam Fusii:qui cum sibi C. Fimbriam imitandum proposuisset:quæ in illo uituperanda erant diligentissime assecutus est:uirtutem uero oino prætermisit. Amissa:pp ætatem cum senex esset:& uocem pene amisisset. Furit:dicendo de repu. in oratione sua. Quos cum:& quamuis insaniat:non tñ assequitur neruos C. Fimbriæ in dicendo. Neruos:uim & uirtutem orationis in dicendo. Oris prauitatē.i.peruersitatem & deformitatem. Nam quia Fimbria incitatior erat in dicēdo:necesse erat ut rictum oris deformatet qd̄ fieri solet ab his qui incitatiores sunt. Et uerborum latitudinem.i.hiantia uerba,& lōgo ambitu pronunciata. Sed tñ:hic dupliciter errauit:& q; non delegit optimum:& q; in eo quem delegit:uitia potiusq̃ uirtutes est assecutus: optimus est ille in quo nihil oino insit uitii. In eo.s. Fimbria:si nō delegit optimum:at saltē omissis uitiis:quæ in eo probanda erant, imitatus esset. Qui aūt:concludit ergo ne in alterum horu3 uitioꝝ aut in utrunq; incidamus.s.& facilia & uitiosa. Primum quidem dabit operam:ut optimum deligat:q; si optimum delegerit:non poterit facere quæ probanda non sunt:sed tñ si quem sibi proposuerit in quo sit aliqd uitii:imitetur uirtutes eius tm̃. Vigilet.i.diligens sit. Excellent:præstabunt. Deligendo.s.optimū oratorē.

Insigne.

Quid

Quid enim : hic Antonius:ſiue Cice.in perſona Antonii auctoritate maiorum probat proponendum eſſe quendam in dicendo probatiſſimum:quem imitemur.Dicit enim hoc idem factitaſſe oratores illos ueteres: ut imitarentur quempiam: q ſiquis eorum ſcripta diligentius conſideret id eos omni ætate ſeruaſſe reperiet. Extulerint:ediderint:prouexerint:ut Virg.Extulit hæc Decios:Marios:magnoſq; Camillos. Aetates:alii diffiniunt numero centum annorum:alii triginta tantummodo:quanto tempore curſum ſuum Saturnus peragit. Quod non tam:id ita fuiſſe:uidelicet ætates omnes ſua quæq; dicendi genera habuiſſe.poſſumus facibus in græcis cognoſcere:q̄ in latinis. propterea quia græcorum multi libri ſunt:noſtrorum autem pauci admodum ne nullos dicam. Cuiuſq; ætatis:a tempore Craſſi intellige.Ex quorum ſcriptis:ex ſcriptis græcorum intelligi poteſt:quis cuique dicendi modus placuerit:& quo quæq; ætas dicendi genere delectata ſit. Ex ſcriptis:quæ plurima uſq; ad hanc ætatem permanent : quæ dicendi uoluptas: ideſt qui dicendi modus cuique placuerit. Pericles:qui & orator inſignis & philoſophus: & dux inclytus Athenienſium fuit: quorum rempu.quadraginta annis mira prudentia rexit. Alcibiades:in quo natura uidetur experta quid efficere poſſit:ut Aemilius probus dicit.Namque imperator fuit & terra & mari ſummus:atque in primis diſertus : cuius tanta erat commendatio oris ac orationis:ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere.fuit autem educatus in domo Periclis patrui ſui : ſicut teſtatur Iuſtinus:eruditus uero a Socrate. Thucydides:hic non orator ſolum:ſed hiſtoriarū ſcriptor clariſſimus euaſit. Subtiles : diſputādo. Acuti:inueniēdo. Breues:quibus nihil ſupereſt. Abundantes:quibus nihil deeſſet. Thucydides: nam de Thucydide ſuperius dixit:q uerba propemoduʒ ſententiis adæquauit.Nam hi omnes uno ferme genere delectati ſunt. Non potuiſſent:ecce quomodo nunc quaſi infert quod ſuperius dixerat: ſemper imitationem fuiſſe apud illos uetuſtiſſimos:non potuiſſe omnes unum dicendi genus conſequi:niſi habuiſſent quempiam unū quem imitati eſſent:& ideo factū eſt:ut oēs idē genus haberent. Critias:Theramenes,Lyſias:hi oēs demagogi fuere Athenienſes:hoc eſt qui populū quocūq; uellent,trahere poterant.Lyſias uero miræ iucunditatis fuit orator ſubtilis atq; elegans:ut Quintilia.ait:Et quo niſi ii oratoris ſatis ſit dicere quæras perfectius. Nōnulla Critiæ:hi quaſi in alia ætate cœperunt non nihil a charactere illo antiquiſſimo declinare:ſed tū retinebant illam dignitatem Periclis. De Theramene:cuius pauciora ſcripta permanent. Succum.i.dignitatem:& grauitatem. Filo.i.tractu orationis. Tranſlatio ſumpta a filante:ut ſupra diximus.Ci.Aliud quoddā quaſi filuʒ tuæ orōnis deſideramus. Ecce tibi:tertia ſubſecuta eſt ætas in qua Iſocrates ille rhetor potiſſimum uiguit:q ſcholam ēt Athenis celeberrimam habuiſſe fertur:ex cuius ſchola præſtantiſſimi oratores : atq; phī euaſere. Fuit.n.Gorgiæ auditor:&,teſte Quintilia.in diuerſo genere nitidus,& comptus,& palæſtræ:quam pugnæ accommodatior:oēs dicendi Veneres ſectatus.In inuentione facilis:honeſti ſtudioſus. In cōpoſitione adeo diligens:ut cura eius reprehendatur.Tibi uacat:ſicut mihi plerunq;:ut Virg.Mihi non ſegnior ito,nam hic mihi nihil facit. Cuius e ludo.i.cuius ex ſchola. Equo Troiano:Troianum equum dicit:quo capta eſt Troia:in quo armati uiri græcorum principes delituerunt.h.d.ſicut ex equo Troiano principes euaſerunt:ita ēt ex ſchola illius euaſerunt principes eloquentiæ. Sed eorum.ſ.principum eloquentiæ. In pompa.i.in turba diſcipulorū. In acie.i.in forenſi certamine. Alii inquit delectati ſunt eloquentia ſua:qua utebantur apud diſcipulos. Alii qua utebant̄ in foro.i.in cauſis forenſibus:ubi quaſi in certamine oratores ad dicendum prodeunt. Itaq; & multos noīat ex his qui diſcipuli Iſocratis præſtātiſſimi fuerūt. Theopōpi.i.ſimiles Theopompo. Ephori.i. Ephoro ſimiles.de Theopōpo & Ephoro Ci.in Hortēſio: Theopōpū aūt acrē, Ephorum mitē eſſe cōmemorat. Naturis:ut de Theo.& Ephoro:qa alter acris,alter mitis erat. Voluntate:qa oēs ad idem dicendi genus tēdunt. Inter ſeſe:quia tenore quodam ſeniores ſemper iuniorū præceptores fuerunt. Magiſtri.ſ.Theopompus:Ephorus:Phyliſtus:Naucrates:& alii quos ſupra memorauit. Et ii qui ſe ad cauſas.ſ.Demoſthenes,Lycurgus,Aeſchines,Demarchus: qui in cauſis forenſibus uerſati ſunt . Declarat ergo quia dixerat in acie : hoc eſt in cauſis forenſibus claruerunt,Demoſthenes Athenienſis:Lycurgus Lacedæmonius.

Aetas

Quid.n.cauſæ cenſetis eſſe: cur ætates extulerint ſingulæ ſingula prope genera dicendi: qd̄ nō tam facile in noſtris oratoribus poſſumus iudicare: qa ſcripta ex quibus iudicium fieri poſſet: non multa ſane reliquerunt:q̄ in græcis:ex quorum ſcriptis:cuiuſq; ætatis:quæ dicendi rō ſiue uoluntas fuerit:intelligi pōt.Antiquiſſimi fere ſunt:quorum quidem ſcripta conſtent:Pericles atq; Alcibiades: & eadem ætate Thucydides:ſubtiles:acuti:breues ſententiis magis q̄ uerbis abundantes:non potuiſſet accidere ut unum genus eſſet oīum:niſi aliquem ſibi proponerent ad imitandum.conſecuti ſunt hos Critias:Theramenes:Lyſias:multa Lyſiæ ſcripta ſunt: nōnulla Critiæ:de Theramene audiuimus . oēs ēt tum retinebant illum Periclī ſuccum: ſed erāt paulo uberiore filo.Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorum oīum:cuius e ludo : tanq̄ ex equo Troiano:innumeri principes exierunt:ſed eorum partim in pompa:partim in acie illuſtres eſſe uoluerunt. Itaq; & illi Theopompi:Ephori: Phyliſti: Naucratæ:multiq; alii naturis differunt:uoluntate aūt ſimiles ſunt inter ſeſe:& magiſtri:& ii qui ſe ad cauſas contulerunt:ut Demoſthenes:Hyperides : Lycurgus:Aeſchines:Demarchus:aliiq; complures:

Et si iter se:ait et de his nūc q in pōpa claruerūt:dixit eos naturis differre ita et q in foro.i.q in causis uersabātur dissimiles naturis fuerūt:& tñ in eodē gñe uersati sunt. Virtutis.i.uehemētiæ:& dignitatis oratoriæ. Quoꝝ q̄diu māsit imitatio:plane nūc cōcludit Antonius id qd' itēdebat:singulū genus dicēdi singulis ætatibus māsisse:q unū sp ibi ppositū fuerūt. Postea q:de tribus generibus dixit:q in totidē ætatibus fuerūt: qa unū imitabanť oēs:sed postq̄ hi excesserūt:& imitatio piit:& meliores cœperūt eē:& hoc qa neminē secuti sunt:ut ex hoc pbet imitationē maxime pdesse oratori. Sensim:pedetētim. Obscurata ē.i.absoleuit. Euanuit:sublata ē,& oblitata penit⁹. Nā prio obscurior fcā ē:deide euanuit penitus. Molliora:effœminatiora. Remissiora: humiliora. Inde Demochares:quē aiūt filiū fuisse sororis Demosthenis:Phalerius Demetrius q(ut Ci.i of ficiis ait)disputator fuit subtilis: orator parū uehemēs:dulcis tñ:ut Theophrasti discipulū posses agnoscere. Politissimus:ornatissim⁹.

Quæ si uolemus:hęc ē cōclusio gñalis:uide licet imitationē sp i singulis ætatibus fuisse. Dicit.n.hodie quoq̄ Menedemus tm̄ suo dicēdi gñe pstat:ut Asiatici oēs eū imiteť.Quę .s.diuersa scripta græcoꝝ:q supra memorauimus. Perseq.i.narrādo numerare. Vt ego audiui:ut ad me delatū ē tota Asia imitať. Pleriq̄.i.ps maxima. Hāc igiť:postq̄ pbauit imitationē fuādā eē:qd' uidelicet plurimū utilitatis afferre possit:q ita eē pbauit exemplo græcoꝝ:q unaquaq; ætate sp unū aliqd' dicēdi gen⁹ habuerūt.Igiť qñqdē satis cōstat imitationē oratori eē utilimā:possumus hāc cōseq duabus rebus.s.exercitatione & scriptiōe. Imitatione.s.alicuius pbatissimi uiri. Crebris:frequētibus & diuturnis & intēsis. Scribēdo:nā hoc dixerat Crassus plurimū oratori cōferre:ut frequēter scribat. Q d'si:& hoc loco q̄si latēter mordet Sulpitiū:q neglıgens sit in scribēdo. Q d' si hic nr̄.s.Sulpitius faceret:ut nō solū exercēdo:sed et scribēdo exerceret. Pressior.i.subtilior:nā elimaret orōnē suā scribēdo:quēadmōm.n.scriberet:ita et loqueret. In q inest luxuries:q nōdū satis correcta:& emēdata ē:& similitudine segetū dixit luxuries q dā.Dicit āt reprimēdā eē superfluitatē orōnis:quā Sulpitius hēt.Luxuries pprie dī intēpestiua segetis abūdātia:ut Virg. Quid qd' ne grauidis pcūbat culmus aristis:

Luxuries

& si inter se pares non fuerunt:tñ sunt oēs in eodē uirtutis imitandæ genere uersati : quorū quandiu mansit imitatio:tandiu genus illud dicendi studiū q uixit.posteaq̄ extinctis his:oīs eorum memoria sensim obscurata est & euanuit:alia quædam dicēdi molliora:ac remissiora genera uiguerunt. Inde Demochares:quem aiunt sororis filium fuisse Demosthenis:tum Phalerius ille Demetrius omniū istorum mea snīa politissimus:aliiq̄ eorū similes extiterunt.Q uę si uolemus usq̄ ad hoc tps persequi intelligemus:ut et Alabandensem illum Menedemum:& eius filium Hirodem:ut ego audiui : tota imitetur Asia:sic semper fuisse aliquem: cuius se si miles pleriq̄ esse uellent.Hanc igitur similitudinē qui imitatione assequi uolet : tum exercitatiōibus crebris:atq̄ magnis:tum scribendo:maxime persequatur.qd' si hic noster Sulpitius faceret: multo eius oratio esset pressior: in qua nūc interdum ut i herbis rustici solent dicere:in summa ubertate inest luxuries quædā:quæ stilo depascenda est. Hic Sulpitius:Me quidem inquit recte mones:idq̄mihi gratum est:sed ne te quidem Antoni multū scriptitasse arbitror. Tum ille:Q uasi uero inquit non ea præcipiam aliis:quæ mihi ipsi desunt: sed tñ ne tabulas quidem conficere existimor:uerum etiam in hoc ex re familiari mea:& in illo:ex eo qd' dico quantulum id cumq̄ est:quid faciam iudicari pōt.

Luxuriē segetū tenera depascit i herba. Vt rustici:ubi luxuries abūdat in segetes:imittere solēt oues ut eā depascanť:ita et faciēdū ē i orōne Sulpitii:depascēda:moderāda:& deprimēda. Hic Sulpitius:Sulpitius q̄si subridēs Antoniū acriter mordet:dicit.n.recte tu qdē me admones:ut scribā:q nihil unq̄ scripseris:nā si id faceres:iusta cā eēt:cur me admoneres ad scribēdū. Sed ne multū: Antonius.n.sicut apd' Vale.legiť:aiebat se nullā scripsisse orōnē:ne si qd' priori cā actū erat:qd' ei noceret:quē postea defensurus eēt:ut id a se dcm̄ negare posset. Ne multū.i.nihil uel paꝝ:qa nōq̄ scripsit aliqd Antoni⁹:qd' qdē extet:nisi librū illū de eloquēti & diserto:quē sibi nescio quo pacto excidisset, dixit. TVM ille:caput tertiū i quo docet Antonius siue Ci.i psona Antonii multos sine cuiusdā imitatiōe solo naturæ studio claros euasisse. Deide nō prius ad cāæ dictionē puenīēdū eē: q̄ tota penitus ab oratore cā cognita sit.Sed prio Antonius rñdet ad id qd' supius i fine lectionis dixerat:nec te multū scripsisse arbitror.tu inqt mihi ita obiicis:q nihil scriptitaueri:qsi nō pcipiā ea aliis:q mihi ipsi desunt: ac si diceret:Scio me nihil scripsisse:sed nō pcipis aliis q̄ i me sunt. Sed tñ:quis inqt ea mihi desit:& ea ipa nō faciā:q aliis pcipio:qtū tñ ad scribēdū attinet plus facio q̄ aliis uidear.tabulas.n.cōficio:qd' sine scriptione fieri nō pōt. Tabulas:aūt stipulationū & testamētoꝝ intellige in qbus scriptionis opera cōsumiť. Vel ut sensus est eiusmodi:Et q in tabulis conficiēdis exerceor:& q et in dicendo operā consumo:utrunq̄ iudicari pōt, Nā nisi tabulas conficerem:res mea familiaris tanta non esset:nisi me exercerē eloquentia minus ualerē. Verū q.s.me & scribere tabulas & exerceri in dicendo. In hoc.s.conficiendis tabulis:in quo sine dubio scriptio cōsumitur. Ex re:quia nisi tabulas conficerem:res mea familiaris tanta non esset:nam ex eaꝝ scriptione lucrū faciebat. In illo.s.exercendo me in dicendo. Ex eo:uidelicet ex ipso gñe orōnis meæ. Nam q̄tum dicendo ualeam q̄tulumcunq̄.i.ex eo est:q me exerceo: Quātulumcunq̄:minuit meritū suū ne arrogans esse uideaŧ.

Atq; esse:postq̃ satis rn̄dit ad id qđ obiecerat Catullus:q alijs p̃ciperet scribere:cũ id ipse nõ fecisset: nũc ad id uenit qđ est alteꝝ p̃ricipale mẽbꝝ huius capitis:& si inqt dixeri aliquẽ imitãdũ esse:cuius imitatione ducamur:tñ nõnulli fuerũt:q suopte ingenio ac natura sine ullius imitatione eloquẽtiã cõsecuti sunt. Suapte.i.sua ipsius natura. Q đ & i nobis:& ne lõge exẽpla petamus de uobis o Cæsar & Catulle:hoc dici p̃t:q nullius imitatione ducti tñ in dicẽdo cõsecuti estis:ut alter qdẽ suauitate orõnis:alter elegãtia plurimũ ualeat. Alter.s. Cæsar. Alter.s.Cotta:sicut & ipse Ci.in li.de claris oratoribus oñdit.Dicit.n.urbanitate illũ p̃stitisse:ut facile orõne sua attẽtos retineꝛ potuerit. Inusitatũ .i.nouũ:quẽ nulli ex oratorib⁹ nr̃is adepti sũt.

atq; esse tamen multos uidemus:qui neminem imitentur:& suapte natura quod uelint:sine cuiusquã similitudine consequantur: quod & in nobis animaduerti recte potest Cæsar & Cotta: quorum alter inusitatum nostris quidem oratoribus leporẽ quendam & salem:alter acutissimum & subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neq; uero nostræ qualis Curio pater mea sententia uel eloquentissimus temporibus illis quenquam mihi magno pere uidetur imitari:qui tamen uerborum grauitate & elegantia & copia: suam quandam expressit quasi formam:figuramq; dicendi: quod ego maxime potui iudicare in ea causa:quam ille contra me apud centumuiros pro fratribus Cossis dixit. In q̃ nihil illi defuit:quod non modo copiosus: sed etiã sapiens orator habere deberet. Verum ut aliquando ad causas deducamus illum quem cõstituimus: & eas quidem:in quibus plusculum negocii est iudiciorum atq; litium (riserit aliquis fortasse hoc p̃ceptum.est enim non tam acutum:q̃ necessarium: magisq; monitoris non fatui:q̃ eruditi magistri.) Hoc enim primum præcipiemus:qualscunq; causas erit acturus:ut eas diligenter:penitusq; cognoscat:hoc in ludo non præcipitur. Faciles enim causæ ad pueros deferuntur:lex peregrinum uetat in murum ascendere:ascendit:hostes repulit, accusatur:nihil est negocii huiusmodi causam cognoscere. Recte igitur nihil de causa discenda præcipiunt:hæc est enim in ludo causarum fere formula. At uero in foro tabulæ:testimonia:pacta:cõuenta:

Leporẽ:lepor p̃prie ẽ s̃mo nitidus & absterſus:hoc ẽ lauticia q̃dã orõnis. Et salẽ: iocũ accipim⁹. Nã sicut sal suauitatẽ quãdã cũ mordacitate hẽt: ita ẽt ioca urbanoꝝ. Acutissimũ & subtilissimũ:utrũq; ferme idẽ est.nisi q unũ inuẽtioni:alteꝝ uero sensui magis cõuenit. Neq; uero:alio utiꝛ exẽplo Curionis:q & ipse nullũ delegerat oratorẽ imitãdũ. Aequalis.i.æquus. Vir. Ast illũ uidi æquales genua ægra trahẽtẽ.i.æquæui. P̃r:sensus est:Curio neminẽ imitatus est:q̃uis occasionẽ habuerit maximã:utpote patrẽ eloquẽtissimũ uiꝝ:tñ suo studio & industria p̃priũ quoddã dicendi genus cõsecutus est. Grauitate:dignitate. Elegãtia:p̃ꝑetate. Copia:ubertate. Formã: figurã. Vnũ est expositio alterius:q figura ẽ forma.i.character. Quod maxie:uidelicet eũ eẽ grauẽ elegãtẽ & copiosum. In ea cã:accusabanꝛ Roscii fratres:incertũ cuius criminis aduersus eũ dixit Curio:& in hac defensione tñ eloquẽtiæ i eo eẽ cognoui. In ea orõne inqt, Curio oñdit plane oibus nihil sibi defecere:qđ optimũ oratorẽ hẽre oporteret. Nã ita orauit:ut eloquẽtiã simulac sapiẽtiã oñderet:q altera sine altera nihil aut paꝝ ualet. Copiosus.i.eloquẽs:hoc est orator:q eloquẽtia & sapiẽtia p̃dictus eẽt. Veꝝ ut:alteꝝ mẽbrũ principale:in quo oñdit:nõ prius ad causæ dictionẽ deueniẽdũ eẽ:q̃ cã tota ab oratore cognita sit:& oñdit cãs:q a discipulis:aut declamatoribus tractanꝛ:eẽ ueris dissimiles:q hæ sunt multo difficiliores. Ad cãs deducamus.i.ut aliq̃ p̃cipiamus oratori:quẽ istituimus:q̃o cãm suscipiat añq̃ ad cã tractãdã p̃ueniat. Ad causas.s.forẽses:ubi de crimine agitur:& pecunia.i.ad causas criminales: & pecuniarias:ut nostri dicũt. In q̃bus.i.in q̃bus plus aliquanto laboris est:q̃ in deliberatiuis causis. Riserit:fortasse aliquis hoc p̃ceptũ meũ risu p̃sequeꝛ:quia est p̃ceptũ nõ tã acutũ.i.difficile:& ideo quia est p̃ceptũ facile itellectu:iã & si utilitatẽ habeat:tñ non magni æstimabiꝛ. Nõ fatui:nõ stolidi qđ est in uerbis. Eruditi:piti. Monitoris:q monita dat. Magistri:q p̃cepta. Qualscũq; cãs.s.iudiciales. Diligenter:uidelicet ex oi parte. Penitus:iterius: ut eas plene atq; pfecte ex oi pte cognoscat:sed nõ p̃cipimus inqt de cãis:q tractanꝛ in foro:p̃cepta denꝛ. Hæc ãt oia ẽt a Quinti.p̃cipiunꝛ. Hoc.s.ut causas diligẽter cognoscat orator. In ludo:i schola declamatoꝝ:q illæ causæ declamatoꝝ facillimæ sunt:sed nõ de his dicimus:sed de forẽsibus multo difficilioribus. Ad pueros.i.adulescẽtes:q declamare discũt apud sophistas:& ponit exẽplũ p̃ceptoris: & sophistæ. Lex pegrinũ uetat in muꝝ ascẽdere:ascẽdit:hostes repulit:q riꝛ qd iuris:hæc qõ facillima ẽ. Negocii.i.laboris:& ppea aliqs fortasse riserit:q p̃ceptũ hoc i ludo nõ tradiꝛ:& recte:q facile ẽ cãs eiusmõi itelligere:iõ p̃cepta nõ dãꝛ:ut sui scholastici cãs cognoscãt. Formula.i.regula. At uero:hactenus dixit multũ differre cãs ueras a fictis. Fictæ .n.facillimæ sunt:q̃s declamatores discipulis suis p̃ponũt. At uero:cãæ ueræ sunt difficillimæ:q nisi adhibita accuratiori diligẽtia:ñ facile cognosci p̃nt:hic efficiꝛ:ut q cãs cognosceꝛ neglexerit:eas necessario male agere cogaꝛ. Nũc uero dicit q cãæ sint:q i foro agãꝛ. Tabulæ.s.testõrũ cognoscẽdæ sũt:q solẽnitate cõficiãtur: quas se Antonius cõficere dixit supius. Testimonia:criminũ:q aut p aliquo:aut cõtra aliquẽ adducunꝛ. Cõuẽta:cõuenta cõuentiones:siqd iter aliquos cõuenit qđ iustũ & ratũ hẽri solet. Pacta:siqd iter se pepigerint.

Lepor

Stipulationes:pprie in cōtrahendo celebranť:emendi:uenundādi:locādi:cōducendi. Cognationes:Paulus dicit cognationis nomē a græca uoce dictū:nā illi συγγενεῖς uocant:quos nos cognatos appellamus.Cognati inquit sunt:& quos agnatos lex.xii.tabu.appellat.Sed hi sunt q per prēm agnati ea eadē familia:qui aūt p fœminas coniunguntť:cognati tm̄ noiatur:pximiores ex agnatis sui dnr.Inter agnatos igiť & cognatos hoc interest:qđ inter genus & spēm.Nā qui est agnatus:& cognatus est:nō utiq; aūt qui cognatus est & agnatus est. Alterũ.n.ciuile:alterũ naturale nomē est. Affinitates:sunt necessitudines,q̄ ex matrimonio contrahunť.

Agnati
Cognati
Affinitates

stipulationes:cognationes:affinitates:decreta:responsa:uita deniq; eorū:qui in causa uersantur:tota cognoscēda est.quarum rerum negligentia plerasq; causas:& maxime priuatas(sunt enim multo sæpe obscuriores)uidemus amitti. Ita nōnulli dū operam suam multi existimari uolunt:ut toto foro uolitare:& a causa ad causam ire uideantur:causas dicunt incognitas:in quo est illa quidem magna offensio:uel negligentiæ:susceptis rebus:uel perfidiæ:receptis.sed etiam illa multo maior opinione:quod nemo potest de ea re:quam non nouit non turpissime dicere.Itaq; dum inertiæ uituperationem:quæ maior est:contemnunt:assequuntur etiam illam:quam magis ipsi fugiunt:tarditatis. Equidem soleo dare operam:ut de sua quisq; re me ipse doceat:& ut nequis alius adsit:quo liberius loquatur:& agere aduersarii causam:ut ille agat suam:& quicquid de sua re cogitarit:in medium proferat.Itaque cum ille discessit:tres personas unus sustineo summa animi æquitate:meam:aduersarii:iudicis. qui locus est talis:ut plus habeat adiumenti q̄ incommodi:hunc iudico esse dicendum:ubi plus mali q̄ boni reperio.id totum abiudico:

Decreta:senatus. Rñsa:prudentū. Vita.s.eorũ:qui in cā uersantur:accusatoris.s.& rei:nam utriusq; uita cognoscēda est. Quarũ rerũ.s.supra memoratarũ. Negligētia i.pp negligētiā. Priuatas:qa sæpe multo magis dubiæ sunt priuatæ q̄ publicæ:eo q in publicis causis sp leges sunt:q uetant:aut pmittāt:aut iubeant aliqd fieri.In priuatis uero nō ita:nā priuati casus multo plures sunt q̄ leges. Ita nōnulli:ondit rōnē:q̄re plerīq; causidici causas nō diligēter cognoscunt:qa uolunt uideri multa facere:& in foro uersari:ut nunc hanc,nūc illā,mō aliā cām gerant:ut inde magnaz æstimationem acqrant:quo fit ut plerūq; cās amittāt. Nōnulli.s.causidici. Dū opam suam.i.dū uolūt oibus uideri negociosi:ut multa faciāt. Volitare.i.cōcursare per totū forū. Et a cā ad cām ire.i.ut mō hāc:mō illam cām tractent. In quo.i.in q̄ re:uidelicet dū causis pluribus se implicāt. Vel negligētiæ,susceptis rebus:differentia est iter suscipe:& recipe.suscipimus rogati:recipimꝰ spōte.Nūc ergo dicit erratū maximū ē:quia plures:q̄ cognoscere pñt causas:uel susceptas negligunt:uel receptas pdunt.Nā cū causas amiserūt iudicanť uel negligentes nō curare susceptas:uel pfidi pdere receptas.Quod ppea eis cōtigit:quia cām nō satis cognitā hñt. Magna offēsio.i.magnū erratū est. Susceptis rebus:quia negligētes iudicanť:cū causas susceptas amitrūt. Perfidiæ receptis.s.spōte. Nā pfidi sumus:cū causas spōte receptas agere uolumus sicut illud est negligētis.s.nō curare susceptas:ita hoc pfidi nolle agere receptas. Sed ēt illa.s.offensio.qūo.n.qs poterit cām pbe dicere:cuius nullā:uel pexiguā cognitionē hūerit. Illa multo maior opinione.i.illa offensio uincit opinionē:& est honestissimus modus dicēdi. Itaq;:sensus ē:Dū minime curāt:negligētes eē uideantur:id icurrūt:qđ uitāt:& obtusi & hebetes iudicanť. Illā.s.uituperationē tarditatis. Cōtēnunt.i.dū minime curāt uitiū.s.inertiæ.Dū ingt minime curāt ne inertes appellenť:id ēt incurrūt:qđ uitāt:ut obtusi & hebetes uideanť.Nū inertiæ dānanť ab his quorũ causas obtinere nequerint. Egdē:sensus est:Ingenio pmpti uideri uolūt:dū causas minus cognoscere studēt:nō cognoscētes male eas agere necessario cogunť.Mala agētes uero postremo tardi ēt iudicanť. Egdē soleo:dixit qđ alii plerūq; faciāt:dū causas negligētius cognoscūt:ut tarditatis ēt uitiū incurrāt:cū causas amiserint.Nūc qđ ipse facit ondit:& hoc mō duo facit:q̄ ppria sunt pcipientis:ut cū onderit:qđ nō sit faciēdū:postea qđ sit faciēdū pponat.Quid nō sit faciendū ex aliorũ negligētia ut superius ondit qđ faciendū ex sua diligētia. Neqs alius:& ut possit cām suā cliens meus liberius & explicatius declarare:ipsum remotis arbitris dicere iubeo:quid de causa sua sentiat:& nullius respectu teneatur. Et agere aduersarii causam:& hoc ēt seruare consueui:cum cliens mihi causam suam dicere inceperit:ego contradico illi:quid aduersarius obiicere posset:ut ab ipso eliciam:quæ responderet.Quia Cliens mihi causaz suam dixerit:ego illi contradico. Tu quidem ita dicis:q; si aduersarius aut hoc dicet:aut illud:tu quid contra respondebis?Et ita quodammodo cum uideor causam aduersarii suscipere:cliens declarat quod diceret. Itaq; cum ille:& cum cliens meus discessit:ego tres personas sustineo:uidelicet meam:clientis:& iudicis:& summa cum æquitate. Meam.i.his tribus personis inuenio quæ prosint æque,atq; obsint. Summa animi æquitate:quia tam ea quæ commoda sunt:q̄ ea quæ incōmoda diligenter considero:prodesse ad confirmandum.obesse:ad refellendum:nam hoc modo ea mihi confirmantur clarius. Æquitate:quia nō minus cōmoda causæ meæ q̄ incōmoda causæ aduersariorũ diligenter considero. Qui locus:& cum in causa mihi se obtulerit argumentum:in quo plus commodi:q̄ incommodi esse uideatur:hunc ego suscipio in confirmanda clientis causa.Si uero plus incommodi q̄ commodi:illud reiicio.Satius enim ea:quæ magis obesse possunt:q̄ prodesse tacere. Locus:pro argumento inesse uidetur plus mali q̄ boni. Abiudico:procul a causa.

Suscipere
Recipere

Reiicio

Reiicio:extra causam:hoc.n.intrinsecus:illa uero extrinsecus magis cōsiderant̃:q̃ sumunt̃ ex maiori:mino ri:dispari:similitudinibus:& exēplis.Ita hoc pacto dū me ita gero:illud cōmoditatis assequor: ut alio tpe me ad dicendū cōparem:& alio ad dicendū ueniā. Quæ duo.s.cogitandi & dicendi. Sed certe:sed pfecto illi ēt: q excellenti ingenio pditi sunt:si in duo tpa diuiderent:id qd' est cogitandū:& id qd' est dicendū oratoriū mu nus pclarius iplerent. Iidē illi.s.q sunt ingenio freti. CVM rē:caput quartū est:in quo cā cognita docet Antonius pmeditandū esse oratori q̃ sit ambigendi rō.i.q̃ sit cōstitutio causæ:quot sint numero cōstitutiones:cā inquit rei cognita.pprimū rō incūda est ambigēdi.i.primū cōstitutio causæ incūda est:in q̃ posita sit res dē qua agit̃. Rē causāq;: endiadis est.i.cām rei. Occurrit.i.statī offert̃ aio meo. Ambigēdi.i.rō dubitandi. Nihil est .n.declarat quō dubitet̃ ac disceptet̃ de cā q̃cunq; fuerit. Ambigat̃ inter hoīes.i.dubitatio fit.Oīs res:quēadmodū ipse Cicero in arte ueteri docet:q̃ habet in se positā cōtrouersiam:aut disceptationē aliquā:aut rei:aut noīs aut gñis cōtinet qōnē.Rei:ut factū sit nec ne: cōstitutionē cōiecturalē innuit.fecisti:nō feci.Noīs:cū factū constat:sed quo noīe sit appelladū dubitat̃:diffinitiua cōstitutio nascit̃. Generis:cū de ui & gñe negocii q̃rit̃.tūc cōstitutio gñalis appellat̃:q̃ diuidit̃ in iudicialē & negocialē. Est ēt alius status:q appellatur actiōis ex trāslatione: uidelicet cū aut rei:aut accusatoris:aut iudicis:aut loci:aut tpis:aut eiusmōi rei cōmutatio faciēda eē dr̃. De hac rō nihil oio tractat:q; ea raro ī iudiciū uenit.

atq; reiicio.ita assequor:ut alio tpe cogitem:quod dicam:& alio dicam:quæ duo pleriq; ingenio freti simul faciunt.Sed certe iidem illi melius aliquāto dicerent:si aliud sumendum sibi tempus ad excogitandum:aliud ad dicendum putarent.Cum rē penitus:causamq; cognoui:statim occurrit animo quæ sit causa ambigendi.nihil est enim quod inter homines ambigatur:siue ex crimine causa constet ut facinoris.siue ex controuersia:ut hereditatis.siue ex deliberatione:ut belli.siue ex persona: ut laudis.siue ex disputatione:ut de ratione uiuendi: in quo non aut quid factum sit: aut fiat: futurum ue sit quæratur: aut quale sit: aut quid uocetur. Ac nostræ fere causæ: quæ quidem sunt criminum: plerunque inficiatione defenduntur. nam & de pecuniis repetundis: quæ maximæ sunt; neganda

Siue ex crimine:ex his uerbis iudiciale genus causæ innuit̃.Nā iudiciale genus causarum:aut criminis:aut cōtrouersię quæstionem continet. Criminis cum agitur de re quæ ad aliquod maleficiū pertinet:ut occidisti,non occidi. Controuersiæ:cum agitur de pecunia:ut illa res:illa pecunia mihi debet̃,non debetur. Deliberatione:ut si quærat̃ bellum Carthaginensibus inferendum sit nec ne. Deliberatiuum dicit̃ causæ genus. Siue ex persona:nam demonstratiuum genus causæ est:qd' in alicuius personæ laudem, aut uituperationem tractatur:ut si agatur de laude Scipionis. Disputatione:hoc loco infinitum significant:quam sæpe thesim dicimus practicem:ut uerbi gratia:Si quærat̃ an bonum aliud præter honestum:ut utilitas:ut gloria:ut amicitia:&c.huiusmodi. Multi.n.hæc oīa supradicta in bonis ponenda esse uoluerunt:hic de nulla certa re agitur. Nam gloriæ diuersæ sunt genera:quia alia est gloria belli:alia pacis:& alia alius rei:ergo nullam circunstantiam hēt rei certæ. Circunstantia dr̃ quę rem certam circunscribit:ut si quæreretur de gloria Scipionis:tunc haberet personæ circunstantiam. Rōne uiuendi:q̃ pertinet ad oēm phiam moralem.s.politicam: œconomicam:monasticam. Factum sit.i.an sit ita:sicut Ci.in arte ueteri docuit primū an sit: deide quid sit: postea quale sit:in his tribus modis oīs constitutio uersatur. An sit: constitutio coniecturalis efficitur: ut occidisti Aiacem:non occidi. Quid sit:cum factum non negatur:sed de facti nomine dubitatur: quo noīe sit appellandum:ut si quis accusetur sacrilegii:q; uasa argentea de loco sacro sustulerit:non tñ ipsa sacra:& is fateatur quidem se sustulisse:nec ideo esse sacrilegium dicat sed furtum. Quale sit:cum de ui & genere negocii ambigitur:tunc constitutio generalis appellatur:quæ diuiditur in negocialem & iuridicialem. Iuridicialis in duas partes absolutam,& assumptiuam scindit̃. Factum sit:de præterito. Fiat:de præsenti. Futurumq; sit: de futuro. De præterito:ut si quærat̃ utrum occidit Aiacem Vlysses. De præterito est controuersia. Fiat:ut si quærat̃ Bono ne aīo sint in remp. Fregellani. Futurū:ut si quęrat̃:si Carthaginem reliquerimus incolumem: nunquid in fide mansuri sint Carthaginenses. Quale.s.tunc cum de ui ac gñe negocii quærit̃:& gñalis constitutio dr̃. Quid uocet̃:noīs controuersia:cū constat & res:& rei qualitas:sed tñ de rei noīe quærit̃.& qa uis uocabuli uerbis diffinienda est:ideo qō siue constitutio diffinitiua appellat̃. Ac nræ:de translatiua nihil oino dr̃:cum aut iudicis:aut loci:aut eiusmodi rerū mutatio facienda sit:& ideo nihil oino tractat:quia raro uenit ī iudicium. Ac nostræ:sed nostræ causæ uidelicet Romanorū:quia apud Græcos plerunq; cā illa in iudicium uenire solet:quia ius ciuile diffinit apud quos;quo in loco:quo tpe agendum sit:constitutio actionis dr̃ q; mutanda sit actio. Criminum:quæ ad iudiciale genus causarum pertinet:ut pulsatio:adulteriū:ut furtum:ut cędes:ut cætera huiusmodi.nam in iudiciali gñe uersantur. Inficiatione:negatione.fecisti:non feci.fecisti.istat, non feci.deprecat̃.controuersia est prima.intentio accusatoris cum defensoris inficiatione coniuncta. Nam de pecuniis:incipit alias causas:q̃ non in criminibus uersant̃:sed in q̃bus petit̃ aliqd aut negat̃ in iudiciali gñe uersat̃. Nā iudiciale genus hēt petitionem cū defensione. defensio ad utrūq; ptinet ad petitionē & defensionē: quia negat̃ qd petit̃. Repetūdis:accusat̃ is qui puinciæ alienas pecunias expilauit: sed postea latius patuit. Nam ēt si quis populus alteri populo iniuriam fecerit:aut captiuorū:aut incendii:aut prædæ:qui iniuriam repeteret:diceret agere repetundarū rerū.ergo cum repetunt̃ quæ sunt ablata:tunc repetundarū rerū agitur.

Agere repetundarū rerum qd

Fere:hoc mõ ut rapuisti gregẽ meũ:nõ rapui. De ambitu:sed si de ambitu inciderit cõtrouersia:raro inqt ꝑ ỹficiationẽ defendere poterimus:nã qa largitio late patet:obscura eẽ nõ põt:ideo negatio locũ nõ hẽt. Nã ambitus accusat̃ ille q populũ largitiõe corrũpit:ergo si uolũt largitionẽ defendere:nõ negabimus factũ:sed necesse erit:ut ad liberalitatẽ cõfugiamus:qñqdẽ largitio feã negari nõ põt. Largitio ẽ cũ aliqua munera in populũ distributa fuerit:q notissima sunt uulgo negari nõ pñt.ergo necesse est ut ad liberalitatẽ cõfugias:ut Distribuisti annonã in populũ:hoc negari nõ põt.rñdet:distribui.sed iure. Licuit.n.mihi ꝑ mea liberalitate populo subuenire.rursus: q istabit largitionẽ in

fere sunt oĩa:& de ambitu raro illud datur:ut possis liberalitatem atq; benignitatem ab ambitu:atq; largitione seiungere. De sicariis:de ueneficiis:de peculatu inficiari necesse est. Id est igit̃ genus primum causarum in iudiciis & controuersia facti. In deliberationibus plerunq; ex futuri:raro ẽt ex instantis:aut facti. Sæpe aũt:res nõ an sit:nec ne:sed qualis sit quæritur:ut cum L. Opimii causam defendebat apud populũ audiente me C. Carbo cõsul:nihil de C. Gracchi nece negabat:sed id iure ꝑ salute patriæ factum esse dicebat:ut eidem Carboni tri.ple.alia tñ mente rempu.capescenti P. Africanus de C. Graccho interroganti:responderat iure cæsum uideri. Iure autem omnia defenduntur:quæ sunt eius generis:ut aut oportuerit:aut licuerit:aut necesse fuerit:aut imprudentia:aut casu facta esse uideantur. Iam tum quid uocetur quæritur:cum quo uerbo quid appellandũ sit cõtendit̃.

populũ fecisti:feci nõ largitionẽ sȝ liberalitatẽ. Quã.n.accusator largitionẽ appellabit:defensor liberalitatẽ eẽ dicet.ergo diffiniẽdum erit qd sit liberalitas:& qd sit largitio. Seiũgere:separate. De ambitu atq; largitione.i. de ambitu largitionis.sed de his rebus q̃ i crimine uersant̃:nulla cõstitutio icidere poterit nisi cõiecturalis nã si cõcesseris nihil iudiciuȝ cõmorabit̃. De sicariis.i.latronibus. Nã

Sicarii sicarii dicti sunt a sica gñe teli:quo utũt̃. De ueneficiis:ut si qs accuset̃ ꝙ aliquẽ ueneno necauerit. De peculatu:inter furtũ: sacrilegiũ &

Furtum **Sacrilegiũ** **Peculatus** peculatus hoc iterest:qa furtũ est rei priuatę. sacrilegiũ rei sacræ.peculatus reip. Inficiari.i.negare. Id est igit̃:uidelicet an sit cõtrouersia facti q̃ cõiecturalis cõstitutio appellat̃.

Deliberationibus:de reb⁹ futuris cõtrouersia sumit̃:ut si q̃rat̃:si Carthaginẽses dimiserimus incolumes:an in fide ipsi mãsuri sint. Facti raro:q nõ icidere põt:ut sit deliberatio rei istãtis. Vt si q̃rat̃:an Fregellani bono i rẽpu.aĩo sint. Nã alii suadẽt.alii dissuadẽt. Facti raro:rursus.ut uerbi gfa:Postq̃ Hannibal Italiã iuaserit:& populo Romano bellũ itulerit:q̃rat̃ in senatu Carthaginẽsi:utrũ hoc Hánibali licuerit:raro incidit deliberatio:uel ꝑteriti:uel ẽt instantis:qa nõ deliberamus: q̃ facta fuerint:aut q̃ fiant:sed qd faciendũ sit. Sæpe aũt res:q̃ breuiter superius ꝓposuit:declarat. Sæpe.n. incidit: ut de re nulla q̃õ sit:sed de qualitate rei cũ de ui & gñe negocii q̃rit̃. Qualis sit:uidelicet iusta:an iniusta.& ideo de gñe rei: siue negocii agit̃:siue iuridicialis:siue negocialis:siue absoluta:siue assumptiua. L. Opimii:oñdit exẽplo posse icidere cõtrouersiã de qualitate rei.i.hmõi.L. Opimius C. Gracchum leges agrarias ferre uolentẽ facto grege bonoꝝ inuasit:& eũ ad pontẽ miluiũ depheñsum occidit:post aliquot annos accusatus est læsæ maiestatis:qd C. Gracchus occisus eẽt eo auctore. Nihil de C. Gracchi:q L. Opimiũ accusabat:dicebat occidisti C. Gracchũ:defensor rñdebat:occidi:sed iure.nã pñiæ libertatẽ defendit:& hoc mõ defendebat cãm iustã eẽ. Apd populũ:q a diẽ dixerat tribunus pl. L. Opimio ad populũ. Iure:ut occidisti C. Gracchũ.occidi: sed iure.nã pñam defendere uolebã.hic de qualitate rei q̃rebat̃ utrũ iuste:an iniuste:sed qa factũ erat.i.ꝑteritum:ideo iudicialis erat cõstitutio:qa re extranea assumpta:hoc est defensione patriæ confirmabat̃:ideo dr̃ assumptiua:idem Carbo eandem causam e diuerso suscepit. Alia tamen mente:ut gratificaretur Mario: cuius tunc opes maximæ erant. Nam cum ex Numantia rediret Scipio Africanus inferior:quam nuper euerterat:quia magna erat uiri auctoritas:& ipsius meritum recens id agebat:ut tanti uiri iudicio C. Gracchi cædes improbaretur: & ita plebis opes augerentur:cuius commodis Gracchus consulere uoluerat:nec dubitabat quin an necessarii sui cædem indigne ferret Scipio. Venienti igitur illi obuiam ad ipsas prope portas obuiam prodiit: & cum interrogauit quidnam sibi de cæde C. Gracchi uideretur. Ille continuo iure cæsum uideri respondit. Quod plebem Romanam uehementer offendit:& creditum est ipsum propterea etiam in cubiculo domi suæ interfectum esse:& huius cædis consciam fuisse uxorem Semproniam. Alia tamen mente:ut gratificandi Mario: ut supra dictum est:qui semper nobilitati infensus fuerat. De C. Graccho:idest de cæde C. Gracchi. ergo si hæc constitutio facienda fuisset:ita obiectum fuisset:occidisti C. Gracchum.occidi:sed iure. Iure autem: hic attendẽdum est:quomodo omnes partes iuridicialis assumptiue breuiter Cicero perstrinxit. Vt aut oportuerit: per assumptionem ex translatione criminis:ut cum Orestes transfert crimen in matrem: ꝙ magnitudine sceleris eam necari oportuerit. Occidisti matrem.occidi:sed iure.nam patrem meum necauerat. Licuerit: per assumptionem:ex remotione non criminis sed culpæ.ut qui Sulpitium occidit:transfert culpam in consules:qui ita iusserunt:ut ideo sibi occidisse licuerit. Aut necesse fuerit.s.per concessionem ex purgatione: quæ fit tribus modis:uidelicet imprudentia, casu, necessitate. Iam tum quid:ad aliam.i.diffinitionem transit dicens: quod autem pertinet ad controuersiam nominis:uidelicet cum uis uocabuli diffinienda erit uerbis:tunc diffinitiua constituito appellatur:cum & factum conuenit:& facti qualitas manifesta fuerit:& de ipsius facti nomine quæritur: quia uis uerbi diffiniẽda est:diffinitiua appellatur.

Vt mihi ipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraq; enim de iis quæ ab isto obiiciebantur:cum confiterer:tamen ab illo maiestatē imminutā negabam:exquo uerbo lege Apuleia tota illa causa pēdebat:atq; in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt:ut uerbum illud quod causam facit dilucide:breuiter uterq; diffiniat: qđ mihi quidem perq̄ puerile uideri solet. Alia est.n. cum inter doctos homines de ipsis rebus: quæ uersantur in artibus:disputatur: uerborum diffinitio: ut cum quæritur quid sit ars:quid sit lex:quid sit ciuitas:in quibus hoc præcipit ratio : atq; doctrina: ut uis eius rei quā diffinias:sic exprimatur:ut neq; absit quicq̄:neq; supersit.qđ quidem in illa causa: neq; Sulpitius fecit:neq; ego facere conatus sum. nam quantum uterq; nostrum potuit: omni copia dicendi dilatauit quid esset maiestatē minuere. Etenim diffinitio primum reprehēso uerbo uno : aut addito:aut dempto:sæpe extorquetur e manibus. deinde genere ipso doctrinam redolet: exercitatio neq; pene puerilem.tū & in sensum:& in mētē iudicis intrare nō pōt:ante.n.prçterlabit͂: q̄ pcepta est.

Vt mihi ipsi:Sulpitius accusauit Norbanum:q; populum aduersus Scipionem concitasset: qui exercitum aduersus Cimbros amiserit:hic instabat dicens:ipsum læsisse maiestatem:q; concitarat populum contra Scipionem. Antonius autem:qui eum defendebat:non negabat concitatum populum:id uero factū esse non lædendæ maiestatis:sed sumendi supplicii causa ex eo qui læserat maiestatem. Norbani:tribu.plebis. Pleraq;: uidelicet q; Scipionē apud populum accuset:q; populum aduersus eum concitasset. Ex quo.s.læsæ maiestatis, nam Appius legem tulit de maiestate contra eum: qui ciuitatis amplitudini derogasset. Et in hoc dubitabatur:quia alius alio modo diffiniebat. Atq; in hoc genere:scilicet diffinitiuo. Hic reprehēdit eos:qui putant diffiniendam esse uim uerbi breuiter & absolute:quia puerilis & dialectica ratio est:uidelicet scholastica:ac rhetorica:latius ac locupletius loquitur:nec concisis huiusmodi diffinitionibus utitur:quod ostēdit exemplo sui:in causa C. Norbani de maiestate læsa:non hoc fecisse:quod non uidebatur ad oratoriam artem pertinere : sed causaȝ multis & uerbis & rationibus explicasse. In hoc:uidelicet in diffinitiua constitutione:causam facit:cum quæritur quid sit lædere maiestatem:hoc modo:Læsisti maiestatem: nō læsi:diffiniendum est an læserit. Dilucide:absolute. Breuiter:commode, absolute, cui nihil deest:breuiter cui nihil superest. Quod: Antonius improbat. Non enim uti debet tanta orator breuitate. Perquā puerile:idest aptū potius pueris & scholasticis, q̄ oratoribus.

Alia est:& alia diffinitio cum disputatur inter philosophos:& alia cum disputatur inter oratores.nō eni cum cā agitur de artibus disputat͂:sed quod in diffinitione uersatur:ornatiori & locupletiori est oratione declarādū:& planum iudicibus faciēdū. Diffinitio.s.dialectica. In artibus:ut in grāmatica, rhetorica, dialectica. Nā artes dialectico more tractantur:ut Grāmatica est sciētia recte loquēdi, recteq; scribēdi.nā ars ipsa per se intelligētiā sui plenā nō habet.sed intelligit͂ ad aliquid prine. Lex:est receptio boni prauiq; depulsio. Ciuitas:quā non nulli describunt per æthymologiam:ciuiū unitas.nec tamen quāuis dicat se hanc diffinitionem dialecticam non laudare:q; ea uti non debeat orator:tamen quid facere soleant primum declarat:uidelicet q; diffinitio nihil desit & nihil supersit. Ratio atq; doctrina.i. ratio doctrinæ.est eni endiadis. Vis.i.natura & pprietas:ut si diffinias hominem:Homo est animal rationale & mortale:hic nihil abest:nec superest.nā si diceres:Homo est animal:deesset:quia etiam equs est animal. Si adiunxeris rationale:tunc separatur ab equo:sed non est satis.nam angelus siue mentes singulares est animal rationale:sed addis mortale : & ita separatur homo ab angelo.angelus enim non est mortalis. Vt neq; absit quicq̄:quod facit absolutio. Supsit:quod facit breuitas. Quod:ostendit quid facere soleant philosophi siue dialectici:& quid faciendū sit oratori.Nam alia ratio est dialectici:& alia oratoris.& ideo nec se,nec Sulpitiū fecisse inquit in causa Norbani.non enim diffinierunt uim uerbi breuitate:sed locupletiori oratione aperuerunt. In illa causa:in qua agebatur de læsa maiestate. Omni copia.i.omni facundia & ubertate. Et enim alias nūc rationes adducit:cur huiusmodi diffinitionibus uti nō debeat orator:cum in his quæ cōstant ex genere & differentiis : quæ breuibus uerbis circunscriptæ sunt:si unum uerbum reprehenderis:tota ipsius diffinitio destruetur. Tria sunt:quæ facile destruunt diffinitionem illam dialecticam: uno uerbo uel reprehenso:uel addito:uel adempto.non debet id agere orator:ut uno uerbo causa tota nitatur. Vno uerbo reprehenso:ut homo est animal placabile:uideris recte diffinisse:sed tamen facile reprehendetur:si quis dicat alia quoque animalia placabilia esse:ut equum, leonem, ursum:quæ placari possunt. Dempto:ut si de illa diffinitione:Homo est animal rationale & mortale.adimas siue rationale, siue mortale. Addito: ut homo est animal rationale & mortale & bipes:cū non solum homo, sed etiam aues bipedes sint. Diffinitio:scilicet dialectica.

Extorquet͂:destruet͂.hæc est pria rō cur non dēant se oratores eiusmodi diffinitionibus astringere. Deinde:sed genere ipso:idest ui ac natura ipsius diffinitio uī potius cōuenire pueris: hoc est scholasticis: q̄ oratoribus. Genere:idest ui. Natura:idest proprietate. Redolet:idest prę se gerit. Tum:deinde alia ratio: q; qui præsunt iudicio & foro non possunt facile huiusmodi diffinitiones percipere:cum orator debeat elaborare: ut quicquid dictum fuerit:ab omnibus intelligatur. Ante enim præterlabitur:cum enim adeo breuibus concisisq; uerbis dicta fuerint:uix dicta est;cum memoria excidit.

Lex
Ciuitas

Sed in eo genere:in quo:quale sit:quid ambigitur: existit etiam ex scripti interpretatione sæpe contentio:in quo nulla potest esse nisi ex ambiguo cõtrouersia.nam illud ipsum cum scriptum a sententia discrepat genus quoddam habet ambiguum: qđ tũ explicatur:cũ ea uerba quæ desunt:suggesta sunt:qbus additis defenditur:sniam scripti pspicuã fuisse.Ex cõtrariisq; scriptis siqd ambigit̃:nõ nouũ genus nascitur:sed supioris generis cã duplicatur:

Sed in eo genere:postq̃ satis dixit de diffinitione:nunc redit ad generalem constitutionem:uidelicet cum generis controuersia incidit.Generis autem controuersiam diximus facere constitutionem generalem:& quas partes nunc generali constitutione subiicit:easdẽ in arte noua legitimę constitutiõis nominauit:uidelicet scriptum & sententiã contrarias leges ambiguum:& ratiocinationem.Illud autẽ animaduertendum est:quod etiã superius dixit:generis quæstionẽ esse:cũ quæritur quale sit id de quo agitur:& ideo gñalẽ cõstitutionẽ appellauit.Est autẽ duplex:negocialis,& iuridicialis.De iuridiciali superius satis dictũ est:quæ diuiditur in purgationem & deprecationẽ.Relinquitur nũc ut de altera parte dicatur:quæ negocialis dicitur:quæ spectat ad duo tempora:præsens uel futurum:quæ in ipso negocio iuris ciuilis habet controuersiam:cui diligentiæ iurisconsulti præesse existimant:& ideo recte subiicitur
Legitimus legitimæ:nam a lege legitimum deducitur. Legum autem interpretes sunt iurisconsulti. In quo:in q̃ constitutione generali. Quale:quæritur quale sit illud de quo agitur. Sæpe contentio: in quo dubitatur de qualitate rei:uidelicet iusta an iniusta sit. Ambigitur: dubitatur & in cõtrouersiam uenit. Existit: non solum inqt existit contentio iure an iniuria factum sit:idest iustum ne sit an iniustum id de quo agitur:sed etiam in hac generali constitutiõe existit cõtrouersia in scripto:cum aliquod ambiguum uidebitur scriptum esse.Illud autem ambiguum constat ex his partibus:scripto,sententia,contrariis legibus,diffinitiõe: ex quibus duas tantum partes hoc loco breuiter & succincte cõmemorat atq; obscure:nam si quis diligenter aĩaduertat:uix uerbis ipsis præcipi potest:sed eas Cicero in arte noua planius tractauit. Interpretatione cum scriptum interpretandum sit:uidelicet in ea parte constitutionis:quæ appellatur negocialis:cum quæritur ex iure ciuili:an in scripto aliquo siue testamento,siue lege obscurum aliquid interpretandum sit,siue etiam contrariæ leges fuerit. Ambiguum:quod in duas pluresue sententias trahi possit. In quo:scilicet scripto uel genere interpretandi scripti. Ex ambiguo:ergo uult ambiguo cuidam q̃si generi has partes negocialis constitutionis esse subiectas:ut ambiguum sit genus & sub eo contineantur partes:una quæ nascitur ex contraria sententia unius legis:altera ex contrarietate duarum legum. Nam illud:ecce quõ nunc illud declinare incipit:uere inq̃ nulla controuersia nasci potest in scripto nisi ex ambiguo:q̃a ambiguum est quoddam genus ad cõtrouersiam scripti. Ambiguum:uidelicet sub hoc genere qđ ambiguum dicimus continetur controuersia scripti,atq; sententiæ:cũ scriptum aliud significare uideat̃:& snia scriptoris alia fuisse uidet̃. Qđ:uidelicet ambiguum.cũ inquit cõtrouersia inciderit ex scripto & snia genus huius cõtrouersię ambiguũ dicit̃ qđ explicat̃:cũ ea uerba suppleta fuerint:q̃ ambiguũ illud facere uidebant̃:ut in illo testamẽto Cice.ait Tullius hæres meus Terentiæ uxori meæ triginta pondo uasorum argenteorũ dato quæ uolet. hic scriptum & sententia ambiguitatem quãdã habẽt.Cum enĩ ita dicat:q̃ uolet: ambiguum est:utrius arbitrio dari oporteat. Dato:prodet:uel ipse hæres,uel Terentia.illa maioris p̃cii uasa petiit:hic uero dicit se illi debere uasa:quæ ipse uoluerit:& ex hoc controuersia nascitur:sed cum uerba suggesta sunt:uidelicet dato.xxx.pondo uasorum q̃ ipse uolet:tunc definit esse ambiguum.uel e diuerso:dato q̃ ipsa uolet:etiam remouetur ambiguum. Suggesta:soppleta. Quæ desunt:quæ minus uidentur. Defenditur: ab utraq; parte pro commodo suo. Ex contrariisq; scriptis:nunc instat Cice.probare qđ superius cœperat: uidelicet controuersias omnes quæ ex scripto nascuntur:esse unius generis:qđ ambiguum appellatur. Deinde docet multas esse ambiguorum species:quorũ scientia est dialecticorum. Ex contrariisq; scriptis:uidelicet ex contrariis legibus:idest non ambigue scriptis.controuersia:quæ ex contrario consistit nõ separatur ab ambiguo.nam quia leges contrariæ sunt:ideo etiam ambiguum nascitur:q; & duorum scriptorum contrarietas facit alteram quasi partem subiectam ambiguæ. Causa duplicatur:quia in hac controuersia ex duobus scriptis ambiguum consistit in superiori ambiguo:ex uno scripto tantũmodo constabat:ut dato q̃ uolet. Sed cum ex contrariis scriptis controuersia consistit:non est diuersum genus a superiori.nam ita sub ambiguo cõtinetur controuersia:q̃ ex contrariis legibus oritur:ut quæ ex scripto & sentẽtia. Duplicatur:quia illa tantũmodo ex uno scripto:hæc uero ex duobus consistit:cum duæ aut plures inter se leges dissident:tunc dicitur cõtrouersia:quæ ex contrariis scriptis. Lex est:indemortui locum qui petat augur nominet indemortui locum: idest qui petat substitui in locum eius qui mortuus est nondum exacto ipsius magistratus tempore. nam consulis magistratus erat annuus:sed si consul decedisset:qui petebat substitui:eũ augur lege nominare poterat. Altera lex est:qui damnatus fuerit indemortui locum nominare non potest. Forte ita accidit:ut augur quidã damnatus de pecuniis repetundis eum qui substitui uellet, nominaret.hic oritur controuersia:nã q; augur est ei licet indemortui locum lege nominare:sed quia damnatus erat repetundis lege nominare uetatur:quomodo ergo ambiguum explicari poterit:uidelicet si referantur ab utroq;:scilicet defensore & accusatore:q̃ causæ suæ prosunt:qui defendit dicit licuisse auguri nominare indemortui locum.hoc modo:Lex pmittit ut augur quilibet indemortui locum noĩare possit:qui uero accusat ita refert:legẽ augur innocens indemortui locum nominato:ergo uterq; retulit ex cõmodo suo:ille quilibet:hic uero innocens. Nouum.i.a superiori seiunctũ. Superioris:quia causa erat unius scripti. Duplicatur:quia causa est ambigui duorum scriptorum.

Idq; aut

Idq3 aut:& id ambiguum eiusmodi est:ut nunq̃ discerni:nunq̃ explicari possit:nisi uerba referantur:quæ uel a scriptore:uel a legislatore præmissa esse uidebuntur. Verbis præteritis:uel a scriptore: uel a legislatore: ut in illa causa:qui defendit augurem dicit quilibet.qui uero accusat dicit innocens augur. Ita:ergo sequit̃ ista cõclusio:ut unũ genus.s.ambiguum relinquatur. Ambiguorum:dicit autem ambiguorũ plura esse genera: quæ magis nosse uidentur:qui dialectici appellantur propter cognitionem amphibologiarũ quæ tractantur ab illis:& hic Anto.sentit contra illud quod in arte noua ipse Cicero dixit:amphibologiæ cognitionem non

Idq3 aut nunquam diiudicari poterit:aut ita diiudicabitur:ut referendis præteritis uerbis id scriptũ: quodcũq3 defendimus:suppleatur.Ita fit:ut unum genus in iis causis:quæ propter scriptum ambigũtur:relinquatur:si est scriptum aliquid ambigue. Ambiguorum autem complura genera sunt: quæ mihi uidentur ii melius nosse: qui dialectici appellantur.Hi autem nostri ignorare:qui nõ minus nosse debeant:tum illud est frequentissimum in omni consuetudine uel sermonis:uel scripti:cum iccirco aliquid ambigitur:qui aut uerbum: aut uerba sint prætermissa.Iterum autem peccant:cũ genus hoc causarum : qđ in scripti interpretatione uersatur: ab illis causis:in quibus qualis:quæq3 res sit disceptatur:seiungunt.nusquã enim tantum quæritur: quale sit genus ipsum rei:q̃ in scripto : qđ totum a facti controuersia separatum est.Ita tria sunt omnino genera:quæ in disceptationem & controuersiã cadere possunt:quid fiat: factũ:futurũue sit:aut q̃le sit:aut quomodo nominetur.nam illud quidem: qđ quidã Græci adiungunt:recte ne sit factũ: totũ in eo est qđ q̃le sit q̃rimus.Sed iã ad institutũ reuertar meum.Cum igit̃ accepto causæ genere:cognitam rem tractare cœpi:nihil prius constituo: q̃ qđ sit illud;quo mihi referenda sit omnis illa oratio:

modo adiumento esse:uerũ etiã ĩpedimento: sed hoc ipso excusatur:quia sub aliena psona loquit̃.Amphibologia dicit̃ ambigue dictũ: qđ in diuersas partes trahi potest. Qui.s.nostri oratores. Cum:a superiori repetitio.sensus est:Illud inquit scriptum frequentissimu3 est in eiusmodi causis negocialibus:ut scriptũ a sentẽtia discrepare uideatur cũ unũ,uel plura defuerint uerba. Verbum : ut paulo ante dicebat:ut dato quæ uolet:ꝑtermissũ3 est uel ipse uel ipsa. Iterũ peccãt:primum peccatu3 est:quia cũ amphibologiarũ imperiti sint ambigua tractare nesciunt.Secundũ uero:quia scripti controuersiam a generali constitutiõe distinguũt:& hoc est ab illis causis q̃lis quæq3 res sit.i.a cõstitutionibus generalibus:ubi ꝑcipue de ui & genere rei quærit̃. Seiungũt: separant. Disceptat̃:in q̃bus controuersia est.

Amphibologia

Nusq̃:uere inq̃ peccant nõ mediocriter:qui hãc cõstitutione:q̃ ex scripto nascit̃ a generali cõstitutione separãt:q̃a in scripto potissimũ quærit̃ de qualitate rei. Quale sit.i.q̃lis sit ipsius rei q̃litas. In scripto.i.in controuersia scripti. A facti cõtrouersia.i.a cõiectura : nã cum de facto ambigit̃:cõiecturalis cõstitutio appellat̃. Cũ uero factũ cõstat : de qualitate rei q̃ritur: & generalis constitutio appellat̃: ut uerbi gratia:cum agitur de uasis argenteis hæreditate legatis uxoris Terentiæ . de facto non ambigitur:nam factum fatetur:sed qualitate.i.cuiusmodi uasa debeãtur: hoc modo: Debes triginta pondo uasorum argenteorũ: debeo.debes aũt q̃lia ipsa uult. Ecce quõ hic incipit esse controuersia:q̃a ille dicit:imo debeo qualia ipse uolo. Ita tria:nunc q̃ sunt de cõstitutiõibus breuiter dicta: breui epilogo cõplectitur. In disceptationem: propter deliberatiuum genus. Ibi.n.disceptatio dicitur cum alius suadet,alius dissuadet. Controuersiam:iudiciale genus magis innuit:cu3 alter accusat:alter defendit. Quid fiat : coniecturalem constitutionem ostendit:quæ in tria tempora distinguitur:ꝑsens,ꝑteritum,& futurũ. Quõ noĩetur:diffinitiua est cõstitutio cũ de noĩe uerbi ambigit̃. Futurũ ue sit:nunq̃d Carthaginenses si cum ipsis pacẽ fecerimus in fide permansuri sint. Factũue sit:utrũ Vlysses interfecerit Aiacem. Quale sit:generalis constitutio est cum de genere facti controuersia nascitur,coniecturalis est:quæ diuiditur in iuridicialẽ & negocialẽ : & ob eam rem reprehẽdit Græcos:q̃ iuridicialem separarunt a cæteris partibus.Nam id qđ græci adiungunt recte ne factum sit. Hoc manifestum est contineri sub gñali constitutione:uidelicet sub ea parte:quæ iuridicialis dicitur. In eo:in ea constitutione. Recte ne factum.i.iure an iniuria. SED iam ad institutum:hoc est quintum caput:ubi dicetur quomodo cõstitutione causæ inuenta:iudicationem reperire debemus:ad quã totius orationis rõ conferenda est.Deinde generalia quædam de triplici orationis effectu.Postremo de duplici psuasione.s.artificiali & inartificiali.Põt hoc caput in tres partes diuidi. in prima ostendit quõ iudicatio inueniatur.In secunda oñdit triplicẽ orõnis effectũ.In tertia oñdit duplicẽ esse persuasionem artificialẽ & sine artificio. Sed iã: q̃a supius q̃si digressionẽ quãdã fecerat dũ reprehendit eos:qui separant scripti controuersiam a constitutione generali:& reprehẽdit eos qui amphibologiarũ ignari essent.Quãdoquidẽ,inquit,oñdi quõ artis scriptores reprehendendi sunt:qui scripti controuersiam a constitutione generali separant:nunc ad propositum reuertar. Cum igitur:idest constitutione causæ inuenta:siue coniecturali:siue diffinitiua:siue generali. Rẽ cognitã:sic enim ꝑcepit superius:diligentiã non mediocrẽ adhibendam esse:ut rem,causamq3 noscamus. Nihil prius.i.nihil aliud ago uel constituo:q̃ iudicationẽ inuenio:idest post cognitam causam & causæ institutionem inuentam:nihil prius ago uel cõstituo. Quo mihi sit:idest quo inuenienda sit iudicatio:ad quam omnis orationis nostræ ratio conferatur.

quæ sit propria quæstionis & iudicii. Deinde illa duo diligentissime considero: quorum alterum cõmendationem habet nostram: aut eorum: quos defendimus. alterum est accommodatum ad eorum animos: apud quos dicimus: ad id quod uolumus: commouendos. Itaq; ratio omnis dicẽdi tribus ad persuadendum rebus est nixa: ut probemus uera esse ea: quæ defendimus: ut cõciliemus nobis eos: qui audiunt: ut animos eorum ad quencunq; causa postulabit motum: uocemus. Ad probandum autẽ duplex est oratori subiecta materies: una rerum earum: quę non excogitantur ab oratore: sed in re positæ: ratione tractãtur: ut tabulæ: testimõia: pacta: conuenta: quæstiones: leges: senatusconsulta: res iudicatæ: decreta: responsa sunt: & reliquæ: si quæ sunt: quæ nõ ab oratore pariuntur: sed ad oratorẽ a causa: atque a reis deferuntur. Altera est quæ tota

Quæstionis: ut fecisti: non feci. quæstio est an fecerit: & in coniecturali constitutione quæstio est: eadem q̃ & iudicatio. nam quia factũ negatur: facti ratio nulla aufert: & ob eam rem necesse est ut coniecturis ueru3 quæratur. nam q accusant factum esse contendunt: qui defendunt factum esse negant. At uero in aliis cõstitutionibus ex ratione defensoris: & ex firmamento accusatoris quæstio nascatur oportet. Iudicii: qđ ex quæstione nascit: quã iudicationẽ nos διαδικασίαν .i. iudicationẽ. nã δικάζω græce: latie iudico. Inde διαδικασία iudicatio. Iudicatur enim factum in coniecturali constitutione: cum utrinq; peroratum fuerit: & in iuridiciali iudicabit factũ ne sit: iure an iniuria. Quæstionis. i. iudicii. i. iudicationis. Deinde: recto ordine pcedit. Primo qdem diligenter debemus cognoscere cãm, & causæ constitutionẽ: deinde ipsas iudicationes ad quas omnis quæstionis ratio conferatur. Tertio & q̃ cõmoda incommoda sint nobis: & q̃ commoda rursus & incõmoda sint aduersariis. Nam bona nr̃a ad id ualent: ut auditoꝝ animos nobis conciliemus: mala uero aduersariorum. i. uitia ad id ualent ut aduersus ipsos odium & iracundiam concitẽr. Rursus icommoda nostra ad id ualent: ut nobis beneuolos reddamus auditorum animos: cõmoda uero aduersariorum amplificando eos in odium & inuidiam rapimus. Illa duo: uidelicet bona nostra & mala aduersariorum. Deĩde infert Antonius dicẽs: Quandoquidem ad confirmationem causæ nostræ & ad confutationem aduersariorum hæc duo accommodata sunt: alterum ꝗ nobis conciliet auditorum animos: alterum ꝗ commoueat in aduersarios: sequitur triplice3 orationis effectum. i. tripliciter psuaderi: docẽdo: monẽdo: conciliando. Cõmouendis. s. cõtra aduersarios incitando. Eorum: cum eni laudamus aliquid in clientibus nostris: ad conciliandos auditorum animos plurimum ualet. Alterum: uidelicet uitia aduersariorum: & eorum commoda ualent: ut aduersus eos concitemus auditorum animos: quia si quid uitii aduersariorum ostenderimus: quod in arte ueteri & noua didicimus: adducemus eos in odium & inuidiam. In odium autem adducemus si uitia eorum aperiemus: spurce: superbe: cõtumeliose: flagitiose aliqđ factum esse ostendentes. Ad odium concitabimus rursus si commoda eorum amplificauerimus: eos inuisos faciemus: idest in inuidiam deducemus: ut si nobilitatem: dignitatem: diuitias: opes: clientelas aduersariorum prædicemus. Eorum: scilicet qui audiunt. Itaq;: infert ergo ex his rationibus triplicem esse suadendi rationem: & rationis effectum: docendo: conciliando: mouendo. Nixa: firmata & posita. Quæ defendimus: uidelicet ad confirmationem nostrorum argumentorum & aduersariorum confutationem ualet. Ad quæcũque: ad odium: ad inuidiam: ad misericordiam: ad indignationem. Ad probandum: postquã ostendit triplicem esse persuadendi rationem: nunc quomodo unũ quodq; eorum fieri debeat pcipit: & primo ostendit quomodo probare possimus: cuius duplicem docet esse rationem: unam quæ simul cum causa sumitur: & nullam oratoris cogitationem desiderat: alteram quæ tota in oratoris inuentione consistit. In re: idest ĩ causa de qua agitur. Ratione: formandis argumentis cum ratione: quæ illis inesse debet. nam argumenta omnia: siue cu3 causa ueniant: siue cogitatione nostra inueniãtur: certa quadam ratione tractanda sunt. Vt tabulæ: ostẽdit quænam sint ea quæ in re ipsa posita sunt: nec ab oratore inueniuntur. Tabulæ: si causa nostra aut in tabulis testamenti uel stipulationum continetur: aut testimoniis confirmatur: aut pacto: aut conuento: aut quæstionibus: aut legibus: aut senatusconsultis: aut decretis: aut responsis: hinc poterimus ad probandu3 plurimum adiumenti sumere. Testimonia & quæstiones: ex his duobus uerum inuenitur: sed hoc differunt ꝗ ueritas testimoniis exqritur: quæstionibus extorquetur. nam cum testes producti testimonium dederint rei de qua agit: tunc ueritas elucescit: pari ratione cum is qui in tormentis habetur uerum dicere cogitur. Pacta: si quid inter se pepegerit: id ẽt pbationem plurimum iuuabit sine patroni labore. Cõuenta eodem modo: si quid cõuenerit inter aliquos: ut emendo: uendendo: locando: conducendo. Quæstiones: ut dixi in tormentis. Leges: si leges scriptæ fuerint. Senatusconsulta: si quid ad causam nostram pertinebunt. Res iudicatæ: prætorum. Decreta: scilicet principum. Responsa: prudentum. Hæc omnia supradicta ab oratoribus cum causa accipiuntur. Siq; sunt: scilicet eiusmodi: ut cruor in uestimentis: ut liuor in corpore mortui: & similia. A causa: quę in quæstionibus: aut testimoniis audita fuerint. Reus: quicunq; accusatus fuerit: siue iure siue iniuria: ille reus dicitur. Altera: dixit duplicem esse rationem probationis: una quæ cum causa sumitur: & nulla oratoris cogitatione indiget. altera quæ tota ad oratorem pertinet: in qua necesse est ut plurimum industriæ ac laboris ponat: ut inueniat ea quæ causam suam adiuuent: hæc autem sunt quorum extrinsecus ratio inuenitur ex his: quæ aut personis: aut negociis attributa sint: ut in sequentibus dicetur.

In disputatione.i.in tractatione argumenti. Argumentatio est ipsius argumenti tractatio. Argumentum est qđ ex loco nudū sumitur:ut uerbi gratia:Si peperit cum uiro concubuit:locus qui sedes est argumenti:est a cō sequētibus. Argumentū aūt est ipsa res:quæ ex causa consequit: & ideo peperisse:& cum uiro cōcubuisse con sequentia sunt:nā unū ex altero sequit:ergo dicimus locum esse a consequentibus: & argumentum nudū esse: argumentatione uero ipsius argumenti tractationē appellamus. In superiori genere:argumētoꝝ: quæ cum causa deferunt ad oratorē. De tractandis argumentis:p argumētationē, quæ amplissima qdē q̄nquepartita: ex ꝓpositione, ꝓpositionis rōne, exornatiōe, & cōclusione breuissima tripartita ex ꝓpositione, assumptione, siue rōne & conclusione. Mediocris quadripartita:sublata exornatiōe: uel complexione.

Argumentatio

Argumentum

in disputatione:& argumentatione oratoris collocata est.ita in superiori genere de tractandis argumentis:in hoc autem etiam de inueniendis cogitādum est. Atq isti quidem qui docent: cum causas in plura genera secuerunt:singulis generibus argumentorum copiam suggerunt:quod & si ad instituendos adulescentulos magis aptum est:ut simul ac posita sit causa:habeant quo se referant:unde statim expedita possint argumenta depromere. tamē & tardi ingenii est riuulos cōsectari: fontes rerum non uidere. & ætatis est:usus nostri: a capite: qđ uelimus: arcessere. & unde omnia manant uidere. & primum genus illud earum rerum:quæ ad oratorē deferuntur: meditatum nobis in perpetuum ad omnem usum similium rerum esse debebit: nam & ꝓ tabulis:& contra tabulas:& pro testibus: & contra testes:pro q̄stionibus:& contra quæstiones: & item de cæteris rebus eiusdē generis:uel separatim dicere solemus de genere uniuerso:uel diffinite de

In superiori gñe: ubi res ipsa argumēta nobis suggerit:unus labor est tractandi.s. In hoc aūt:in hac ꝓbatione quę sumit ex attributis personæ: & negocio duplex tractādi.s.& inueniendi argumēta. Atq isti quidē:ex tribus ꝓprietatibus oionis q̄ ad persuadendū ualēt.s.docere, siue ꝓbare, conciliare, mouere:aggressus ē primā.i. probare. Dixit aūt duo genera argumētoꝝ esse: q̄bus utitur orator ad cōfirmādam cām:unum qđ simul cū cā tradit.alterum qđ ab ipso oratore excogitat. Nūc prosequit qđ facere instituerat:& rhetoꝝ primo ꝑcepta ostendit: deinde qđ sibi faciendū esse uideatur, declarat. Rhetores inqt:qui dicendi rōne præcepta tradūt: constitutiones & constitutionum partes primo proponūt:deinde singulis constitutionibus propria quædam præcepta substituūt. at nos aliter faciendum sentimus. Id eni qđ isti faciunt potius ad adulescentes pertinet:ut argumenta parata habeant:cum declamandū fuerit. Nos uero qui causas in foro agimus: oportet argumentorum fundamenta intelligere:ut nobis ad omnem causā utilitati esse possint:generalia igitur præcepta esse uolumus:nō specialia. In plura gña.i.in constitutiones, cōstitutionumq partes. Secuerunt:diuiserunt. Generibus: cōstitutionibus.

Suggerūt:subiiciūt:sicut Cice.in arte noua & ueteri fecit. Nam propositis constitutionibus singulis suis sua cuiq argumenta distribuit. Qđ &:postq̄ reddit rōnē cur ita faciāt:nūc dicit qđ ipse faciat. Primo q̄dem negat utilia esse hæc adulescentibus:q se exercere cœperūt. Deinde dicit aliam adulescētū:& aliam oratorū: qui cās agūt:esse rōnē dicendi. Quod:uidelicet sua cuiq cōstitutioni argumēta subiicere. Vt simulac posita cā: cōstitutiōe causæ uel cōiecturali uel diffinitiua uel generali & partibus earū. Habeant.s.argumenta. Quo: ad quæ argumenta. Vñ.i.a q̄bus argumentis. Depromere:proferre. Tardi ingenii:hoc inqt est tardioris ingenii. Riuulos consectari.i.argumenta aliunde sumpta. Translatio est a fonte:de quo riuuli deriuantur. Quemadmodum inquit riuuli de fonte deriuantur:ita hæc argumenta tradita rhetoribus: aliunde sumpta sunt hoc modo:Qui amore ardet:amatam concupiscit:argumentum erit. Fons autem argumenti sumptus erit ab adiunctis negocio ex genere & specie. Cupere genus est:pars est amor.nam si species conceditur genus negari non potest hoc modo. Si amat ergo concupiscit:& sicut species generis:ita etiam amor pars est concupiscentiæ:& hoc sentit Antonius:Nō modo argumēta esse tenenda:sed argumentorum originem:ut oīa quæ ab eodem fonte manare possunt:cum opus erit inueniamus. Fontes.i.originē ipsorum argumētorū. Et ętatis:ꝑterea nec ætatem nec cōsuetudinem nostram decet specialiter argumēta proponere. Aetatis:qui grauiores sumus. A capite:ab origine. Arcessere.i.ab ipsa origine sumere.i.a loco qui sedes est argumenti. Et primum genus earum rerum:sensus est:Inter cætera argumēta ea potissimum parata esse debere:quæ simul cū causa traduntur.id autem q̄obrem continuo declarat. Meditatū.i.exercitum.meditari exercere significat: & hoc loco passiuū est. Multa enim quæ apud nos deponētia sunt:apud antiquos actiuæ & passiuæ significationis inueniebantur communia. Similium:uidelicet cum similes res inciderint tractandæ nobis. Nam & pro tabulis:ecce quæ sunt res quæ oratori tenendæ sunt:ut præparati sint:& est ratio cur uelit ea quę simul cū causa traduntur:eo diligenter percipi uolumus:q infinitæ per thesim tractantur:& diffinit per hypothesim. nam id est: quod dicit de genere uniuerso.i.de quæstione infinita:quæ circunstantiis seiuncta est:& finite.i.de quæstione finita:quæ implicita est circunstantiis certarum personarum:rerum & locorum. Hæ enim circunstantiæ sunt:ut uerbi gratia:Si quis contra testes dixerit dupliciter dicere poterit & uniuersaliter & finite. Vniuersaliter testibus credendum non esse:in quibus gratia:metus:odium:officium. Diffinite: testibus credendū non esse. Nam seruo fides habenda non est:qui nihil pro aduersariis contra dominum diceret:eodem modo de cæteris eiusmodi dicendum est argumentis. Hoc igitur sentit Antonius:quo nobis taliū argumentorū

Meditari

utilitas maior diligentius percipienda. Pro tabulis.i.pro stipulationibus contra stipulationes: & testibus cõ
tra testes. Testibus:credendũ esse testibus:uniuersalis est qõ:& ideo infinita eodẽ mõ: testibus credẽdum nõ
esse e diuerso. Separatim.i.solemus per thesim tractare.i.per quæstionem infinitam quæ separata est a circun
stantiis. Diffinite.i.per qõnem finitam.i.implicitã circũstantiis locorum,rerum,& psonarum. Singulis tpibus:
idest certis diffinitis.Scimus.n.has esse circunstantias:qs:qd:ubi:qbus auxiliis:cur:quõ:qñ. Quos.s.cũ cau
sa coniunctos. Multa cõmentatione:ut.s.memoriæ mandetˀ. Expeditos.i.promptos preludio quodam:qđ
græci αγοβολειν appellant. Longũ : ideo in
quit uolo hæc expedita & parata uobis esse:
q a sigs declarare uellet uobis:quõ confirma
re aut infirmare tabulas quæstionesq; opor
tet,nimis longũ ac perplexum erit. Hæc sũt
omnia:prio quidem excusat:cur nolit de sin
gulis pcepta dare.Primo quia plixum: deide
q a non est necessarium:q a quilibet ingenii ẽt
mediocris poterit a seipso pcipere:quõ hęc ar
gumẽtorum genera cõfirmari aut infirmari
debeant. Exercitationis maximę:necesse est
ergo ut in his multũ se exerceat orator. Hæc
.s.tabulæ & qõnes. Certis luminibus .i. cer
tis exornationibus uerborum & sniarum.Nã exor
nationes uerborũ & sententiarum sunt qdã
qsi lumina oratoris.Id enim fit cum argumẽ
tatio artificiosa his etiam argumẽtis adhibe
tur,q cũ causa ueniũt. Itẽq; illa q sunt alte
rius:similiter nec illa inquit q ab oratore exco
gitantur argumẽta tam difficile est inuenire:
q tractare. Excogitationem.i. inuentionẽ.
Explicationem:expositionẽ ornatã & perpo
litam.sensus est ergo: Duo genera argumen
torum esse: unum qđ sua sponte offertˀ:nec ulla
arte:nisi exornatione indiget:ut tabulæ:rñsa:
decreta:& reliqua. Alterum qđ nõ cũ cã uenit:
sed ab oratore reperitˀ:q sunt ab attributis p
sonæ & negociis:& in his argumentis necesse
est:ut orator nõ nihil laboret in íueniẽdis: si
mul & exornandis:ergo locutio utriq; conue
nit:alteri qdem sola:alteri uero cum inuentio
ne coniuncta. Itaq;:cõcludit ergo a superio
ri:quãdoqdẽ duo genera argumentorũ se ita
habent:ut alterum per se feratur:alterum ue
ro ab oratore inueniatur:sequitur difficile nõ
esse quid dicas inuenire:sed tantum modo ex
ornare. Quid:in inuentionis est. Quõ:elo
cutionis est. Alterum.s.quid dicatur inueni
re:artem quidem desiderat:sed non difficilẽ.

singulis temporibus:hominibus:causis : quos quí
dem locos(uobis hoc Cotta & Suplíti dico)mul
ta commentatione atq; meditatione paratos : atq;
expeditos habere debetis.Longum est enim nunc
me explicare:qua ratione:aut confirmare: aut in
firmare testes:tabulas:quæstiones oportet. Hæc
sunt omnia ingenii uel mediocris : exercitationis
autem uel maximæ : artem quidem & præcepta
duntaxat hactenus requirunt:ut certis dicendi lu
minibus ornentur.Itemq; illa:quę sunt alterius ge
neris:quæ tota ab oratore pariuntur:excogitatio
nem non habent difficilem : explicationem magis
illustrem perpolitamque desiderant. Itaque cum
hæc duo nobis quærenda sint in causis: primũ qd:
deinde quomodo dicamus:alterum quod totũ ar
te tinctum uidetur: tametsi artem requirit : tamen
prudentiæ est pene mediocris: quid dicendum sit
uidere:alterum est in quo oratoris uis illa diuina:
uirtusq; cernitur:ea:quæ dicenda sunt:ornate : co
piose:uarieque dicere. Quare illam partem supe
riorem:quoniam semel ita uobis placuit:non recu
sabo quo minus perpoliam:atq; conficiam:quan
tum consequar:uos iudicabitis:quibus ex locis ad
eas tres res:quæ ad fidem faciendam solæ ualent:
ducatur oratio:ut & concilientur animi & docean
tur & moueantˀ. Hæc sunt.n.tria numero:ea uero
quẽadmodũ illustrẽtur:præsto est:qui oẽs docere
possit:q hoc primus in nostros mores íduxit:q ma
xíe auxit:q solus effecit. Nãq; ego Catulle:dicã.n.

Mediocris.i.mediocriter prudẽs orator:cũ sibi pposita fuerit cã:poterit ex ea sumere argumẽtũ:uidelicet ex
attributis psonæ & negociis. Alterum:uidelicet quõ dicatˀ:exquirere totũ ẽ oratorię facultatis. Ornate,copio
se,uarieq;.nam id oratoris est proprium multis uariisq; rebus exornare & locupletare orationẽ. Quare illã:
quandoquidẽ duo sunt:in quibus potissimũ elaborare debet orator:iuentio.s.& elocutio.Nam ex quinq; par
tibus rhetoricæ facultatis dicit duas præcipue oratori esse necessarias.s.inuentionem & elocutionẽ. Ego qui
dem de inuentione dicere conabor:exornationis uero partem Crasso relinquã. Illam partem.s. inuentionis.
Quoniam semel:idest quoniam semel ita placidum est.id enim summope ab Antonio petierũt Cotta & Sul
pitius.Interim dum ego uobis eiusmodi expedio argumenta. Consequar.s.præcipiendo de hac maxima rhe
torica facultatis parte. Quibus:nam,sicut superius dixit,hi sunt effectus orationis:ut concilientur in princi
piis auditores: doceãtur in confutatiõe & narratione:& moueantur in conclusione:ne siue per orationẽ quæ
tñ per totã orationẽ faciẽda sunt:ut ẽt sentire uidetˀ Antonius. Queadmodũ: unde íueniantˀ ego me ductu
rũ pfiteor:quõ uero exornentˀ:adest hic Crassus. Illustrentˀ.i.exornentˀ inuẽta:& õndit tantã esse exornãdi fa
cultatẽ in Crasso:ut oium oratorum:quos unq̃ uiderit & audierit Crassum pstantissimum esse cõfirmet. In Ro
manos.i.a græcis transferenda:& bono ordine procedit.Primo nouum aliquid in consuetudinem adducitˀ:de
inde augetur:postea cõfirmatˀ. Nãq;:hoc est quod Antonius dicit in laudem Crassi.s.oratores oẽs qui ubiq;
sint ætatis suæ audiuisse diu adeo ut quæcũq; in eis notanda sint,memoriæ mãdarit:& tñ ex oĩbus oratoribus
se iudicare pstãtissimũ eẽ Crassum:& propterea dicit Crassũ ipm optimę exornandi partẽ tractare posse.

Non assentandi

Non aſſentandi.i.nihil dubitans ne aſſentari uideat Craſſo:qđ ei tantum attribuam. Tulerit:ediderit:prodiderit.ut Virg. Si duo prætetea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. Tulerim.ſ.diu audiendo paſſus fuerim & diligenter:qa nõ ſolũ diu,ſed ẽt diligenter. Si qd eſt.i.ſi q̃ dicendi peritia eſt in me. Quod iaꝫ:hoc eſt poſſum ſperare me aliquid dicendo ualere:q̃ tanto ingenio uiri:tanto ſtudio me audire pergant. Inſederit.i. infixuꝫ ſit:ita ut aboleri nequerit. Atq̃ ego:tandẽ cõcludit qđ uolebat:poſtq̃ oſtẽdit ſe optimũ eẽ q iudicare poſſit. Is:talis:q bonoꝝ oium oratoꝝ auditor extiterit. Quãtuſcũq̃:moderate de ſeipſo locutus eſt.i.quãtũcũq̃ ualeã. Statuo:delibero,& iudico:primũ deliberamus:deinde iudicamus. Tot:numero.

non reuerens aſſentandi ſuſpitionem:neminem eſſe oratorem paulo illuſtriorem arbitror:neq̃ græcum:neq̃ latinum:quem ætas noſtra tulerit:quem non & ſæpe tulerim:& diligenter audierim.Itaque ſiquid eſt in me:quod iam ſperare uideor: quando quidem uos his ingeniis homines: tantum operæ mihi ad audiendum datis:ex eo eſt:quod nihil q̃ſquã unquã me audiente egit orator: quod non in memoria mea penitus inſederit.Atq̃ ego is:quicũque ſum:quantuſcunq̃ ſum:ad iudicandum omnibus auditis oratoribus ſine ulla dubitatione: ſic ſtatuo & iudico neminem omnium:tot & tanta:q̃ ta ſint in Craſſo:habuiſſe ornamẽta dicendi.Quãobrem ſi uos quoq̃ hoc idem exiſtimatis:non erit (ut opinor)iniqua partitio:ſi cum ego hũc oratorem:quem nunc fingo:ut inſtitui: crearo: aluero: confirmaro:tradam eum Craſſo & ueſtiendum & ornandum.Tum Craſſus: Tu uero inquit Antoni perge:ut inſtituiſti:neq̃ enim boni eſt:neq̃ liberalis parentis quem procrearit & eduxerit: eum non & ueſtire & ornare:præſertim cum te locupletem eſſe negare non poſſis.Quod enim ornamentum: quæ uis:qui animus:quæ dignitas illi oratori defuit?qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum conſularem:& eius diloricare tunicam: & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere?qui idem hoc accuſante Sulpitio:cum hominem ſeditioſum:furioſumq̃ defenderet:non dubitauit ſeditiones ipſas ornare: ac demonſtrare grauiſſimis uerbis:multos ſæpe impetus populi nõ iniuſtos eẽ:quos p̃ſtare nemo poſſit:multas ẽt e rep. ſeditiões ſæpe eſſe factas: ut cũ reges eſſent exacti:

Tãta:magnitudine. Quãobrem:nunc infert qđ intẽdit:Nõ eſt inq̃r abſurdũ ſi ex duabus partibus rhetoricæ facultatis: unam mihi aſſumpſerim:alterã Craſſo delegauerim.

Hoc idem.ſ.p̃ferendum eſſe oibus oratoribus ætatis noſtræ. Partitio.i.iniq̃ diuiſio:ut ex duabus p̃tibus unã mihi:alterã uero Craſſo tradiderim. Crearo.i.naturaliũ bonoruꝫ optione. Aluero: optimoꝝ ſcriptoruꝫ imitatione. Confirmaro: locoꝝ ſiue argumentorũ inſtructione. Crearo:item ut bonis & firmis fit lateribus:& bono utitur ordine in trãſlatione.primo.n.creat̃ filius:deĩde alitur: poſtremo ueſcitur. Et ueſtiendũ.i. tradã Craſſo ut ei tradat ornamẽta dicẽdi: uidelicet locutionẽ q̃ cõſumit̃ in exornatione uerboruꝫ & ſententiarum. Veſtiunt uerbis:exornãt ſententiis. Tũ Craſſus:urbane Craſſus atq̃ facete in trãſlatione p̃manſit.Dicit.n.nihil eſt Antoni q̃ mihi hũc oratorẽ ueſtiẽdũ:& exornandũ tradas.Nã ſi parẽs optimus es:idignum facies parẽte libero:ut quẽ creaueris atq̃ alueris eũ ſine ueſtibus & ornatu relinq̃s: p̃ſertim cũ ſciamus te diuitẽ eſſe:q hoc optime facere poſſis. Neq̃ ẽ boni:ille eñi nec bonus nec liberalis parẽs uidet̃:ut quẽ filium creatũ aluerit:atq̃ cõfirmauerit:eũ ſine ueſtibus relinq̃t, atq̃ ornamẽtis. Eduxerit:educauerit.ut Terẽ.Eduxi te a paruo. Præſerti:iuſta cã cẽt ſi parens iõ filium nudum relinq̃ret:qa facultates ei nõ ſuppeterẽt:ſed cum tale nihil de Antonio dici poſſit:q̃ppe quẽ locupletẽ eſſe confirmat:nõ recte faciet eũ ſine ueſtibus relinq̃re. Te locupletẽ.i.te diuitias oronis hñtem.

Quod.n.ex eo qđ antea fecerat Antonius p̃bat Craſſus ĩpm hr̃e uim q̃ ad ornãdã orõneꝫ pertineat. Nã ſi cãs ſ q̃t difficiles atq̃ deſp̃atas tu ſolus ſuſtinuiſti:qd eſt qđ tibi nõ ineẽ dicamus. Quæ uis.ſ.p̃ſuaſiõis. Qui aĩus.ſ.concitatiõis. Quę dignitas.ſ.uenuſtatis:q̃ in geſtu & habitu corp̃is cõſiderat̃. Reũ:Aq̃liũ dicit:quẽ legimus belli Aſiatici reliq̃as cõfeciſſe:nõ ille q̃dẽ Romano more:ſed cũ fontibus uenena miſcuiſſet ad q̃rũdã ciuitatũ deditionẽ q̃ maturã q̃dẽ uictoriã fecit:ſed iſamẽ.Itaq̃ dies illi dicta ẽ q̃ ueneno cũ hoſtibus certaſſet:& romana arma:q̃ ſacroſancta in id t̃p̃s hẽbant̃: medicaminibus ipſi⁹ uiolauerit.Hũc defendit Antonius p̃ductũ ĩ cõcionẽ:& cicatrices ſciſſis ueſtibus oñdẽs:q̃s aduerſo pectore acceperat:populo cõmiſerationẽ leniuit. Diloricare:uſus ẽ militari uerbo.nã diloricare p̃prie ẽ ſcidere tunicã:ut Nonio Marcello placet. Aduerſas:aduerſo pectore acceptas:ĩ quo ſignificat̃ eũ ſtrenue:ac fortiter aduerſus hoſtes dimicaſſe:nõ aũt terga dediſſe.Cicatrix ãt ſignũ ẽ uulneris obducti.

Qui idẽ:Antonius cũ defenderet Norbanũ:q̃ populũ aduerſus Scipionẽ cõcitaſſet:q exercitũ amiſiſſet:oñdebat nõ eẽ crimini dãdũ q̃ pp̃li ſeditio plerũq̃ reip. p̃fuiſſet. Seditioſũ:qa nõ negabat ſeditionẽ xcitatã eẽ a Norbano. Furioſũ:nõ q̃ ipſe furioſus eẽt:ſꝫ qa aliis furorẽ imiſerit. Præſtare nemo poſſit.ſ.certos reddere: q̃ppe q̃ p̃ uulgi mobilitate p̃ueniũt. Vir. Sæuitq̃ aĩs ignobile uulgus.q̃s.n.populi mot⁹ cõfirmet? Exacti:expulſi.Exigere.n.expellere ſignificat:ut p̃bãdæ uobis exigẽdæ ſint prius. Multas:pẽdet lr̃a a ſupiori. Seditiones:ſeditio populi ac tumultus ingens aduerſus reges p̃pter cædẽ Lucretiæ facta eſt:ut apud Titũ Liuium.

Veſtire
Exornare
Diloricare
Cicatrix
Exigere

ut cum tribunitia poteſtas eſſet conſtituta: illam Norbani ſeditionem ex luctu ciuium:& ex Cepionis odio:qui exercitum amiſerat:neq; reprimi potuiſſe:& iure eſſe conflatam. Potuit hic locus tam anceps:tam inauditus:tam lubricus:tam nouus:ſine quadam incredibili ui:ac facultate dicendi tractari? Quid ego de Cn. Mālii? Quid de Q. regis commiſeratione dicam? quid de aliis innumerabilibus? in quibus hoc non ſolum maxime enituit: quod tibi omnes dant:acumen quoddam ſingulare:ſed hæc ipſa quæ nūc ad me delegare uis:ea ſemper in te eximia & præſtantia fuerunt. Tum Catullus:Ego uero inquit in uobis hoc maxime admirari ſoleo:ꝙ cum inter uos dicendo diſſimillimi ſitis:ita tamen uterq; ueſtrum dicat: ut ei nihil neq; a natura denegatum:neq; a doctrina non delatum eſſe uideatur. Quare Craſſe: neq; tu tua ſuauitate nos priuabis:ut ſiquid ab Antonio aut prætermiſſum:aut relictum ſit:nō explices. neq; te Antoni ſi qd non dixeris:exiſtimabimus nō potuiſſe potius: q̄ a Craſſo dici maluiſſe. Hic Craſſus: Qui tu inqt Antoni omittis iſta: quæ propoſuiſti: quæ nemo horum deſiderat:quibus ex locis ea quæ dicenda ſint in cauſis reperiantur:quæ q̄q̄ abs te nouo quodammodo:præclareq; dicuntur:ſunt tamē & re faciliora:& præceptis ꝑuagata: illa deprome nobis un̄ afferas q̄ ſæpiſſime tractas:ſemperq; diuinitus. Depromā equidē inquit Antonius:& quo facilius

Cum tribunitia poteſtas:hoc quoq; a Liuio ſcribit̃ ꝓpter cædē Virginiæ populū ſeceſſiſſe ī Auētinū mōtē: hic creatos tri.ple.eē:deīde ſenſim deſcēdebat ad hāc Norbani ſeditionē:& dicebat eā in rē factā:nā ciues mœrore cōpulſos amiſſi exercitus nullo mō reprimi potuiſſe. Luctu:qa lugebant tot ciues Romanos in exercitu fuiſſe deletos. Odio:quo pciti erāt aduerſus Cepionē. Neq; reprimi: quā ſi uoluiſſet Norbanus reprimere nō potuiſſet. Potuit hic:exaggerat & rei & cauſæ difficultatē:ut maiorē uim oſtēdat eloquētiæ in Antonio: neq;.n.difficile eſt cās uulgares defendere:ſed magnas ac prope deſperatas. Hic.ſ.defendere populi ſeditionē iuſte factā:& eū q ipſius ſeditiōis auctor fuerat:nonne magnæ eloquētiæ? Id demum eſt oī laude:oiq; admiratione ꝓſequēdū. Anceps: dubius & periculoſus. Inauditus:inuſitatus. Lubricus.i.cā difficilis. Tā nouus.i.ꝑter cōſuetudinē. Vi.i.uehemētia oratoris. Facultate:q̄ ex arte cōficit̃.i.habilitate dicēdi.nā facultas ē habilitas:quæ ex arte cōficitur: & eſt cuiuſlibet artis genus. Quid ego? ſi alia pſequi uellē:quæ ſumma cū laude Antonius ſuſcepit:ſuſceptaq; defendit:nonē facile ꝓbare potero qd dico? uidelicet poſſe illum unāq̄q; cām ornare ac locupletiorē reddere. Cn.Mālii:hiſtoria ē eiuſmodi:Gallorū,Senonū,Teutonūq;,atq; Tugurinorū:q ex ultimis Galliæ regiōibus:cū terrā eorū Oceanus inundaſſet: nouas ſedes quærebāt. Primū īpetū Sillanus: ſecūdū Mālius:tertiū Scipio ſuſtinere non potuerūt:fuſi igit̃ fugatiq; ſunt:& caſtris exuti. Sed Mālius ab Abronibus,ꝙ eius gentis robur in exercitu fuerat:q cum accuſatus eēt:ꝙ ſpoliatus caſtris eēt: Antonius eū defendit:& in ea cā potiſſimū elaborauit ut populū ad cōmiſerationē adduceret:cū oñderet non ducis temeritate factū eē:ſed fortunæ:cui nemo reſiſtere pōt. Pruſiæ:ideȝ ēt defendit Pruſiā: ꝙ Hānibalē ad Antiochū profugū hoſpitio ſuſcepiſſet:& ducebatur in ſuſpitionē:qd de bello inferēdo Romanis cogitaſſet. Cōmiſeratiōe:quam pro Cn.Mālio populo Romano. Quid.ſ.dicā. Q d.ſ.ſingulare quoddā tibi oēs dant. Dant.i.cōcedunt. Acumen.ſ.inueniēdi:q cauſæ utilia ſunt:oēs.n.hoc tibi in eſſe cōcedūt. Sed hæc ipā ut nō ſolū hēas quæ ad īuentionē pertinēt:ſed quæ ad elocutionē ſpectāt. Delegare:deferre. Eximia:ſingularia:& ꝓſtantia. Eximia dicuntur ab eximēdo: nam qd a uulgo exemptum eſt:ſingulare dicitur:qd in aliorum ordinē nō fit redigendum. Tum Catullus:Catullus hic interlocutus eſt:hoc ideo facit: ut interlocutione utatur eorū q ītroducunt̃:ut faſtidiū ꝑpetuæ orōnis tollat:& uarietate auditorū aīos retineat erectos. In uobis.ſ.o Craſſe:& Antoni. Dicēdo:hoc eſt qd me admiratione tenet. Diſſimillimi.i.diuerſum dicēdi genus ſequat̃. Denegatiuū:nō delatū.pulchra eſt expolitio. Quare:q̄nquidē pares in diſſimili genere dicendi eſtis:petimus a uobis:ut tu Antoni dicere pſtes,ut cœpiſti:& tu o Craſſe ſiquid ab Antonio ꝑtermiſſum fuerit:ſupplere nō recuſes. Explices:declares. Prætermiſſum.ſ.curſu dicēdi. Relictū:inchoatū: uidelicet qd̓ inchoauerit:& nō ꝑfecerit. Neq; te:& ſiqd nō dictū erit:qd̓ ad præcepta huius facultatis pertineat: nō ideo factum eē dixerimus:ꝙ neſcietis:ſed Craſſo dicendū delegaueris. Hic Craſſus:cū hoc dixiſſet tñ aliā interlocutionē Craſſus īſeruit:ut uarietatē faceret. Craſſus ita allocutus eſt Antoniū:Quid opus ē inqt:ut narres q̄ uulgo tradunt̃ ab oratoribus de inuētione & elocutiōe:nō iſta reqrunt Cæſar & Catullus audire:q̄ uulgo docere ſolēt:ſed q̄ in agendis cauſis ipſe facere cōſueuiſti. Quibus ex:hoc nō dixerim:ꝙ tua orō nō ſit mirifice ꝓbanda:qppe q noua q̄dā & mira dixiſti. Quāquā:quāuis & noue dixeris & mire tñ ſūt uulgaria. Peruagata:omnes.n.ferme de arte rhetorica ſcribentes:eiuſmodi præcepta tradiderunt. Deprome:profer, manifeſta nobis quæ ſint illa:quæ facere ſoles. DEPromam:hoc eſt caput ſextum de primo genere perſuaſionis artificialis:quod docendorum auditorum cauſa traditur:& argumentorum acumen deſiderat. Depromam:ita ingreditur ad diſputationem:ut dicat:Petis a me o Craſſe:ut oſtendam quid ego faciam:& unde inueniam ea: quæ ſæpiſſime tractem:non deero tibi quominus obtemperem. Idq; faciam ut cū poſtea a te meo quodam iure:quaſi debitum exegero:tu mihi negare non poſſis.

Manlii hiſtoria

Eximia uñ

Exigam

id a te exigã: quod peto: nihil tibi a me postulanti recusabo. Meæ totius in dicẽdo orationis & istius ipsius in dicẽdo facultatis: quam modo Crassus in cælum uerbis extulit. tres sunt rationes: ut ante dixi: una conciliandoꝝ hoīum: altera docẽdoꝝ: tertia concitandorum. Harũ trium partium: prima lenitatem orationis: secunda acumen: tertia uim desiderat. Nã hoc necesse est: ut is qui nobis causam adiudicaturus sit: aut ĩclinatione uoluntatis propendeat in nos: aut defensionis argumentis adducatur: aut animi permotione cogatur. Sed quoniam illa pars: in qua rerum ipsarum explicatio: ac defensio posita est: uidetur omnem huius generis quasi doctrinam continere: de ea primum loquemur: & pauca dicemus. Pauca enim sunt quæ usu iam tractata & aio quasi habere notata uideamur. Ac tibi sapienter monenti L. Crasse libenter assentiemur: ut singularum causarũ defensiones: quas solẽt magistri pueris tradere: relinquamus. aperiamus autem ea capita: unde oĩs ad omnem & cãm & orationem disputatio ducitur. Neq; enim quoties uerbum aliquod est scribendum nobis: toties eius uerbi literæ sunt cogitatione conquirendæ.

Exigam. i. quasi debitum recipiam. Nã exigere est debitum reposcere: & aduertendũ est: ꝙ hæc pars huius libri perutilis est. Nihil tibi: æquum. n. est: ut quę postulans impetrauit: postulatus deinde reddet. Meæ totius: incipit nunc declarare repetens breuiter rõnem illam artificialem persuadendi: quot effectus inducuntur: sed primum præcipiet cum docere possimus auditorem: uidelicet præcepta dabit confirmandæ rõnis nostræ & refellendæ rõnis aduersariorum. Meæ oronis: quam seruare soleo in dicendo. Facultatis. i. copiæ dicendi & facilitatis. Nam facultas facilitas dr: sed inter facultatem & artem hoc differt: ꝙ facultas ex arte ꝓficiscitur: & ideo facultas dixit: quia uidelicet in oibus causis iudicatus fuerit in dicendo excellere. Extulit. s. dum laudat causas quas semp egerim. Tres: nam tres has persuadendi proprietates Antonius sæpe nominauit. Ante. i. in superiori disputatione. Vna conciliandoꝝ: nunc dicit quid in unaquaq; istaꝝ partium seruandum sit. Harum trium: uidelicet in conciliando facundiam: & in docendo acumen: in concitando uehementiam. Lenitatem: ut conciliemus. Acumen: ut doceamus. Vim: ut cõmoueamus. Lenitatem: suauitatem quandam: ut nobis beneuolos efficiamus auditores. Acumen: perspicacitatem quandam ingenii. Nam acumen inueniẽdi est: necesse. n. est: ut quæ causæ prosint inueniat orator. Vim: uehementiam: & acrimoniam orationis: quã auditoꝝ animos quocunq; uelimus impellamus: uel ad iraz, uel ad misericordiam. Vt is: uel prætor: uel iudex: uel populus: uel imperator. Propendeat. i. propensus & inclinatus in nos sit. Inclinatione: quæ arte conficitur: & hoc ad conciliandum auditoris animum. Defensionis: quod fit docendo: si sua sponte inclinatus non fuerit. Permotione: hoc ad concitandum pertinent: siue ad iracundiam: siue ad cõmiserationem. Adducatur: quia cũ rõnes nostras uel ueras: uel uerisimiles: uel necessarias: uel probabiles adduxerimus: tũc inducit auditor: ut nobis faueat. Sed qm̃ illa pars: tria inquit sunt quę proposuimus ad persuadendum pertinere. i. docere, conciliare, & mouere: hoꝝ aũt primum est docere: ut cõsiderentur loci: ex quibus argumẽta ducantur: quibus oẽm causam nostram instruere, & aduersariorum destruere possimus. De hac igitur persuadendi parte primum dicemus: deinde de cæteris subsequenter. Explicatio ac defensio: unum ex altero sequitur. nam cãm nostram explicando defendimus. Explicatio: cum. n. rõnes nostras exponimus: causam nostrã confirmamus. Generis. i. huius facultatis rhetoricæ: cuius finis est persuasio. Ad persuadendum aũt tria intenduntur. s. docere, conciliare & mouere. De ea. s. parte persuadendi: quæ ad docendum pertinet. Paucas ideo inquam pauca dicemus: quia pauca sunt minus nota. Vsu: consuetudine, & longa exercitatione. Notatam. i. notam & tritam: aut, qđ mihi non displicet, tentam. Inchoatam dixit: ut sit sensus: A b aliis iam incepta tractari. Ac tibi: nunc spẽaliter rñdet Crasso: qui supra adhortatus erat Antonium: ut præcepta rhetorũ peruulgata omitteret: neq;. n. ab oratore desiderari. Assentiemur: uidelicet ne singula argumenta cuiq; cõstitutioni subiiciamus: quod facere solent magistri huius artis: uidelicet rhetores: qui de huiusmodi arte præcepta dant. Assentiemur. i. tibi in hac re libenter morem geremus o Crasse. Defensiones. i. argumenta a præcedente qđ sequitur. nam argumenta præcedunt: ex argumentis uero defensiones consequunt. Aperiamus aũt. i. ipsorum argumentorum originem explicemus: ex quibus argumentis oĩs cã confirmat ac si diceret: Volumus præcepta nostra generalia & non particularia esse: ut cum genera rerum tenuerimus: ad oẽm causam instructi simus. Capita. i. origines: quemadmodum capita fluminum fontes & origines appellamus: nam qui capitula dicunt satis latine non loquuntur. Causam. i. controuersiam. Ois disputatio. i. ois confirmatio. nã confirmatio est quædam quasi disputatio rei de qua agitur. Ad causam & orationem. i. orationem causæ cũ qua ipsa cã defenditur. Neq;. n. per similitudinem ońdit: q̃ño uniuersaliter argumentorum loca tenere debeamus. Nam loci sunt sedes argumentorum: quemadmodum inquit non singulorum uerborum. i. dictionum literas mẽte pertractamus: cum dictionem aliquam scribere uolumus: sed uniuersaliter oẽs literas cognitas habemus: pari ratione uelim argumenta. i. locos nobis esse cognitos: quẽadmodum promptas habemus literas cum uerbum aliquod scribere uolumus: ita promptos haberi locos uolumus: quibus omnis causa confirmetur. Verbum: quod græci λέξιν appellant. i. dictionem. Literæ: quibus dictio scribitur.

Facultas

Caput

Capitulũ non latine dici

Loci

nec quoties causa dicenda est:toties ad eius causæ sepofita argumenta reuolui nos oportet : sed habe re certos locos : qui ut literæ ad uerbum scriben dum: sic illi ad causam explicandam statim occur runt . Sed hi loci ei demum oratori prodesse pos sunt:qui est uersatus in rebus: uel usu : quem ætas deniq; affert:uel auditione: & cognitiõe :quæ stu dio & diligentia præcurrit ætatem . Nã si tu mihi quamuis eruditum hominem adduxeris:quamuis acrẽ & acutũ in cogitãdo : q̃uis ad ꝑnũciãdũ expe ditũ:si erit idẽ in cõsuetudine ciuitatis:i exẽplis: in istitutis:i moribus:ac uolũtatibus ciuiũ suoꝶ hos pes:nõ multũ ei loci ꝓderũt illi:ex q̃bus argumẽta promuntur : subacto mihi ingenio opus ẽ:ut agro non semel arato : sed nouato & iterato: quo melio res fœtus possit & grandiores edere . Subactio autem est usus:auditio:lectio : literæ .Ac primum naturã causæ uideat : quæ nũquam lateat:factum ne sit quæratur:an quale sit: an q̃d nomen habeat. quo perspecto statim occurrit naturali quadã pru dentia:non his subductionibus : quas isti docent:

Nec quoties satis.n.est uniuersas l̃ras mente notatas teneamus:q̃d facere uident̃ hi rhetores:q unicuiq; cõ stitutioni sua argumẽta subiiciũt q̃si propria . Nã ꝓpositis argumentoꝶ locis:facile erit eligere:quæ ꝓpositæ q̃õni & causæ cõueniant. Certos:firmos, stabiles, notatos:& mẽtis nr̃æ habitu ita pceptos:ut oblitari nõ pos sint. Cã:q̃cunq; illa fuerit:siue cõiecturalis:siue diffinitiua:siue g̃nalis:siue partes eius, quas satis plane supra memorauit. Seposita:sepata:sicut a rhetoribus fieri solet. Statim:sua sponte:nulla nr̃a cogitatione. Expli candã:tractandã:& cõfirmandã. Occurrunt.i.nobis sese offerunt. Sed hi loci:& ne quis forte existimet in lo cis oia cõsistere:admonet Antonius alia q̃dã necessaria eẽ oratorib⁹:q aliq̃ ex his locis uti litatẽ capere uoluerũt:uidelicet multaꝶ reꝶ scie ntiã:atq; expiẽtiã tenere: tũ demũ usui po terũt eẽ. Hi loci:quos nũc oratori ꝓponẽre statuimus. Ei:oratori uidelicet:q uersatus ẽ in rebus agẽdis:uel usu:uel exercitatione:uel piria. Quẽ.s.usum & sciam : ac si diceret: Si nullã alia rõne multaꝶ reꝶ expiẽtiã capere potes:at potes lõgitudine uitæ:& nũc quasi p trãsitũ oñdit oratorẽ tũc demũ eẽ pfectũ : cũ puectioris ætatis eẽ cœpit. Vel usu.i.q usũ reꝶ ab aliis pcipiẽdo:& itelligentia cõsequẽ do cognouerit:etiã si iunior fuerit orator : & multa ab aliis pcepit:& multa itelligẽtia con secutus fuerit:tñ hãc facultatẽ, de q̃ loq̃t, cõ seq poterit. Ætatis:q̃a experientia nisi longi tpis eẽ nõ põt. Cogitatione reꝶ.s.quas acu mine iueniendo tenuerit. Auditione : quas ab aliis pcipiendo didicerit. Studio : q̃tũ ad cognitionẽ. Diligẽtia:q̃tũ ad auditionem. Nã si tu:rationẽ affert :cur uelit multaꝶ reꝶ usum & expiẽtiã hr̃e oratorẽ: q̃a poterit ma gnã ex his locis capere utilitatẽ :nã si oia ẽr lo coꝶ argumenta tenebit orator:tñ sine expe riẽtia & p̃cipue ciuitatis:in qua uixerit nõ ual de hæc illi prodesse poterũt.sensus est: Si bo na ingenii & naturalia adeptus fuerit:non tñ usum tenuerit:& reꝶ ciuiliũ rõnẽ habuerit: hi loci paꝶ ei, ne dicã mihil, ꝓdesse uidebũt̃:uult ergo oratorẽ ex ciuitatis cõsuetudine & ꝑ sensibus hoĩum di cere:ut nõ solũ argumenta sua ui:sed ex sñia uulgi cõprobent̃,& iudicũ. Quãuis.i.q̃tũuis eruditũ: q doctri nã adeptus fuerit. Acrẽ:diligentẽ:& ꝓuidũ. Vir.Iã tũ acer curas uenientẽ extendit in annũ.i. q̃ulibet adduxe ris mihi oratorẽ acrẽ. Acutũ.i.excogitando ingeniosum: q acumine ingenii p̃ditus sit ad inuenienda q̃ causæ ꝓsint. Expeditũ.i.ẽt si doctrinæ:ac naturæ bona cõsecutus fuerit:reꝶ aũt peritiã nõ tenuerit:utilitatis paꝶ capiet ex his locis. In consuetudine.i.in usu agendoꝶ. In exemplis.i.in monumentis dictorum uel factoꝶ. Institutis.s.disciplinam maioꝶ obseruando. Moribus.i.rõnibus uiuendi. Voluntatibus : opinionibus, & uulgi studiis. Hospes:peregrinus alienus.i.nisi hæc oia tenuerit:q̃ sine magna experientia reꝶ consequi non poterit. Subacto:qualis igr̃ esse debet orator:cui huiusmodi loci utilitatẽ afferãt & usum. Subacto:exercita

Sed cum plura ſint ambigui genera:de quibus eſt doctrina quædam ſubtilior:attendere:& aucupari uerba oportebit:in quibus eſt:ut ea: quæ ſint frigidiora uitemus.etenim cauendum eſt:ne arceſſitum dictum putetur: permulta tamen acute dicemus.Alterum genus eſt quod habet prauam uerbi ĩmutationem:quod in litera poſitum græci uocant ϖαρανομασιαν:ut nobiliorem mobiliorem Cato:aut ut idem:cum cuidam dixiſſet:eamus deambulatum.& ille quid opus fuit de? immo uero inquit: quid opus fuit te? aut eiuſdem reſponſio illa : ſi tu & auerſus & aduerſus impudicus es. Etiam interpretatio nominis habet acumen : cum ad ridiculum cõuertas : quamobrem ita quis uocetur:ut ego nuper:Nũmium diuiſorem:ut Neoptolemũ ad Troiã : ſic illũ in cãpo Martio nomẽ inueniſſe:atq; hæc oĩa uerbo cõtinent͏̃. Sæpe.n.uerſus facete ĩterponit͏̃:uel ut eſt : uel paululũ ĩmutatus. aut aliqua ps uerſus:ut ſatius Scauro ſtomachãti: ex quo ſunt nonnulli:q ſuã legẽ de ciuitate natam

Sed cũ plura:hoc ꝑceptũ gñale eſt:ut in quocũq; gñe ridiculi a nobis uerba diligẽter obſeruãda ſint: ut nõ uideant͏̃ a nobis q̃ſita:ſed ultro oblata ſicut in dicto Catulli in Philippũ. Doctrina.ſ.ſophiſtaꝝ q amphibologias tractare ſolent.nã ambiguũ eſt pars dialecticæ:in qua amphibologiæ tractant͏̃.Amphibologia.n.nihil aliud eſt q̃ ambigue dictũ. Aucupari.i.latẽter & callide & quaſi ꝑ inſidias inueſtigare. Vt:q̃uis nõ oĩa dicamus q offerunt͏̃:ne qd in ſulſius dicamus:qd' ſophiſtæ facere ſolẽt.Sed diligẽter aĩaduertamus:ne qd' dictũ uideat͏̃ eſſe q̃ſitũ:nõ oblatũ. Et.n.cauẽdũ eſt:poſt hoc ꝑceptũ gñale in oĩbus ambiguis ſeruãdũ:trãſit ad aliud genus.Eſt aũt eiuſmodi qd' in mutatione lr̃e cõſiſtit:& duo exẽpla Catonis ponit:q ridicula cõſiſtũt ex ambiguo ꝑ mutationẽ lr̃e.Nobilis Fuluius ciuis Romanus appellabat͏̃ Fuluius nobilior:& qa leuitatis uitiũ ſæpe incurrebat:Cato qm̃ uidiſſet eũ,O Fului inqt mobilior magis q̃ nobilior. Alteꝝ genus ẽ: & ẽ duplex.Quidã inuitauerat æqualẽ ſuũ hoc mõ: Eamus inqt deambulatũ: q inuitatus erat dixit:Quid opus eſt de? qa tu dixiſti deãbulatũ: nõne ſatis fuerit dixiſſe ambulatũ.Cato q tũc ibi aderat:audiuit hos iter ſe colloquentes:& huius ſecundi orõnẽ excipiens continuo ait: Quid opus eſt te?& cũ ille dixiſſet:cur? tũ Cato:qa tu auerſus & aduerſus impudicus es.In quo dicto maxima eſt obſcœnitas.Significat .n.ex añriori & poſteriori pte muliebria pati. Sed aliqs fortaſſe poſſet Catonem arguere:q hæc uerba tã ſcurrilia diceret:hac uel o excuſatione eũ defendemus:q cũ ipẽ oĩt modeſtiſſimus & tẽperatiſſimus eẽt: libidinoſum & impudicũ atq; itẽperãtẽ adoleſcẽtẽ:ore & merito uel his uerbis rep̃hendit. Te: qa ſocietas tua nulli eſt admittẽda. Arceſſitũ:exq̃ſitũ.i. ne ambiguũ exq̃ſitũ uideat͏̃ eẽ:ſed ſua ſponte potius nobis oblatũ:qd' in lr̃a poſitũ græci uocant. Tñ:q̃uis hoc ridiculi genus:qd' ꝑ prauã uerbi mutationẽ fit:ſit urbanũ:tñ plus urbanitatis habet:cũ oñdas alicuius nois cauſã ẽe ridendã:ſicut fecit Iulius Cæſar:cũ uidiſſet quẽdam Nummiũ pueroꝝ corruptorẽ:ita appellauit:O Nũmi eſt qd' gaudeas tibi:nomen impoſitũ fuiſſe diuiſoris.Nã ſicut Pyrrhus ad Troiã fortiter pugnando nomẽ Neoptolemũ eſt cõſecutus:ita & tu in cãpo Martio nomẽ cõparaſti diuiſoris.i.pueroꝝ corruptoris.Ci.ad Papyriũ Pętũ plane oñdit in hoc uerbo ineſſe obſcœnitatẽ his uerbis:Quid.n.non honeſtũ eſt uerbũ diuiſor,at ineſt obſcœnũ cui rñdet intercapedo.Proprie iñ diuiſo-
Diuiſores res dicebant͏̃:qui in unaquaq; tribu ꝑerant diuidendis æqualiter oĩbus:quæ tribu darent͏̃:quos per largitionẽ corruptores fuiſſe Cicero pro Planco oñdere oĩ iis uerbis:Sed tu doce ſequeſtrẽ fuiſſe cõſcripſiſſe tribules decuriaſſe:unam tribum delige:tu doce qd' debes:per quem ſequeſtrem:quo diuiſore corrupta ſit.De his Aſconius ẽt hæc:Verum legitimos habent oẽs tribus diuiſores ſuos:quos Plautus curiarum magiſtros in Aulularia uocat iis uerbis.Nam noſter qui eſt magiſter curiæ diuideret argentum.Dicit ergo: quemadmodum Pyrrhus fortiter pugnando,Neoptolemus dictus eſt:ita tu pueros corrumpendo Nũmi.i.diuiſoris nomen es conſecutus. Habet acumen.i.non ſine acumine fit. Cum ad ridiculum.i.cum alicuius nois cãm oñdis eſſe ridẽdam. Sæpe.n.uerſus:eſt ẽt aliud genus ridiculi:qd' fit cum uel uerſus talis:qualis eſt:aut parum admodũ immutatus:uel oratio interponitur de ea re:de qua agitur:non ſolum ambigua facete dñt:ſed ẽt uerſus facete interponitur. Vel ut eſt.ſ.ut eſt a poeta ſcriptus. Vel paulolum:uel ſi non ita.ſ.his uerbis:ut eſt ſcriptus a poeta. Aut aliqua pars:uel ſi non ponitur uerſus integer:alia pars uerſus:dummodo cõueniat rei de qua agit͏̃.

Vt ſatius Scauro ſtomachãti:negligentia hiſtoriæ facit hunc locum uideri obſcuriorem.Cæterum ita res ſe habet:Varus Hiſpanus tri.ple.legẽ tulit:ut q̃reretur in eos: quoꝝ ope cõſilioue Italici ſocii cõtra populũ Romanum arma ſumpſiſſent. Varus tri.ple.qui hãc legem tulerat:ut gratificaret͏̃ L.Cepioni:cuius inimicus erat Scaurus:ipſum ad tribunal ſuum adeſſe iuſſit.Scaurus cum nondum a morbo leuatus eſſet:amicis diſſuadentibus:ne uellet in ea ualetudine & ætate in inuidiam populi incidere:ille accerſitus per uiatorẽ:nobiliſſimis iuuenibus innixus in foꝝ prodiit:& accepto dicendi loco:ſtomachans hæc uerba dixit:Q.Varus Hiſpanus dicit:M.Scaurum principem ſenatus ſocios in arma conuocaſſe.Id Scaurus princeps Romanus negat:teſtis eſt nemo.Vtri uos Quirites credere oportet ſatius:Neuii hunc uerſum interpoſuit:Tacete:quid hoc clamoris ẽ: quibus nec pater,nec mater ſit:Tanta cõfidentia eſtis:auferte nũc iſtanc ſuperbiam:qui uerſus in nobilitatẽ cõpoſitus eſt.Nam totũ illud:quibus nec pater nec mater ſit:ſignificat nobiles eſſe.Hos.n.q̃bus nec pater,nec mater erat:terra natos fingebant.Sicut ẽt Liuius noſter oſtendit in præfatione operis ſui:prolem e terra natã mẽtiendo.Ci.ẽt:Cn.Octauius:an C.Cornelius tuus quidem familiaris ſummo genere natus terræ filius.

Craſſe:

Crasse:hic L.Crassus, de quo loquit̃, & Mutius consules:cũ summa cupiditate urbis Romæ tenerent̃ Italici populi:& ob eã rem nõnulli eoꝝ se pro ciuibus gererent:necessaria lex uisa est:q̃ id eos uetaret. Erat aũt lex de regundis in sua ciuitate ciuibus: hanc ergo Crassus & Mutius retulerunt:q̃ ita inscribebat̃:ut ait Cic. Legẽ Liciniã:& Mutiã de ciuibus regũdis uideo cõstare inter oẽs:quã duo cõsules oĩum, quos uidimus, sapiẽtissimi tulissent:nõ mõ inutilẽ, sed pernitiosam fuisse reip. De ciuitate: ut ad suæ cuiusq; ciuitatis ius ciues redigerẽtur:ut in hoc iudicio Scauri:q ꝑductus erat a tribuno ad populũ:eo qđ socios ad arma cõuocasset:q ciuitatẽ Romanã quærebã.i.qui se ciues romanos fieri cupiebant:ideo ex hoc iudicio natã nõnulli dñt existimare hanc legem Crassi de ciuib⁹ in sua ciuitate regũdis. Satius: ꝓpriũ nomẽ est. Tuã legẽ.i.legem de regundis ciuibus in suis ciuitatibus.

Crasse dicant:Sed tacete quid hoc clamoris est:q bus nec pater:nec mater sit Tãta cõfidentia estis: auferte nunc istanc superbiam.Nam in Cęlio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud Antoni : cũ ille a se pecuniam profectam diceret testis:& haberet filium delicatiorem:abeunte iam illo:Sentin senem esse tactum.xxx.minis? In hoc genus coniiciuntur prouerbia:ut illud Scipionis : cum Asellus omneis prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur:agas Asellum & cætera. Quare ea quoq;:quoniam mutatis uerbis non possunt retinere eandem uenustatem:non in re : sed in uerbis posita ducantur. Est etiam in uerbo positum nõ insulsum genus ex eo:cum ad uerbum:non ad sententiam rem accipere uideare.ex quo uno genere totus est Tutor mimus uetus oppido ridiculus. Sed abeo a mimis tantum genus huius ridiculi insigni aliqua:& nota re notari uolo. Est autem ex hoc genere illud quod tu Crasse nuper ei:qui te rogasset: num tibi molestus esset futurus : si ad te bene ante lucem uenisset:tu uero inquisti:molestus non eris. iubebis igitur te inquit suscitari:& tu certe negaras te molestum futurũ. Ex eodem hoc uetus illud est: qđ aiunt:Maluginensem illum M.Scipionem: cũ ex centuria sua renunciaret Accidinum consulẽ:

Nã in Cęlio:hoc quidẽ facete dictum fuit cõtra nobilitatẽ Scauri: & cæteroꝝ qui aderant. Sed hoc qđ sequit̃.i.tunc hic uersus:quẽ in eã dixisti est eiusmodi:Cœlius:cui filius erat paꝝ ꝓbatæ ac luxuriosæ uitæ:testis ꝑductus erat i meretricẽ: q̃ adolescẽtes expilauerat. Cũ igĩ hic in iudiciũ ꝑductus esset:ita respondit:se ꝓbe scire:ꝙ pecuniã illã accepisset:ꝙ uidelicet a se ꝓfecta esset:q̃ cum dixisset:cõtinuo abiit:& cũ discederet Antonius uersum illũ Terẽtii interposuit : Sentin senẽ esse actũ triginta minis? In hoc genus cõiiciunt̃.i.in hoc gñe ridiculi:qđ fit per uerbũ facete dictũ cõtinent̃ & ꝓuerbia : uidelicet q̃ uulgo dñr:& unius ꝓuerbii ponit exemplũ: qđ ẽ eiusmodi:Quidã noie Asellus ciuis Romanus ostatione quadã gloriabat̃:qđ oẽs ꝓuincias stipendia merẽdo pagrasset.i.nullã ꝓuinciã populi Romani esset:in qua ipse stipẽdia nõ meruisset. Erat aũt hic obtusi ingenii: & senex admodũ.qđ cũ audiret Scipio rñdit: Agas Asellũ:uidelicet pelle nudandũ. Et hoc ideo dicebat:qa nõnulli sunt iuuenes : q uiribus multũ ualuerũt:senes aũt nihil oino:nec uiriũ:nec cõsilii habent:quẽadmodũ Asellus iuuenis & ipe multa onera & labores fortiter tulit: cũ senio aũt cõfectus est : nihil in se boni habet, nisi pellẽ:igĩ hoc ꝓuerbiũ dici solet in obtusos senes:qui in iuuentute sua: se maxima facinora edisse gloriant̃. In hoc genus .s.ridiculi:quod in uerbo cõsistit:uel quod ad uersuum interpositionẽ pertinet. Asellus:nomen ꝓprium ciuis Romani. Merentem.i.rem militarem exercẽtem:ut apud Iuue. Aere merent paruo.i.militant. Quare ea quoq;:& hæc ridicula:q̃ ad uerbum:uel ad uersum interpositum: ꝓuerbia interposita spectant̃:ridicula in uerbo dñr esse:& non in re:quia si uerba minueris:non retinent eandem urbanitatem, quã habent. Est ẽt in uerbo positũ:dicit ẽt genus ridiculi esse:cum sniam referas ad uerbum non ad rem:non improbãdum:sed mimis idoneum magis q̃ oratori.& hoc gñe mimicum quendam uersum dicit plurimum ualere : igitur dicit ex hoc gñe exempla mimis non oratori sumenda:nos.n.oratoria agimus non mimica. Non insulsum:imo urbanũ.

Ad uerbum.i.ſm uerbum. Tutor:nomen mimi. Ex quo uero gñe:uidelicet cum responsum accipitur ad uerbum:non ad sniam. Tutor mimus:in hoc gñe totus uersatur Tutor mimus. Oppido : ualde significat: ut sæpe didicistis apud comicos. Cum enim agricolæ uenientes ad urbem quærerentur:q̃ fœcunditas in agris esset:interrogati rñdebant oppido:significabant bonam fœcunditatem esse:q̃ uel oppido sufficeret:non solũ agro:sed ẽt oppido.& inde consuetudo inoleuit:ut oppido significaret ualde. Oppido:quia solent frequẽter uti hoc gñe ridiculi:qđ non ad sensum:sed ad uerbum accipit̃ ab eo Tutore mimo:ac si dicat mimi a mimis exempla:nos a Crasso:& ab aliis oratoribus exẽpla sumamus. Non insulsum.i.uenustissimũ fit hoc genus ridiculi. Insigni.i.uolo a mimis sumere insignis nota:q̃ rei exemplũ:& ꝙ mimis hoc ridiculi genus magis cõueniat, q̃ oratoribus:exemplũ ponit. Est aũt ex hoc gñe illud:quidam q̃ siuit ex Crasso:dic mihi Crasse : si ad te ante lucem uenero, molestus ne tibi ero. Tum ille:Non eris molestus. Ille rñdit:te igĩ suscitari iubebis: & hoc risum dedit:quasi dixisset:ꝙ molestus esset. Ex eodem hoc uetus illud:nunc aliud exemplũ ponit Scipio Maluginensis ex tribu sua Accidinum consulem cum renunciaret. Tum præco:dic mihi Scipio:quid censes de L. Manlio:utrum tibi uideatur consul creandus nec ne. Tũ ille:Egregius, bonusq; uir mihi esse uĩ. Rñdere.n.debebat:aut est creandus:aut non creandus. Ex centuria sua.i.ex suę classis centuria:in qua positus erat censor.

Oppido

Præco:qui præerat suffragiis dixisset:nunquid censes consulem esse creandum. Ciuem esse arbitror: non declarauit uerbis suis nunquid illum creandum esse censeret an non:& ideo risus est motus his qui aderant:q non ad sniam illius, qui interrogauerat rñdisse uř. Ridicule ẽt illud:hoc quoq; ridiculũ eiusmodi est: qđ L. Portius Nasica Catoni censorio dixit:qui sui uillici filiam duxit uxorem. Cato maior cum admodum senex ẽt filiam uillici sui duxit uxorem:& cũ esset in campo Martio:dixit Portius:habes inquit uxorem ex tua snia. Tũ Cato:non hercle inquit. Ille intelligebat:hẽs ex tua snia.i.quam maxime uolebas:& Cato rñdit:nõ hercle ingt habeo uxorem mihi consentientem.i.male morigeram. Hæc autem frigida:eiusmodi dicta, quorum sententia accipitur ad uerbuȝ, non ad rem:partim frigida:partim salsa sunt. Salsa cum præter expectationem dictum est: sicut hæc omnia: quæ supra memorauit:sed si huic dicto responderet: sicut expectabat interrogator: nullam in se festiuitatem haberet. Frigida.i.uulgaria & obtusa. Aliud:q respondetur. Natura enim nos ut ante dixi: at cum præter expectationem nostram aliqd respondetur:non possumus facere quin naturaliter moueamur ad risum:sicut de fœneratore illo:qui seruum ducebat in Ergastula:nihil addo: ducas licet. In uerbis: non solum in uerbis ridicula posita sunt:& uerbis quę supra diximus:sed etiam quæ fiunt ex immutata oratione:aut ex unius translatione:aut ex inuersione uerborum. Ex immutata oratione:cum oratio respondentis non mutatur ab oratione interrogantis:uel unius:uel pluriuȝ uerborum. Ex immutatione:ut olim Rusca M. Pinarius legem ferebat de annalibus: uidelicet de libris ubi gesta populi Romani cõtinebantur:ut in his diligenter scriberentur: cum nonnulli contradixissent ei. Ille autem iratus cum male omnibus dixisset. tunc Seruilius:Dic mihi Rusca:non mihi etiam male dixeris sibi contradixero. Tum ille:Sicut sementem feceris:ita metes:quia si contradicẽdo male dixeris:male audies:estautem sementis ipsa latio. Ex translatione:Scipio Africanus ille superior:cum Carthaginem tributariam populo Romano fecisset: ab omnibus ciuitatibus quæ populo Romano confœderatæ erant:honores meruit:inter cæteros Corinthii pollicebantur se statuam honoris gratia posituros:ubi essent cæterorum imperatorum. Respõdit turmales: idest uulgares statuæ:idest quæ in ordine aliorum positæ sunt: sibi displicere:ac si diceret se nolle statuam suam in cæterarum ordine poni: sed in aliquo celebriori loco seorsum ab aliis:cum ipse omnium imperatorum præstantissimus esset:est trãslatio a turmis eqtũ.i.ab ordine eqtũ:q socii & cõiuncti sunt. Inuertũř:mõ docet qũo iuersione fieri possit ridiculũ. Crassus apđ Perpẽnã ipatorẽ defendebat Aculeonẽ accusatũ apđ M.prorẽ:cõtra hũc dicebat L.Lælius Lamia p Gratidiano quodã amico suo:hic ãt Lamia erat deformis corpe:cũ Crassus diceř cœpisset:hic sæpe oñonẽ eius iterpellabat. Crassus cũ bis, terq; hui⁹ Lamiæ iportunitatẽ sustinuisset:tãdẽ idignat⁹ ait. Audiamus ingt pulchellũ pueɤ:risus cõtinuo motus ẽ. Tũ Lamia:Nõ potui mihi formã fingere, igeniũ potui. Tũ ille:Audiam⁹ ingt disertũ:& tũc multo maior risus cõsecutus ẽ. Qui.s.L.Lamia: Ingeniũ:qa ẽt si corp⁹ sit deforme:tñ igeniũ ẽ optimũ. Multo.s.q̃ añã:qa sicut deformis erat:ita icõptus, icultus, & idoctus i eloquẽdo erat. Sũt ẽt illa uenusta:quẽadmodũ ex ãbiguo dixit duci eosdẽ locos ioci:& seueritatis: & multa exẽpla demõstrauit:eodẽ mõ fieri i his ridiculis:q̃ supra mẽorauit:qa plerũq; ioco:plerũq; serio dicere possum⁹. Vt in grauibus.i.eosdẽ locos ioci & seueritatis cẽ. Ornãt igř:nũc alıđ gen⁹ ridiculi tractař:qđ fit ex uerbis cõtrarie relatis:cũ aliqd dcm̃ fuerit:& ecõtrario rñdeř:i quo nõ solũ ẽ q̃dã quasi refuratio dicti:uerũetiã faceta nõ ũq̃ & purbana:sicut exẽplo patebit. Igř:q̃nqđẽ una eoɤ ẽ rõ:q̃ tã ridicule q̃ seueř dĩr. Q đ idẽ:i hoc idẽ iqt di cto duæ uirtutes isunt:unũ qđ ornat oñonẽ:alteɤ q nõ solũ ornat:sed facetã & urbanã reddit orationem.

præcoq; dixisset:dic de L.Manlio: uirum bonũ inquit:egregiumq; ciuem esse arbitror. Ridicule etiam illud:L.Portius Nasica censori Catoni:cum ille ex tui animi sententia tu uxorem habes? non Hercule inquit ex animi mei sententia. Hæc aut frigida sunt:aut tum salsa:cum aliud est expectatũ: natura enim nos (ut ante dixi) noster delectat error: ex quo cum quasi decepti sumus expectatione ridemus. In uerbis etiam illa sunt:quæ aut ex immutata oratione ducuntur:aut ex unius uerbi trãslatione:aut ex inuersione uerborum. Ex immutatione:ut olim Rusca:cum legem ferret annalem: dissuasor M. Seruilius: dic mihi inquit M. Pinnari: num si contra te dixero mihi maledicturus es: ut cæteris fecisti? ut sementem feceris: ita metes inquit. Ex translatione autem:ut cum Scipio ille maior Corinthiis statuam pollicentibus eo loco: ubi aliorum essent imperatorum:turmales dixit displicere. Inuertuntur autem uerba: ut Crassus apud M.Perpennam iudicem pro Aculeone cum diceret:aderat cõtra Aculeonem Gratidiano L. Heluius Lamia deformis: ut nostis:qui cum interpellaret odiose:audiamus inquit pulchellum puerum Crassus:cum esset arrisum: non potui mihi inquit Lamia formam ipse fingere:ingenium potui. Tum hic:audiamus inquit disertum. multo etiam arrisum est uehementius. Sunt etiam illa uenusta:ut in grauibus sententiis:sic in facetiis. Dixi enim dudum materiam aliam esse ioci:aliam seueritatis: grauium autem & iocorum unam esse rationem. Ornant igitur in primis orationem uerba relata contrarie: q idem genus est sæpe etiam facetum:

Vt Seruius

ut Seruius ille Galba: cum L. Scribonio iudices tri.ple.ferret familiares suos:& dixisset Libo: qn̄ tandem Galba de triclinio tuo exibis: cum tu inqt de cubiculo alieno. A quo genere ne illud quidem plurimum distat: Glaucia Metello. uillam in Tyburte habes: cohortem in palatio: ac uerborum quidem genera quæ essent faceta: dixisse me puto. Rerum plura sunt: eaq; magis (ut dixi ante) ridentur: in quibus est narratio: res sane difficilis. Exprimenda enim sunt & ponenda ante oculos ea: quæ uideantur esse uerisimilia: qd' est proprium narratiōis: & quæ sint: qd' ridiculi proprium est: subturpia: cuius exemplum: ut breuissimum: sit sane illud: qd' ante posui: Crassi de Mēmio. Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum. Trahitur etiam aliquid ex historia: ut cū Sex. Titius se Cassandram esse diceret: multos inquit Anto. possum tuos Aiaces Oileos nominare. Est etiam ex similitudine: quæ aut collationem habet: aut tāquam imaginem collationis. ut ille Gallus olim testis in Pisonem: cum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam: idq; Scaurus tenuitate Magi redargueret. Erras inquit Scaure: ego enim non Magium conseruasse dico: sed tanq̄ nudus nuces legeret: in uētrem abstulisse. Vt illud M. Cicero senex huius uiri optimi nostri familiaris pater: nostros homines Syrorum uenalium similes esse:

Vt Seruius ille Galba: Seruius Galba cū Scribonio tri.ple.litem habebat: sed ꝓ Scribonio Libo dicebat. Ergo Libo cōditionē fecit L. Galbæ: daret iudices quos uellet. ille iudices inuenit familiares suos: cū quibus sæpe cœnitare solebat: & quia cōbibones, & sodales iudices tulerat Galba: qui ꝓ Scribonio tri.ple.dicebat: ita in eū iocatus est: Q n̄ de triclinio exibis: ubi uidelicet cum familiaribus cœnitare solebat: ac si diceret: nec in iudicio quidē obliuisci potes cōbibonū tuoꝝ. Tum ille: Ego inquit exibo de triclinio: cū tu de alieno cubiculo exibis .i. cū tu alienas uxores attrectare desistes: & ita ille intēperātiā obiecerat: hic per iocū adulteriū. De triclinio: .i. de cōpotatione. Nā apud antiquos hæc cōsuetudo erat: ut stratis tribus toris epularent. De cubiculo .i. de cubili: cū alienas uxores attrectare desistes: in cubiculo. n. cubile est. A quo gñe: dicit huic gñi: qd' superius dictū est simile esse hoc qd' sequit. Glaucia iocat in Metellū: Villā in Tyburte habes: cohortē in palatio. Cohors: Varro de lingua latina exponit etymologiā cohortis. dicit. n. cohors qd' ut in uilla ex pluribus tectis cōiungit: ac qd'dam fit unū: sic his ex manipulis copulat cohors quidē in uilla: q circa cū locū pecus coercet. Villā in Tyburte: obiiciebat ei factionē: q diceret cohortē militū in palatio cōtinere edicto Metelli: quotiescūq; uellet & seditiones facere. Ac uerboꝝ quidē: nūc trāsitione utit: ostendens qbus de rebus dixerit: & qbus de rebus dicturus sit: dixi de facetiis, q̄ in uerbo cōtinent: nūc de his q̄ in narratione cōtineantur dicā. Eaq;: q̄ re cōtinent. Magis: q̄ ea q̄ ante dixi. Res sane difficilis: in his ridiculis: q̄ re continent: duo difficilia sunt. Primūq; q a oportet narrationē uerisimilē eē. sm q eādē oportet subturpē habere: nōnihil latentis turpitudinis. Nā si plane, & aperte esset turpis urbanitatē nō haberet. Exprimenda: exponenda auditoribus. Subturpia .i. q̄ latentem habēt turpitudinē: qd' ē ꝓpriū ridiculi. Subturpe .i. latenter turpe: id qd' natura turpe est: uerbis tñ honestis dr. Verisimilia .i. ea q̄ summinus si uera nō sunt: saltem sint uerisimilia. Cuius exemplū: exēplū huius ridiculi quod narratione cōtinet: sufficiat illud qd' superius de Mēmio dixi: q morsu Largii Lacertū dilacerauerat. nā exēplo illius alia quoq; nobis fingere possumus. Exemplū. s. ridiculi: qd' est in narratione. Et ad hoc genus: sed ad narrationes ridiculi: q̄ fingunt: pñt ēt adiūgi narrationes fabulaꝝ: q̄ sunt: nec uerę nec uerisimiles: ut fabulę Aesopi de leone: de uulpe. Apologoꝝ: apologi sunt fabulæ in quibus bruta alalia introducunt loqui. Trahit ex historia: nōnnūq̄ ēt historia poterit tibi ridicula subministrare. Vt cū Sextus Titius: nota ē historia: qūo capta Troia: Aiax Oileus in tēplo Mineruæ Cassandrā uiolauit: quapp pœnas dedit. Irata. n. dea ipsum fulmine ad saxum Capharei montis affixit. sed cū significare uellet Sextus Titius se diuinare insidias quas aduersus se fabricarent, dixit: Cassandra sum .i. diuino. Tum Anto. Et ego noīare possum multos Aiaces Oilios. Sex. Titius dicebat se esse Cassandram: hoc est diuinare quemadmodū Cassandra: q̄ denunciauit bellū Troianū. Hoc cū audiuisset Antonius: Recte inqt te Cassandrā appellas: nā cognosco multos tuos Aiaces Oileos: q te stuprauerunt. quēadmodū Oileus Aiax dr Cassandrā in tēplo Palladis uitiasse: ipsi uero stuprū obiiciebat. Collationē .i. cōparationē. iter collationē & imaginē collationis hoc interest: q a collatio est reꝝ: q̄ uerę sunt: imago aūt q̄ nō sunt: sed esse pñt. Vt ille Gallus: Gallus testis ꝓductus in Pisonē, q accusabat repetundaꝝ, hoc mō arguebat: q Magio p̄fecto successori suo pecuniā maximā dedisset: ne iniurias socioꝝ ad se delatas aperiret. sed Scaurus q Pisonē defendebat ita argumentabat: q diceret illū inopem & tenuem esse: nec ꝓpea uerisimile uideri: ut qui inopia & paupertate extrema laboraret tantā pecuniā accepisset. Tunc Gallus subiecit: Falleris inquit Scaure: Nā nō dico eā pecuniā Magiū conseruasse: sed inopē oīa cōsumpsisse. Ita inqt de tenuitate Magii disputas: quasi dixerim pecuniam sibi datam conseruasse: cum eas deuorasse dicā: quemadmodum, qui nudus nuces colligit, non habens ubi reponat: eas in uentrē mergere solet. Vt illud M.C. senex: hoc loco M. Cicero: Ciceronis pater uoluit nequitiam græcorum per similitudinem mordere. Dixit enim eos: qui optime græce scirent esse Syros uenales; nam Syri ipsi populi Asiæ per se improbi sunt: sed improbiores effi-

Cohors

Apologi

Collatio & imago collationis

ciuntur diu cũ Græcis uiuendo:nam cũ optime græce sciunt:deteriores sunt:sicut ẽt dicebant de Romanis si
miles esse seruoꝝ Syroꝝ:quia quemadmodũ syrica seruitia cõsuetudine Græcoꝝ seipsis deteriores efficiunt:
ita Romanos ignauos effici:si græcam linguam ꝑbe tenuerint.i.si consuetudinẽ cum Græcis habuerint:nam
nemo peregrinam linguam discere põt: nisi diu in eoꝝ ciuitate uersatus fuerit:quoꝝ linguam optime tenet.
Vt quisq; optime.i.ut quisq; diu cũ Græcis uixisset. Valde aũt ridenť ẽt imagines: sed hoc ridiculi genus
est pulcherrimũ:qđ & breuissimũ est. Valde:non solum ridenť:q̃ ex similitudine quandã collationẽ hñt: sed
ẽt q̃ deformi alicuius uitio in deformius tra-
hunť. Corporis:ideo dixit corporis:quia su
periora uitia in aĩo uersanť:sed hoc qđ sequi
tur in uitio corporis cõsistit. In deformitatẽ:
Deformitas deformitas est turpitudo corporis. Vitium:
ut cæcitas, uel claudicatio. Vitium aũ potius
Vitium est q̃ corporis: ut placet Venulio: ueluti sigs
mendax fit:ludosq;,aut tabulas studiosius ue
lit spectare. Modestinus uero ait uitiũ esse ꝑ
petuũ corporis impedimentũ:ueluti si luscus
Morbus fit. Morbũ aũt esse tpalem corporis imbeci-
litatẽ. Cum similitudine turpioris.i.cũ alicu
ius hois turpitudinẽ cũ maiori aliqua turpi-
tudine cõparas.i.cũ turpis imago in turpiorẽ
similitudinẽ trahiť. Vt meũ illud in Helmi-
um.i.ut ego Iulius Cæsar iocatus sum in Hel
miũ.Cæsar cũ Helmio mancipio litẽ hẽbat:
& cũ acrius obstaret:Cæsar iratus iam,ingt,
oñdam qualis es.Credebat Helmius Iulium
aperituꝝ flagitia.Rñdit:oñde quæso. Tũ Cę
sar, oĩbus ibi astãtibus, scutũ oñdit: quo usus
erat Marius Cimbrico bello:in quo Gallus q
dam depictus erat:uinculoꝝ angustia distor
tus:qui præ nimio dolore linguã eiecerat: &
labia persudetat. Gallum.s.captiuũ. Cim-
brico:quo usus fuerat aduersus Cimbros.
Distortũ: reuinctũ. Buccis fluentibus.i.labi
is prominentibus. Nihil tam Manciæ simi-
le:q̃ Gallus ille. Vt cum Testio Penario: Te
stius quidam Penari⁹:hoc uitio laborabat:ut
mentum, cum loqueretur, intorqueret. Tum
Cæsar:prius frange nuces:deinde loquere:tur
pitudinem cum maiori turpitudine compara
uit. Vt diceret, siquid uellet.i.prius nucẽ frangeret, deinde loqueret. Etiam illa q̃ minuendi:non solũ q̃ su
pra diximus uenusta sunt:sed ea ẽt q̃ dñr per hyperbolem. Nã ea afferunt nõ nihil festiuitatis:cũ in tpẽ dñi:&
exemplũ ponit cuiusdam Mẽmii:q se adeo magnũ putabať:cum per arcũ trãsiret Fabii, inclinaret caput. Ita
sibi ipsum magnũ uideri Mẽmium:Mẽmius inquit adeo se manum esse existimat:ut cũ per fornicẽ Fabii trã-
sit, caput inclinet. Ad fornicẽ.i.ad arcũ triumphalẽ:quem Fabius ad memoriã reꝝ gestaꝝ construi fecerat.
Illa.s.sunt ridicula. Velut tu Cæsar:sic Crassus augendi cã dixit in iudicio:quotiescũq; in foꝝ descendit ad
Fabii fornicẽ:caput demittit.hæc uerba dicebat, illudẽs inanẽ ꝓceritatis gloriã Mẽmii. Ad fornicẽ.i.ad ar-
cũ in memoriã reꝝ gestaꝝ Fabii fabricatũ. Adhuc etiã Romæ nõnulli eiusmodi arcus extãt. Demitteret: in
clinaret. Ex quo gñe ẽt:Scipio per hyperbolem hebes momordit ingeniũ dicẽs:Si qntus tibi partus succede-
ret:ẽt tardioris ingenii futurus es:adeo hebes ingeniũ tuũ est:ac si diceret:cũ tu quartus adeo obtusi igenii sis:
si quintũ paritura esset mr̃ tua: ꝑfecto asinũ peperisset.nã ex oĩbus fratribus ipse Metell⁹ quartus tardiori erat
ingenio:ut si quintus seq̃retur:tardiori futurus esset. Obtusi:cũ aliquẽ obtusi ingenii oñdere uolumus, asinũ
appellare solemus:ut Iuue.Sed culpa doctoris.s.arguiť:q; leua in pte mãmillæ Nil fallit arcadico iuueni.i.asini
no. Scipio.s.Aemilianus inferior. Ex quo gñe:qđ per hypbolem ridiculũ facit. Stomacharet.i. irascere-
tur. Si quintũ:qñqdem ex oĩbus fratribus quartus ipse tardioris esset ingenii:si quintũ mr̃ peperisset:asinum
paritura erat. Arguta ẽt significatio:illa ẽt significatio quæ non per hyperbolem fit:sed parua re spectatur:
uerbo declaratur:res obscœna arguta est:& subtilis. Vt cum Cn. Fabritio P. Cornelius: P. Cornelius Scipio
auaritia laborabat:& peculator erat.i.bonoꝝ publicoꝝ depredator cum cãdidatus consulatũ peteret: & bel-
lum graue ac periculosum esset contra Carthaginenses:C. Fabritius consulatum ei demandauit. Hic cum si-
bi obuiam factus esset:gratias egit:q; q̃uis inimicus sibi esset, consulatum demandauerit. Tum ille:nihil est qđ
admireris:Compilari enim malui q̃ uenire.i.cum aliis ciuibus pilari:q̃ uictus uenire ab hoste. Nam quia bel-
li peritus es, & bellum graue & periculosum est:malui abs te pilari:q̃ ab hostibus uendi. Fabritius:qui comi-
tia habebat superioris anni consul. Bello magno:ex quo magnam gloriam consequi posset.

ut quisq; optime grȩce sciret:ita esse nequissimum. Valde autem ridentur etiam imagines:quȩ fere in deformitatem:aut in aliquod uitium corporis ducuntur:cum similitudine turpioris:ut meum illud in Helmium Manciam: iam ostendam cuiusmodi scis:cum ille:ostende quæso:demõstraui digito pictum Gallum in Mariano scuto cimbrico sub nodis distortũ: eiecta lingua:buccis fluentibus. Risus est commotus: nihil tam Manciæ simile uisum est. ut cum Testio Penario mentum in dicendo intorquẽti:tum ut diceret:siquid uellet:si nucem fregisset. Etiam illa quæ minuendi:aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferũtur:uelut tu Crasse in concione:ita sibi ipsum magnum uideri Mẽmium:ut in forum descendens: caput ad fornicem Fabii demitteret. Ex quo genere etiam illud ẽ quod Scipio apud Numantiam:cum stomacareť cum C. Metello:dixisse dr̃:Si quintum pareret mater eius:asinum fuisse parituram. Arguta etiam significatio est:cum parua re:& sæpe uerbo res obscura:& latens illustrať:ut cum C. Fabritio P. Cornelius hõ (ut existimabať) auar⁹:& furax:sed egregie fortis & bonus imperator:gratias ageret: q; se hõ inimicus cõsulem fecisset:bello ꝑsertim magno

Grauí

Graui:piculoso. Cōpilari.s.a te uictore cū cęteris ciuibus expilari. Quā uenire.i.uenūdari ab hoste. Vt Asello Africanus:hoc quoq; ridiculū eiusdē gñis est:nā uerbis paucis Africanus oñdit:q̄ scelestus esset Mūmius. Scipio Africanus iferior cēsurā egit cū Mūmio. Sed cum sibi forte daretur in cēsura collega:Mūmius, sicut apud Valerium Scipio dixisse fertur, oia ex dignitate populi Ro. gestorum:si uel collegam dedisset:uel non dedisset unū cēsura dignū:uel nō dedisset hunc:quia hic Mūmius, tāetsi nobilis esset: & pricius:tamen uitæ erat minus ꝓbatæ:& iō ineptus huic magistratui. Igit̄ cēsoria nota ciues Romanos notabant:hoc mō:qui senator erat:senatu eiiceretur. q eques: equum publicū pderet. q pleberᵒ: i cērū tabulas referret:& ærarius fieret:& in albo non cēt cēturiæ suæ. Ad hæc ciuis nō esset:tātūmō ꝓ capite tributi noie ære ꝓsolueret. Dānatus igit̄ a Scipiōe Asellus erat: & ærarius factus:Mūmius collega hunc ærariū a Scipione factū: ex ærariis, dū lustrū cōderet, liberauit:sed eo anno ciuitas pestilētia laborauit. cū igitur Scipiōi lustꝝ infelix obiiceret Asellus. Rñdit Scipio: Nihil est q̄ mireris lustrū illud infelix fuisse. Nam a Mūmio cōditū est:qui te ex ærario creauit:ut oñderet piaculum igens cōmisisse Mūmium hoc ipso:q̄ eū ex ærariis exemerat. Lustrū: lustrū appellabat̄:qa cōpleto quinquēnio lustrabant ciuitatem: & Taurilia sacra de sue, oue, & tauro faciebant:Taurilia dicebantur a potiore hostia unde illa sunt appellata. Infelix:qa pestilentia illa multos ciues Romanos assumpsit: & quia pauca ciuium Romanorum capita censa erant. Exemit: liberauit te a censoria nota. Cerites scripti erant: non ciues Romani:sed tantummodo in censu ponebantur:ut tributum penderent. Ex ærariis exemit:idest qui te ex ignominia eripuit: & dānatione exoluit:qua reipubli. obligatus erat. Tāta suspicio.s.hoc uerbum imolauit.

Taurū imolauit: idē est qd dixit lustrū condidisse. Vrbana ēt dissimulatio:nūc aliud genus ridiculi ꝓsequit̄:qd græce ironia appellatur:cū aliud dicimus:& aliud sentimus. Ac: pro q̄. Sētias.i.arbitreris. Vt Lamiæ.s.Crassus dixit:audiamus pulchellum puerū. Cū toto genere.i.tota natura & forma orationis.

Seuere:grauiter. Aliter sentias:idest aliud sensū habeas, q̄ dicas. Cui: ꝓ C.Gracchi capite:historiā hāc sæpe diximus:q̄ūo C.Gracchus leges fratris sui excitare uoluit:eūq; L.Opimius facto grege bonorū ciuium persecutus est:donec in ponte Miluio deprehendit, & occidit. Edicto autem ꝑmium præposuerat:ut qui caput ad se ferret, tātum auri acciperet. Cū igitur Scipio profecturus esset in Asiam:& ab eo peteret Scæuola:ut se cum ipso in Asiam duceret:dixit nescis quid petas. Nam si Romæ manseris:tanta est multitudo seditiosorum hoium:ut magnā pecuniā consequi possis. Ad maximas pecunias.s.occidendo eos:ut pro capitibus tātundē auri repēdatur. In hoc gñe:dicit in hoc genere ridiculi adeo ꝑstantē fuisse Scip. Africanum inferiorē:ut certo noie ironiā ipsam:& non ironicū:ac si diceret non ironicum:sed εἰρωνίαν:idest per expressionē ironiā ipsam appellet. In annalibus.i.in historiis suis:quas scripsit de rebus gestis. Annales enim dicebantur:in quibus annua gesta continebantur. Græco uerbo:quia εἰρωνεία græce:latine nihil aliud signat:nisi aliter dico:& aliter sentio. Sed ut ferūt:qd hic de Africano sentit:idē de Socrate legit̄. Nā in omnibus operibus suis Plato itroducit Socratē loqui p ironiā:sicut legimus in libris de rep. ubi cū Trasimacho disputat: & itidē ubiq; itroducit̄ ironice multa dicere. Qui melius hæc norūt:q̄si se ualde doctū literis græcis oñdat eē. Dissimulātiaq;:expressit qd sit ironia. Præstitisse:excelluisse. Lepore:urbanitate, festiuitate. Humanitate: doctrina. Genus est ꝑelegās:laudat hoc loco ironiā Cæsar. dicit eni plurimū elegātiæ, plurimūq; grauitatis habere cū urbanitate q̄dā:nec solū cōuenire sermonibus quotidianis:sed etiā ꝑpetuæ orationi cū causæ agunt̄. Cū grauitate salsum.i.hēt urbanitatē cū grauitate q̄dam. Oratoris dictiōibus.i.forēsibus actionibᵒ. Vrbanis.i.quotidianis, & familiaribus colloqis. Accōmodatū:qa utriq; cōueniūt generi dicendi. Et Hercule oia hæc:nūc dicit qd utilitatis habeant ridicula.s.ea nō solū oratori cōuenire:uerūēt quotidianis sermōibus: q uenustam reddere possint orōnē in causis forensibus:uenustū ēt quotidianū sermonē in colloquiis:qd ēt iam sentire uidet̄ Cato:dum dixit C.Publicium solitū dicere Mūmiū:cuius tēpori hoiem esse: significat ipsum in

& graui:nihil est:quo mihi gratias agas inquit: si malui compilari:q̄ uenire. Vt Asello Africanus obiicienti lustrum illud infelix:noli inquit mirari: is enim qui te ex ærariis exemit:lustrum condidit: & taurum immolauit. Tāta suspicio est:ut religione ciuitatem obstrinxisse uideatur Mummius: q̄ Asellum ignominia leuarit. Vrbana etiam dissimulatio est:cum alia dicuntur:ac sentias:non illo genere: de quo antedixi:cum contraria dicas: ut Lamię Crassus:sed cum toto genere orationis seuere ludas: cum aliter sentias: ac loquare: ut noster Scęuola Septumuleio illi Anagnino:cui pro C.Gracchi capite erat aurum repensum: roganti:ut se in Asiam præfectum duceret:quid tibi uis inquit insane? tanta malorum est multitudo ciuium:ut tibi ego hoc confirmem: si Romæ manseris:te paucis annis ad maximas pecunias esse uenturum. In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanum hūc Aemilianum dicit fuisse: & cum græco uerbo appellat εἴρωνα. Sed uti ferunt:qui melius hæc norunt:Socratem opinor in hac ironia: dissimulantiaq; longe lepore: & humanitate omnibus præstitisse. genus est perelegans:& cum grauitate salsum:cumq; oratoriis dictionibus: tū urbanis sermonibus accommodatum:& Hercule omnia hæc: quæ a me de facetiis disputantur:

Sannio
Subsannaf
Actionis & sermonis differētia

oĩ sermone quēdam habere leporē & urbanitatē:q̃ ipsum faceret oibus iucundiorē. Sed diligēter aduertere de bemus:ut fugiamus q̃ ridicula sunt, nō autē faceta:qd ēt supius ipse docuit:ne Sānionib⁹ similes efficiamur: & q̃q̃ uos ex opinione quorūdā diximus supius Samiones a Samo insula dictos. L.fa of esse corrupta:dicēdum est igit Sānio. Est autē Sannio:q distorto uultu, & naso risum mouere solet:a sanna dictus:unde & subsannare. Forensium actionū.i.nō magis ornāt ofones:quæ in foro habētur:q̃ ornāt sermones quotidianos:qbus iter familiares utimur. Inter actionē & sermonē hoc differt: Actio.n.ē ppetua ofo. Sermo uero cū audimus, & rñ demus. Nā q̃ apud Catonē:pbat auctoritate Catonis. Dicit.n pscitū sibi uideri id qđ dixit hoiem esse cuiuis tēpori.i.cuiuslibet ingenii:q nō inepte isulsus eēt. Perscitū:pelegās. Cuiuis tēpori.i.eē hoiem cuiuslibet ptii:q.p tpe isulsus nō eēt.i.q urbanitatē suā non pter tps accōmodaret:sed eā cū tpe efferret:ut oibus eēt iucūda:& iō dicit Catonis auctoritate hæc ridicula cōuenire. Profecto res sic se hēt:reddit rōnem cur laudauerit dictū illud Catōis. & erit sensus:Nullū ē uitæ hūanæ tps: i quo ñ possim⁹ hūanitate & facetiis uti. Nullū:siue publice, siue puate alid agas. Leporē: festiuitatē. Hūanitatē.i.eruditionē. Sꝫ rdeo ad cętera:nūc ad id redit qđ omiserat:ut cæterā ridiculoꝝ gña psequtur. Est huic: dixi de ironia:nūc de alio gñe, qđ ē huic pximū, dicemus:cū aliqd uitiosū aliquo hōesto uerbo dicimus. Vitiosa res.i.res in qua nō nihil est uitii honestari uerbo. Vt cum Africanus censor:hitis qđ ēt apud Ti.Liuiū est:qūo ad Cannas uicū Appuliæ:Hannibal magno exercitu cū Paulo Aemilio:& Terētio Varrone conflixit:& cū in aciē eduxissent milites: inuito tñ Paulo:& ibi utrinq; acriter pugnatū eēt: tādē Romani cesserunt:& multa millia Romanorū in ea pugna cæsa sunt:nōnulli in castris relicti sunt:q cū uiderēt iā laborare Romanam aciē:ñnulli fugert:ñnulli i castris māsert:quorū Mūmi⁹ qdā cēturio:quē african⁹ cēsor ęrariū faciebat: q̃ auxiliū nō tulisset:& cū mouet ret e tribu:ille se purgabat, dicēs: iō in castris remansisse:q ibi in custodia ab impatoribus relictus eēt. Tū Africanus:nō amo nimiū diligētes:eo q̃ in tanto piculo opus non fuit tāta diligētia. Nā cū uideret laborare aciē Romanā:fuisset diligentior:si relictis castris eis succurrisset:& iō, quā ille custodiā, Africanus nimiā appellauit diligētiā. Tribu mouebat.i.ærariū faciebat.i.in ceritū tabulas referebat:ut nō eēt in albo cēturiæ:sed pro capite tm̄ cēsus tributi noie æra pēderet. Nimiū diligētes.i.q nimiū diligētes eē nolūt.i.segnes & ignauos. Ignauia q̃ est res uitiosa, honesto uerbo.s.diligētia appellauit. Acutū:hoc ēt laudaf:qđ ingeniosum est:cū id qđ dr aliter accipif:ut Qu. Fabio Maximo:q Tarētū ab Hānibale liberauit, rñdisse dr Salinatori, q arcem amiserat. historia nota est. Hoc idem in Catone maiore retulit Ci. Amisso:per pditionē. Ex ea:q retinuerat arcē. Prę clara.s.in ppulsandis hostibus:qui arcem oppugnabāt. Quid ni.q.d.obliuisci non possum. Nā nisi pdidisses nō opus fuisset recupari. Sunt etiā illa subabsurda:eoipso q̃ absurda sunt:ridicula nōnunq̃ efficiunf: quæ tñ mimis magis, q̃ oratoribus cōueniunt. Hō fatuus:hoc ridiculū est ex eo gñe:qđ subabsurdū est. Nā prio sob absurdum est hoiem fatuum habuisse rem. deinde etiā absurdū hoiem dū pauper esset uixisset:postq̃ diues factus est interiisse. Nā si fatuus est: cum rem adeptus est:deinde si pauper uiuebat:qūo diues factus mortuus ē.

Rē.i.pecuniā. uerū rei appellatio latior est, q̃ pecuniæ:ut Pau. de uerb. sig. sentit:qđ etiam ea quæ extra computationē patrimonii nostri sunt, continet:cum significatio pecuniæ ad ea referaf: quæ in patrimonio nostro sunt. Quid est tibi ista:secūdū exemplum absurditatis dicitur de moroso hoie:q morosam habebat uxorē. Est morosus qdam:q cōquerif uxorem habere morosam.i.grauem & difficilē, ipse difficilius. Cum ergo diceret ille morosam hēo uxorē. Rñdit mulier:ista uxor tibi similis est.i.quemadmoduꝫ tu morosus es, & grauis: ita uxor morosa est grauis. Absurdum eni est:ut qđ tibi simile est, sit molestuꝫ. Si ergo uxor similis est tibi, qūo molesta:q̃ si moroso ergo similis:secūdū illud:oē simile appetit suum simile. Quid est:qui dicis te uxorē habere morosam. Quādio ad aquas:hoc ridiculum i piscatorem infringif. Quidā piscator quo aduersatus est in aqs:uixit:pisces semper capiendo. ubi uero aqs exēptus est:& diues factus:cōtinuo iteriit. absurdum est.

nō maiora forensium actionum q̃ omnium sermonum condimenta sunt. Nam: q̃ apud Catonē est: qui multa retulit:ex quib⁹ a me exēpli causa multa ponūtur:per mihi scitum uidetur C. Publicium solitum dicere P. Mūmium cuiuis tempori hominem esse:sic profecto res se habet:nullum:ut sit uitæ tempus:in quo nō deceat leporem:humanitatemq; uersari. Sed redeo ad cætera. Est huic finitimum dissimulationi:cū honesto uerbo uitiosa res appellatur:ut cum Africanus censor tribu mouebat eum centurionem:qui in Pauli pugna non affuerat:cū ille se custodię causa diceret in castris remansisse:quęreretq; cur ab eo notaretur:non amo inquit nimium diligētes. Acutum etiam illud est: cū ex alterius oratiōe aliud excipias:atq; ille uult: ut Salinatori Maximus:cū Tarento amisso: arcē tamen Liuius retinuisset:multaq; ex ea prælia prę clara fecisset; cum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset: rogaretq; tum Salinator: ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse. quid ni ingt meminerim? nunq̃ ego recepissem:ni si tu amisisses. Sunt etiā illa subabsurda:sed eoipso noie sępe ridicula:nō solū mimis perapposita: sed etiā quodāmō nobis. hō fatuus: postq̃ rē habere cœpit:ē mortuus. qđ ē tibi ista mulier? uxor? similis mediussidi⁹. q̃diu ad aq̃s fuit nūq̃ est mortuus.

Leuius.i.minus grauitatis habet. Mimicũ.i.mimis idoneũ est,sicut supradictũ est. Leuius:q̃ oratori conueniat. Vt dixi:ubi dixi nõ solũ mimis:sed nõnunq̃ oratoribus cõuenire. Vt:uel.Sed aduertẽdũ est cum uolumus hoc genere ridiculi uti:simulare debemus nos nõ intelligere quid dicamus:quia si oñderemus nos intelligere qđ diceremus:nõ haberet tãtũ iucunditatis ac uenustatis. Vt uel nõ stultus.i.tãq̃ stultus ītelligere nõ uideatur:ille ẽt q stultus nõ est:q̃uis stultus nõ sit:tñ stulte dicat oportet:tanq̃ id qđ dixerit nõ intelligere uideatur. Vt tibi Anto.i.hoc nõ stulte:sed q̃si stulte ur̃ esse dictũ. Vt tibi Anto.uide q̃uo acriter mordet Antoniũ:

Genus hoc leuius:&:ut dixi:mimicũ:sed hẽt non nunq̃ aliquid etiã apud nos ioci:ut uel nõ stultus: quasi stulte cum sale dicat aliquid: ut tibi Antoni Mancia:cũ audisset te censorem a M. Duronio de ambitu postulatum:aliquando inquit tibi tuũ negocium agere licebit.ualde hæc ridentur:& Hercule omnia quæ a prudentibus quasi per dissimulationẽ non intelligendi subabsurde:salseq̃ dicuntur.Ex quo genere est etiã nõ uideri ītelligere qđ intelligas:ut Pontidius:qualẽ existimas:q in adulterio deprehenditur? Tardum existimo. Vt ego: qui in delectu Metello cũ excusationem oculorũ a me nõ acciperet:& dixisset:tu igitur nihil uides? Ego uero inquã a porta Exquilina uideo uillã tuam. ut illud Nasicæ: qui cum ad poetã Enniũ uenisset:eiq̃ ab hostio quærenti Ennium:ancilla dixisset domi non esse:Nasica sensit illã domini iussu dixisse:& illum ītus esse:paucis post diebus cũ ad Nasicam uenisset Ennius:& eum a ianua quæreret:exclamat Nasica se domi non esse.Tum Ennius:Quid?ego nõ cognosco uocem inquit tuã? Hic Nasica:homo es impudens:ego cum te quærerem:ancillæ tuæ credidi te domi nõ esse:tu mihi nõ credis ipsi?Est bellũ illud quoq̃:ex quo is :qui dixit:irridetur in eo ipso genere: qđ dixit : ut cum Q u.Opimius consularis:qui adulescentulus male audisset:festiuo homini Egilio:q uideretur mollior:nec esset:dixisset:Quid tu Egilia mea Quãdo ad me uenis cũ tua colu:& lana?Nõ pol(inqt) audeo:Nã me ad famosas uetuit mr̃ accedere.Salsa sunt ẽt: quæ hñt suspitionẽ ridiculi absconditã:

Antonius cẽsor sæpe de moribus aliorũ in censura egerat ipse:deide accusatus cũ de sui moribus agẽdũ eẽt:Mãcia in eũ ita lusit: O Antoni aliqñ tibi tuũ negocium agere licebit : quẽadmodũ cũ cẽsor eras de aliorũ moribus agebas:ita tibi nũc de tuis agendũ erit.i.aliqñ de aliis negociis agere desistes:& de tuo agere icipies. Postulatũ:accusatũ. De ambitu : ambitus & ambitio differunt.Nã ambitio in aĩo ẽ: ambitus in actu.q.n.largitiõe aliquẽ corrumpit:is ãbitũ cõmittit:sed qui p̃ter modũ cupit honores,aut laudẽ:ambitione peccat. Valde hæc ridẽtur:dixit supius hoc ẽe ridiculi genus eẽ:qđ mirifice placet cum aliqd uidemur temere dicere:cum id tñ ītelligamus.Sed hoc differt a superiori:q̄ in superiori dissimulamꝰ intelligere qđ intelligamus:in hoc uero uidemur plane nõ intelligere:& in illo ponitur abruptus sermo:quasi incõsideratus:in hoc uerbo grauius ridiculũ facit. Vt Pontidius:qdã Pontidiũ interrogauerat:qualẽ existimas:qui in adulterio deprehẽditur. Rñdit Pontidius.

Inter ãbitũ & ambitiõ nẽ dĩa

Tardũ.s.existimo eẽ.& qui audiuit uisus intelligere segnitiorẽ ad fugam:sed hic ītelligebat frigidũ in Venerem. Vt ego qui in delectu:Metellus cũ delectũ acerrimum haberet:& cum citare iusisset Iuliũ Cæsarẽ : ille nomẽ suũ nõ dabat.Tum ille:Quid nõ rñdes ad nomen.Tum Iulius: quia non possum militiam agere:nã sum obtusiori acie.Tũ ille:Ergo nihil uides.Tum Cæsar:Ego inquit a porta Exquilina uillam tuã uideo:& arguebat luxuriã ædiũ illius:q̄ tãtæ celsitudinis eẽnt:ut uel cæcutiẽs uidere posset. Delectu:delectus militum quos acerrime deligebat iussu senatus.

Ego uero inq̃:q̄a excusabam oculorũ aciẽ, ut obtusam dicerẽ. Ego:rñdit quasi consulte tu adeo ī ædificãdo luxuriosus es: ut ego ẽt cæcutiẽs domũ tuã a porta Exquilina uidere possim. Vt illud Nasicæ : aliud genus ridiculi:qđ est supiori simile.Hoc exẽplũ p se intelligit̃:qđ ridiculosissimũ est.Nasica uenerat ad ianuã Ennii:q pulsans magna uoce clamabat:nunqd domi eẽt.Ancilla Ennio nũciauit Nasicã esse:illa deinde rediẽs dixit Nasicæ domi nõ esse:Nasica sensit dñi iussu dixisse:& illũ itus eẽ.Haud ita multo post ad Nasicã Ennius uenit:& cũ a ianua quæreret:exclamat Nasica se domi nõ eẽ:tũ Ennius:qd ego:nõne uocẽ tuaz cognosco?Rñdit Nasica:ipudẽtissimus hõ es:qui mihi nõ credas:cũ ipse ancillæ tuæ crediderim te domi nõ esse.

Est bellũ illud:ad aliud ridiculi genus trãsit:cũ id qđ dicit̃ in aliũ:in eũ qui dicit retrudi põt : qđ tale est.Qu. Opimiꝰ in adulescẽtia sua parũ pudice uixerat:cũ iã cõsularis eẽt:Egiliũ quẽdã lasciuũ:& ob eam cãm ueluti molliorẽ muliebri noĩe appellãs ait:O Egilia mea qñ colu lana instructa succinctus ad me uenies.Tũ Egilius uetari se rñdit parẽtis iperio:nõ audeo inq̃t:q̄a mater mea uetuit me ad famosas accedere.i.ad mulieres,q̄ infames sunt.Obiiciebat ergo molliciẽ in euz cũ dixit iperio mr̃is uetari ad famosas accedere.i.infames. Qui adulescẽtulus male audisset.i.de quo adulescẽte mala fuisset fama.i.cuius pudicitia suspecta fuisset,& inhonestus dicẽdi modus. Festiuo:urbano. Mollior:effœminatior. Famosas.i.mollitiẽ,quã sibi obiiciebat,ī eũdẽ retrusit:q̄ & fœminino gñe appellauit,& famosam.i.ipudicam. Cum tua colu & lana.i.lana instructa succinctus. Salsa sunt:& hoc qdẽ plurimum habet ridiculi atq̃ facetiæ:cũ ita respondemus:ut suspitionẽ faciamus auditoribus risus,& festiuitatis plenã:sicut hoc loco.Siculus qdã cõquerebat̃:q̄ uxor sua se de ficu suspẽdisset.

Tum hic Siculus, qui morosam habebat uxorem: Amabo.i.amice mi obsecro te: da mihi ex hac ficu surculos: ut ego quoq; ex hac in horto meo habeam. Ridiculum facit: ꝙ iō uidetur optare ex ea ficu surculos habere: ut uxor sibi molesta ex eadē ficu pendeat. De ficu: ficus ꝑ arbore apparet quartæ esse declinatiōis: ꝑ fructu aūt secūdæ: ut Pli. ad Octauiū Ruffum: Quæ nunc cū ficis: & boletis certamē nōdum habēt. & in Catone maiore Ci. Ex tātulo grano fici: in qua declinatiōe accipit etiam pro arbore. Iuuen. Ad quæ discutienda ualent sterilis mala robora fici. & est masculini gnīs. Pro morbo uero.i.tuberculis in capite: quartæ est declinationis: cum a similitudine eiusmodi fructus denominetur.

Ficus cuius declinationis

quo in genere est illud Siculi: cui cum familiaris quidā quereretur: ꝙ diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: amabo te inquit: da mihi de ista arbore: quos seram surculos. Ita in eodem genere est quod Catullus dixit cuidam oratori malo: qui cū in epilogo misericordiam se mouisse putaret. post quā assedit: rogauit hunc: uideretur ne misericordiam mouisse. Ac magnam quidem inquit. neminem enim puto esse tam durum: cui nō oratio tua miseranda uisa sit. Me quidem Hercule ualde illa mouentur stomachosa: & quasi submorosa ridicula: non cum a moroso dicuntur. tum enim non sal: sed natura ridetur. In quo: ut mihi uidetur: persalsum illud est apud Næuium: Quid ploras pater? nimirum ni cantem: condemnatus sum. Huic generi quasi contrarium est ridiculi genus patientis ac lenti: ut cum Cato percussus esset ab eo: qui arcam ferebat: cum ille diceret: caue. rogauit num quid aliud ferret præter arcam? Est etiam stultitiæ salsa reprehensio: ut ille Siculus: cui prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum hominem nobilem: sed admodum stultum: Quæso inquit prætor aduersario meo da istum patronum: deinde mihi neminem dederis. Mouent illa etiam: quæ coniectura explananantur: longe aliter atq; sunt: sed acute atq; cōcinne: ut cum Scaurus accusaret Rutilium ambitus: cum ipse consul esset factus: ille repulsam tulisset: & in eius tabulis ostenderet literas A.F.P.R. idque diceret esse: actum fide P. Rutilii. Rutilius aūt: Ante factum post relatū. C. Cānius eques Ro. cū Ruffo:

Quo in gñe.s.ridiculi absc̄oditi. In eodem gñe: eiusdē gñis est. Quidā malus & indoctus orator: cū suam orōnē porasset per cōquestionem: ipse qui orauerat credebat magnā misericordiā auditoribus cōmouisse: interrogauit ex Catullo: nūqd oratio sua misericordiæ plena fuerit? Tū ille: maxime inquit: Nā neminē audisse credo: qui nō eā miserandam crediderit: eo, ꝙ inepta fuerat. In epilogo.i.in cōclusione. nā quas nos conclusiones: eas græci epilogos appellant.

Epilogus quid

Miseranda.i. adeo inepta erat: ut oēs miserari sint eam. Me quidē Hercule: aliud ridiculi est: cum aliqd morosum ac stomachosum dr: dūmō nō dicat ab eo q morosus ipse sit, & stomachosus. Nā si quis stomachosus natura aliquid stomachosum diceret: non id, sed natura eius rideret. Cum uero ab hoie qui natura est facilis & festiuus aliqd morose dr, bn̄ ridet. Nęuius poeta īducit filiū cō miseratione ductum iterrogare patrē quid ita ploret? Filio pater rn̄det: Mi pę ni cātem: q dānatus sum: quasi ineptā filii interrogationem rep̄hēdit pr. q nesciat in dānatione plorāduʒ: non cantādum eē. Stomachosa.i.q̄ cū ira dici uidētur. In quo ut mihi uidet.s. genere ridiculi. Nimirum.s.est ni cantē. & cū stomacho quodam respondit. Huic generi.s. urbanitatis: est aliud qd̄ uidet cōtrariū: cum ab hoie lęto ac placido: ac patienti dr: ut illud Catonis. Quidā humeris arcam gestabat per medium forum: & Catonem obuiū arca percussit: deinde dixit: caue. Tum ille: Est ne aliud qd̄ feras: ac si diceret: habes ne aliam arcam, qua me percutias. Nam ab arca mihi cauere non possum: qa iam me percussisti, tale aliquid legitur de Diogene: ut est apud Laertium. Nā ad eum: a quo trabe percussus fuerat: ac postea dixisset, caue: ait: Nū me iterū ferire uis. Lenti: placidi. Vnde M. Ci. Lente fert iniurias.i.placide. Etiam stultitiæ salsa: etiam rep̄hēsio quæ fit in stultitiis plurimum urbanitatis habet: sicut hoc exēplo cōprehendit. Siculus qdam litē habebat: huic prætor patronū dabat hospitē suum nobilē quidem, sed ualde stultū. Tū ille: o prætor quæso te hunc patronū aduersario meo dederis: mihi autem neminē: quia admodū stultus erat: ut non timeret eum. Mouent etiam illa: etiam si quid scriptū propositū fuerit: qd interpretat aliter, atq; scriptū sit, solet mouere animos auditorum ad risum: si non fuerit acutum & concinnum. Scaurus & Rutilius cōsulatus competitores erant: Rutilius Scauro consulatum cessit: sed Rutilium nihilominus Scaurus accusabat crimine ambitus: quo agendo produxit ipsius Rutilii tabulas de renunciatione magistratus: idest consulatus sui: quarum præscriptio erat A.F.P.R. Itaq; arguebatur P. Rutilius in manibus suis habuisse suffragia: & ita ꝑscripsisse Rutilius in renūciatione cōsulatus: sic enim interp̄tabatur. Actum fide Publii Rutilii: quasi ipse Scaurus cōsul fieri nequierit nolente Rutilio. At Rutilius has lr̄as alio modo interp̄tabatur: dicebat. n. eas significare: Añ factū: postea relatum.i.primo factum esse: deinde ad populum relatum esse: utrum id populus fieri uellet an non. Sed Caninius: qui patrocinabatur Ruffo: clamauit neutrum illis literis significari: sed illud potius: Aemilius fecit: idest corrupit populum: Plectitur Rutilius: idest punitur. Explananantur: aperiuntur, declarantur. Atq;: pro q̄. Concinne: congrue. ad id de quo agitur. Esset factus: q primo fit: deinde renunciat. Repulsam tulisset.i.æquo animo tulisset: ut ille consul fieret.

Adesset

Adesset.i.patrocinaretur Ruffo. Aemilius: per A. Aemilium significari uolebat. nam Aemilius per æ diphtongũ scribitur. Ridentur etiam discrepantia: etiã illa quæ sibiipsi discrepãt.i.dissentiunt: risum mouent. Est quidam, qui quasi uel laudare aliquẽ uidetur, & dicit. Quid huic abest: dicere uelle uidet ipsi oĩa esse abũde.i.nihil deesse.postea subiũgit. Nisi res & uirtus: & plane ostendit boni nihil adesse. Res & uirtus.i. pecunia & scientia. Discrepantia: & illa etiam quæ inter se discrepare uidentur. Quid huic abest: uidetur interrogare quasi abunde omnia sint. Nisi res & uirtus: hoc uero discrepat a superiori: quia uidebatur nihil deesse:

adesset: exclamat neutrum illis literis declarari. Quid ergo? inquit Scaurus: Aemilius fecit: plectitur Rutilius. Ridentur etiam discrepantia: qd huic abest? nisi res & uirtus? Bella etiã est familiaris reprehensio quasi errantis: ut cum obiurgauit Albius Granium: ꝙ cum eius tabulis quiddam Albutio probatum uideretur: & ualde absoluto Scæuola gauderet: neq; intelligeret cõtra suas tabulas esse iudicatum. Huic similis est etiam admonitio in consilio dando familiaris: ut cum patrono malo: cum uocem in dicendo obtudisset: suadebat Granius: ut mulsum frigidum biberet: simulac domum redisset: perdam inquit uocem: si id fecero: melius est inquit: q̃ reum. Bellum etiam est: cum quid cuiq; sit consentaneum dicitur: ut cum Scaurus nonnullam haberet inuidiam ex eo: ꝙ Phrygionis Pompei locupletis hominis bona sine testamento possederat: sederetq; aduocatus reo Bestiæ: cum funus quoddam duceretur: accusator C. Memmius: uide inquit Scaure: mortuus rapitur: si potes esse possessor. Sed ex his omnibus nihil magis ridetur: q̃ quod est præter expectationem: cuius innumerabilia sunt exempla: uel Appii maioris illius: qui in senatu: cũ ageretur de agris publicis: & de lege thoria: & pmeretur Lucullus ab iis: qui a pecore eius depasci agros publicos dicerent: non est inquit Luculli pecus illud: erratis. defendere Lucullum uidebatur. Ego liberũ puto eẽ:

sed cũ diceret: Nisi res & uirtus: significabat nihil boni esse. Nam ubi non est res: idest pecunia & uirtus: ibi sine dubio nihil boni põt esse. Bella: cum Albutius quidam litem cũ Granio haberet: & cum causam suam defenderet: probauit sibi adiudicandam esse cãm tabulis.i. legibus Scæuolæ. Cũ ergo absolutus est Albutius Scæuolæ legib⁹: & Scæuola huic obuius factus congratulatus esset: ꝙ suis legibus causam obtinuisset. hic Granius: Gaudes inquit ignominia tua: eo ꝙ, quamuis tuis legibus hic causam obtinuerit, tamen tuæ leges a iudicibus iniustæ & iniq̃ iudicatæ sunt: hic igitur familiaris est reprehensio. Quod cum eius tabulis.s. Scæuolæ: quid illud fuerit: qđ in tabulis Scæuolæ scriptum fuerit, sciri non potest: sed fingamus nos: ut si tabulas scripsisset: in quibus iuberet primum, qui iniuriarũ conuictus fuerit: carcere pœnas luito. Deinde in aliis: qui conuitii conuictus fuerit: de tergo pœnas dato: quas omnes reprehenderunt: nam qui maioris criminis conuictus erat: leuiore pœna plectebatur: q̃ ipsa quoq; nimiũ grauis: ac seuera iudicabatur. Huic similis: & hoc est ridiculum superiori simile: Granio consulenti: ut patronus qdã obtusus uoce diutino sermone mulsum frigidũ biberet: rñdit ille: quid bibam. Nã si frigidum mulsum bibero: quicqd est uocis penitus amittã. Tũ Granius: Melius est uocẽ pdas, q̃ tot reos. Mulsum frigidũ: mulsum est genus suauioris poculi ex aq̃ & melle cõfectũ: & mulsum a pmulcẽdo dictũ: ꝙ hoc si calidũ bibatur: uocẽ promulceat: si frigidũ, exasperat. Melius: eo ꝙ multi: eo defendẽte cã cadunt. Bellum etiã: etiam bellũ est cũ in aliquem dr: quod ei conueniat. Nam si dictum dixeris in aliquem: qđ ei conuenire uideatur: potest risum non mediocrem mouere: quemadmodum illud quod in Scaurum dixit Caius Mẽmius: facetum fuit. Vt cũ Scaur⁹: Scaurus hæreditatẽ habuerat cuiusdam q mortuus erat ab intestato: ex quo magnã sibi inuidiã conflauerat. Cũ igitur lis esset inter Bestiã: & C. Mẽmiũ: & Scaurus Bestię aduocatus esset: forte ita accidit: ut fun⁹ efferret. Ergo Mẽmius ut Scauri inuidiã augeret: ubi inter agendum causam duci pompã uidit: Surge inquit Scaure: funus effertur: uide si bonorum eius potes esse possessor. Hoc dictum est: qđ Scauro conueniret: q̃a sicuti bona Pompeii Phrygionis sine testamẽto arripuerat: ita nũc, ut eius auaritiã denotaret, eius mortui, cuius funus ducebat bonoꝝ possessionẽ fieri iubebat. Sine testamẽto: q̃a hæres itestatus hæreditatem adierat Põpeii. Bestiæ: q̃ accusatus fuerat a Mẽmio. Sed ex his oĩbus: de his inq̃t ridiculis: quæ in re posita sunt nullũ est ꝙ magis risum moueat: q̃ illud quod præter expectationẽ pronunciat: qđ appellatur uel ut noster Cice. in Epistolis Appellat.i. pter expectationẽ: sicut ẽt ipse multis exẽplis pbat. Nam hæc oĩs lectio cõsumit in exẽplis: q̃ i re posita sunt. In his oĩbus.s.q̃ i re sunt: hoc genus ridiculi: qđ ẽ pter expectationẽ in utroq; est.i.i re & in dicto. siue i re, siue i dicto fuerit, ualde ridet. Vel Appii maioris: ad drñiam minoris: sicut Africanus superior & iferior. hic ẽ ille Appius cæcus: qui pacẽ fieri cũ Pyrrho uetuit. De agris publicis & de lege thoria: lex thoria ẽ a Thoro pprio noĩe quodã appellata. Lex thoria ẽ q̃ phibet cuiuslibet pecus in agris publicis pasci. Agebat in Lucullũ: cuius pecus pascua publica depasceretur: ibi aderãt qui utranq; partem defenderent. Tum Appius maior defendenti similis: non sunt inquit pecora Luculli. Omnes expectabant cuius essent. Tum ille: nam pecus illud nullius est mancipium: sed liberum: ergo libere pascitur: quia pro libidine sua ubi uoluerit pascitur. Erratis: fallimini o patres conscripti: si putatis pecora illa esse Luculli.

Mulsum

Lex thoria quid sit

qua lubet pascitur. Placet etiam mihi illud Scipionis illius: qui T. Gracchum perculit: cum ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutium iudicem tulisset: eiero inquit iniquus est: cum esset admurmuratum: ah inquit patres conscripti: non ego mihi illum iniquum eiero: uerum omnibus. Ab hoc uero Crasso nihil facetius: cum læsisset testis Silus Pisonem: quod se in eum audisse dixisset: potest fieri inquit Sile: ut is: unde te audisse dicis: iratus dixerit. Annuit Silus. potest etiã ut tu non recte intellexeris: id quoq; toto capite annuit: ut se Crasso daret. potest etiã fieri inquit: ut omnino: quod te audisse dicis: nũquã audieris. Hoc ita pręter expectationem accidit: ut testem omnium risus obrueret. huius generis plenus Nęuius: & iocus est familiaris. Sapiens si algebis tremes. & alia permulta. Sæpe etiam facete concedas aduersario idipsum: quod tibi ille detrahit: ut C. Lęlius: cum ei quidam malo genere natus diceret indignum esse suis maioribus: at Hercule inquit tu tuis dignus. Sæpe etiam sententiose ridicula dicũtur: ut M. Cincius quo die legem de donis & muneribus tulit: cum C. Cento prodiisset: & satis cõtumeliose: quid fers Cinciole? quæsisset. ut emas inquit Cai: si uti uelis. Sæpe etiã salse quæ fieri nõ possunt: optãtur: ut M. Lepidus: cum cæteris in cãpo exercẽtibus in herba ipse recubuisset:

Qua lubet. i. pro libidine & arbitrio ubicunq; uoluerit pascit. Liberum. i. nullius hominis mancipiũ. Placet mihi etiã illud: psequitur alia eiusdem generis referre exẽpla: ut copiosiores esse possint: qui eiusmodi tractare uoluerit: & propositis multis exemplis, alia inuenire. & hoc quoq; exemplum est ridiculi: qd præter expectationem risum mouet. Flaccus comes seditionis eius quam Tiberius Gracchus lege agraria concitauerat: q̃ libertati populi Romani periculosa esse uidebatur: ea beneuolentia & gratificatione iter sibi ad regnum strueret uidebatur. & cum consules dixissent se nihil contra leges esse facturos: tunc Scipio Nasica iratus ait: Quandoquidem consules legibus obtẽperando Tiberium tollere nolunt: quicunq; rempublicã uult esse saluam me sequatur: & simul his dictis brachio toga inuoluto in subsellia tribunorum cum bonis uiris impetum fecit: & parte subsellii fracta percussit Tiberiuz: quo ictu eum interfecit. Multis probris: cũ C. Flacc⁹ multa opprobria iactasset in Nasicã: nec ei propter uiri auctoritatez crederetur: dixit se iudicẽ Scipioni fore uerborũ suorũ: & cum sibi inimicum esse iurauit: iudicẽ inquit fero P. Mutiũ: & iuro inimicũ esse: patres labi cœperunt: & inter se mussitare: ut fit. Hoc cum sentiret Scipio respondit: Ah patres conscripti: ille P. Mutiũ sibi inimicũ eẽ iurauit: ego non illum mihi inimicũ eẽ iuro: illi expectabãt: ut aliqd diceret: cur ostenderet eum esse bonum uirũ: deinde subiunxit: Sed oibus. s. iuro esse inimicũ. Ecce quõ præter expectationẽ dixit. Ah: phibentis interiectio: quasi populum Romanum castigat: q̃ tã cito mutatus sit: & aliqd sinistrũ de eo putauerit. Ab hoc: aliud exẽplũ eius generis: qd est pter expectationẽ: & Crassi dictum est. Piso accusabatur iniuriarũ in socios: q̃ prætor expilasset socios: Silus testis productus dicebat se audiuisse ab alio. Tũ secuta est hęc iterrogatio Crassi: Potest ne inquit fieri: ut q̃ hęc dixerit, iratus dixerit. Tum ille: ita potest etiam fieri: ut non recte id intellexeris: ille etiã annuit: quasi se totã huic sentẽtię Crassi daret. Postremo subiunxit: Potest etiã fieri: ut qd te audiuisse dicis nũq̃ audiueris? ille q̃a omnino concesserat: rubore perfusus negare non potuit: Potest fieri. Et ita hoc Crassus dixit: quasi amice dixerit. Pisonem læsisset: qd præter socios expilasset.

Vnde

Vnde. i. a quo. Virgi. Genus unde latinum: idest a quo. Obrueret: oppimeret, confunderet. Nam per inductionem cogebatur hoc fieri prioribus cõcessis. Huius gñis: Næuius Tragœdiarum scriptor in hoc gñe ridiculi præter expectationem plurimus est: & laudat hoc genus ridiculi. Dicit enim urbanissimum esse. Familiaris: unde ridiculum familiariter sumitur: & est aduertendum: quia fallere potest: nisi quis diligenter animaduerterit hoc exemplũ qd sequitur: Si algebis: cum ille hoc dixisset: expectabat, ut sibi remedium aliquod frigoris afferret. Ille uero subiunxit: Tremes: hoc est præter expectationem: & si suspendendum est cum dixeris: Si algebis: deinde facta expectatione, subiunges: Tremes. Sæpe etiam facete: est etiam generis huius ridiculorum præter expectationem: cum aliquando concedis aduersario: id quod aliquãdo tibi detraxerit: ut quidam sordido loco natus dixerat Lælio nobili uiro: Indignus es maioribus tuis: & quod detrahit Lælio: Lælius concedit: Vere inquit tuis dignus es: idest sordidus es: quemadmodum maiores tui. Nam ille sordido genere natus erat. Malo: idest sordido loco. Vt M. Cincius: Cincius, sicut Cornelius Celsus dicit, legẽ de donis & muneribus tulit: qua causidici donũ, munusue ob agendã causam accipere prohiberentur. Hanc legem M. Cento grauiter ferebat: & prodiit in medium & ait: Quid Cinciole in medium fers? tum ille cum grauitate respondit: ut emas si quid uis: idest fero legem: quæ te coget emere: quibus uti uolueris, & prohibebis dona accipere. Vt emas: quia cum eum lex a donis & muneribus prohiberet: cogebatur pretio emere. Sæpe etiam salse: prosequitur alia quædam genera ridiculorum: quorum primum est cum ea optamus: quæ fieri non possunt: ut hoc exemplo: Forte præludia quædam in campo Martio fiebãt adulescentum: ut in re militari fortiores simul & habiliores redderentur: M. Lepidus forte in herba iacebat: & aliis se exercentibus in campo Martio inquit: Vtinam hoc esset laborare: hoc fieri non potest: ut labor sedendo exerceatur.

Vellem:optantis est. Salsum:etiam salsum est,cum his qui nobis irati sunt:quærentibus aliquid ex nobis respondemus leniter & placide.Sicut hoc exemplo ostendit:solet etiam risum auditoribus commouere.Lepidus censor ademerat equum cuidam M.Antistio Pirgensi.Amici,qui aderant,magna uoce clamabant: indigne esse ademptum equum:& cum quærerent:quid patri respondebit qui parcissimus est? Tum ille:placido ac tranquillo animo respondebit:se nihil istorum credere. Quærentibus:quærere est leuius q̃ percontari. Ná percontari est diligenter aliquid sciscitari atq; exequirere:si spectet ad finem coarguendi:& est tractum a côto Quærere Percontari

uellem hoc esset inquit laborare. Salsum est etiã quærentibus:& quasi percontantibus lente respõdere quod nollent:ut censor Lepidus:cum M.Antistio Pirgensi equum ademisset:amiciq; cum uociferarentur:& quærerent:quid ille patri suo responderet:cur ademptum sibi equum diceret? cũ optimus colonus:parcissimus:modestissimus:frugalissimus esset:me istorum inquit nihil credere. Colliguntur a Græcis alia nonnulla:execratiões: admirationes:minationes.Sed hæc ipsa nimis mihi uideor multa in genera descripsisse.nam illa: q̃ uerbi ratione:& ui continentur:certa fere:ac diffinita sunt:quæ plerunq;(ut ante dixi)laudari magis q̃ rideri solent.Hæc autem:quæ sunt in re:& in ipsa sententia partibus sunt innumerabilia:generibus pauca.Expectationibus enim decipiendis:& naturis aliorum irridendis:ipsorum ridicule iudicandis:& similitudine turpioris:& dissimulatione:& subabsurda dicendo:& stulta reprehendendo:risus mouentur.Itaq; imbuendus est is:qui iocose uolet dicere:quasi natura quadam apta ad hæc genera:& moribus:ut ad cuiusq; modi genus ridiculi:uultus ét accõmodétur. Qui qdé quo seuerior est: & tristior:ut i te Crasse:hoc illa quoq; quæ dicuntur:salsiora uideri solent. Sed iã tu Antoni:q hoc diuersorio sermonis tui libéter acquieturum te esse dixisti:tanq̃ in Pontinũ diuerteris:neq; amœnum:neq; salubre locũ:censeo:ut satis díu te putes requiuisse: & iter reliquũ conficere pergas.

ptica:qua maris aut fluminis profunditas tẽtatur. Lẽte.i.patienter & placide. Vociferarentur:idest magna uoce clamarẽt. Amici: scilicet ipsius Antistii. Nihil istorum.s.nec optimum:nec parcissimum esse. Ademptũ: scilicet censoria nota. Colligũtur a Græcis: hic admonet Iulius alia etiã ridicula colligi: & in unũ cõpilari a Græcis:quæ tñ cũ his generibus continentur:& iõ se prætermissuruz esse.Satis est.n.scire genera rerum: qbus parati esse possimus ridicula alia cõfingere : si mõ ingenium fuerit. Execrationes:magis ex uoce cognoscũtur:cum aliquid intensius dicit. Admirationes:cum aliquid mirabundi dicimus:& in uultu & i gestu melius cognoscũtur. Admirationes:ut si icrepare uoluerimus aliquẽ:& execratiori uoce utamur,risum mouet:ut uerbi gratia:Quid uis bellua? Admiratiões: cũ aliqd mirabũdi,aut minabundi dicimus:ut si dixeris:O quantũ uirtutis in hoie apparet:iõ admirantiões magis in uoce cognoscuntur.Pari ratiõe si mihi nõ satisfeceris:cognosces qui uir siem. Nam illa quæ uerbi ratione.s.ridicula quæ in uerbo consistunt:sunt pene certa & diffinita. Ambiguum præter expectationem:mutatione literarum interpositus uersus. Minatiões:cum aliquid minabũdi proferimus,& execrari(ut dixi)in uoce magis continẽtur.admirantiões:& minationes in uultu,& gestu. Laudari magis:quia,ut in superioribus dixit,q̃ belle & erudite dicũtur magis laudari solét q̃ irrideri. Partibus.i.speciebus:quia pars est ueluti species:q generi subiicitur. Gñibus:quia magis cõplectit ps:quia si specialiter cõplecti uolueris: hæc ridicula innumerabilia erũt:sed si gñaliter pauca admodum. Expectationibus:cum aliud dicere uidemur:& aliud sentimus.& ea cõmemorat: q in uerbo & sentẽtia posita sũt:q sopius tractauit. Naturis:ut cum irridemus uel gibbum: uel strumosum:uel grippum. Similitudine turpioris:sicut ille Gallũ in scuto Marii depictum ostendit ad similitudinem illius. Subabsurda.i.quæ non nihil absurditatis habeant. Et stulta:quæ uideantur temere dicta:quæ omnia superius dicta sunt. Itaq; imbuendus est is:nunc ergo concludit:qñquidẽ his generibus continentur ridicula:danda est opera:ut orator his rebus instructus sit:& si ingeniosus fuerit : facile hæc oia quæ risum mouere possint:& aliquid salsum habeat:scire poterit. Quasi natura:ideo dixit natura:quia ingenium fuerit ad eiusmodi ridicula procliuius:nulla arte poterit urbanus fieri. Natura:ut naturæ addatur exercitatio cum arte coniuncta. Vultus etiam accommodetur:qui enĩ naturam suam ridiculis longa exercitatione accõmodauerit:hic uultũ & gestum accommodabit:ut non minus gestu corporis ualeat q̃ ridiculo. Qui qdem:accidit inquit:ut siquis ridiculũ dixerit quãto plus seueritatis: & tristitiæ:tanto id qđ ridicule dictũ fuerit:urbanius esse uidebit. Salsiora:urbaniora. Sed iam tu Antoni:redit ad illud qđ in propositiõe suç orõnis dixerat Antonius:Ego a longa inquit disputatiõe in oratione Iulii Cæsaris:quasi in diuersorio conquiescam. Nunc etiã commemorat uerba Antonii dicens:Scito iam nunc tempus esse:ut post meam hãc disputationẽ: in qua nõ ualde gratũ dixeram fore diuersorium:sed tanq̃ in Pontinum uenisses:& ita ad orationem suam progreditur Antonius. In Pontinum:sic singe animo:ut in hoc diuersorium orationis meæ sit.Nam Pontina palus Volscorum est:ut Vibius scribit:haud longe a Tarracina:de qua Iuuenalis:Et Pontina palus : & Gallinaria pinus.Ibi crassiorem:& propterea minus salubrem aerem fuisse constat. Põtina palus

EGO uero atq; hilare:sic Cæsar quasi diuersorium suum:idest oratio sua non fuisset diuersorium Antonio dignum ubi conquiesceret. Nunc Antonius laudat orationem illius:quā de facetiis habuit:dicens se in ea iucunde:& hilariter conquieuisse. deinde se ad reliquam disputationem præparat. Est autem caput decimum quartum huius tractatus:quæ sint in oratione nostra custodienda, & quæ in aduersariorum refutanda. Prima pars huius capitis erit:ut præcipiat tres illas uirtutes diligentius esse perspiciendas:uidelicet docere, conciliare, & mouere:deinde ubi ea diligenter & exquisite considerauerimus:præcipit quid in unaquaq; sit faciendū.

Ego uero atq; hilare quidē a te acceptus inquit: & cum doctior per te:tum etiam audacior factus sum ad iocandum. Non enim uereor: nequis me in isto genere leuiorem iam putet: quoniam quidem tu Fabritios mihi auctores: & Africanos: Maximos:Catones:Lepidos protulisti. Sed habetis ea:quæ uoluistis audire ex me:de quibus quidem accuratius dicendum: & cogitandum fuit. Nam cætera faciliora sunt:atq; ex iis:quæ iam dicta sunt:reliqua nascuntur omnia. Ego enim cum causam sum aggressus:atq; omnia cogitādo:quoad facere potui:persecutus:cum & argumēta causæ:& eos locos:quibus animi iudicum concilientur:& illos:quibus permouentur:uidi:atq; cognoui:tum constituo quid habeat quæq; causa boni: quid mali. Nulla enim fere potest res in dicēdi disceptationem:aut controuersiam uocari:quę non habeat utrunq;:sed quātum habeat:id refert. mea autem ratio in dicendo hæc esse solet: ut boni qđ habeat:id amplectar:exornem:exaggerem:ibi cōmorer:ibi habitem:ibi hæream:a malo autem:uitioq; causæ ita recedā: nō ut id me defugere appareat:sed ut totum bono illo ornando: & augendo dissimulatum obruatur:& si causa est in argumentis:firmissima quęq; maxime tueor:siue plura sūt: siue aliquādo unum.sin autem in cōciliatione: aut in permotiōe causa est:ad eam me potissimū pte:q maxime cōmouere animos hoīum potest: cōtero.

Ego uero:tu dicis orationem tuam de facetiis fuisse quoddam diuersorium minime salubre:sed ego dico hilare fuisse. Hilare: certe iucunde, suauiter. Nam unum ex his q̄ præcipit:requiruntur ab hospite:est uultus hilaritas. Hilare:quippe, qui in tua disputatiōe de urbanitate, salibusq; tractasti. Doctior:quia tria genera iocandi disputatione tua proposuisti. Audacior:quia ostendisti urbanos uiros fuisse:quorum dignitas & auctoritas maxima fuit:ut si tantæ grauitatis uiri usi sint salibus:ego id audacius facere possim. Nō eni: & probat se esse factum audaciorem. Quoniam:quandoquidem inquit dinumerasti maximos ciuitatis nostræ uiros:qui i hac urbanitate præstantissimi fuerunt:ego quoq; uideor in exemplo eorum hāc posse urbanitatem sequi. Protulisti:pronunciasti in exemplis facetiarum. Fabritios: qui & ipsi usi sunt eiusmodi salibus. Sed habetis ea quæ uoluistis: subaudi ut ad propositum redeam. Nunc redit ad id quod disputandum est Antonius: uidelicet ad reliquū disputationis suæ:quod intermiserat disputante Cæsare de facetiis. Accuratius:diligentius. Nam cætera:uere inq̄ habuistis ex disputatione mea:quæ maiori cura animaduertenda sunt:quia sequentia sunt faciliora. Ego enim:& ostendit ita eē: postq̄ inquit consideraui in causa tria argumentorum genera esse. Primum quo docentur, secūdum quo conciliantur, tertium quo mouentur auditorum animi. Considero deinde quid commodi causa habeat mea: & primum qđ uoluimus:& qđ incommodi est illius:quo aduersariis nostris resistere possumus. Cum mihi occurrit qđ commodum est in his moror: in his habito:nec unq̄ ab eis diuellor. qđ uero obest nō refugio penitus:sed illa pene obruo ut uix apparere possint. Ego aggressus.i.causam suscepi a clientibus. Atq; omnia:quæ in causa continētur. & argumenta declarat.i.tot locos de quibus octauo capite dixit:ubi argumentorum locos & sedes explicauit: quia primo quidem locos docuit docendi:deinde conciliandi:postremo mouendi. Argumenta.i.non solum argumenta quibus causa probatur, atq; docetur. Conciliantur:si forte fuerint nobis infensi. Permouentur: ad indignationem contra aduersarios nostros. Constituo:diiudico, discerno, diffinio. Boni.i.commodi ad probandum. Mali.i.incommodi ad refellendum. Nulla enim:quia occurrebat illud:quomodo non potest accidere:ut aliqua sit causa sine incommodo: dicit nullam causam adeo honestam esse:quæ non utrunq; habeat. Disceptationē:iuris:cōtrouersiā facti. Refert:ad rem pertinet. Vtrūq; s. bonū & malū. Quantū.s. boni & mali. Mea:hæc inquit mea rō est in agenda cā:quæ bona sunt:ita tractē:ut ab his nunq̄ ferme discedā: ea quæ obsunt opprimam:ut uix apparere possint:& ab auditoribus comprehendi. Boni:commodi. Quod habeat:idest qđ causa suggerit. Exornē.i.& uerbis & rebus amplificem. Exornem:uerbis. Ibi:uidelicet in eo bono:quod est in causa mea. Commorer:ne discedam. Habitem:ne relinquam. Hæream: affixus sim.
A malo:quod malum est in causa non ita fugio:ut relinquam:sed tango nonnihil:ut diminuam:& non magni faciendum sit. Defugere:quasi metuam ne causa turpis uideatur. Ornando:copiosius augendo:diutius & amplius tractando. Et si causa in argumentis:sed si causa eius fuerit:ut uel conciliare per commiserationem oporteat auditorum animos:uel mouere per amplificationem: tunc eam partem potissimum capio: quæ mihi potior uidetur:idest ad commoditatem meam pertinet. In conciliatione:& ad misericordiam: & ad indignationem pertinet:utrunq; enim complectitur.

Sũma deniq; huius generis hæc est:sed hoc,inquit,omnis orõnis meæ rõ confertur:ut si uidero causam meam magis confirmare posse,q̃ aduersarioꝝ refellere:oĩa tela in aduersarios intendam:sed si contrario: ut magis refelli possint aduersarioꝝ dicta:q̃ causam meam probari:oĩa argumenta mea conferã:ut eoꝝ oĩa dicta: uel rõnes deleã atq; infirmem. Deniq;:duo genera causaꝝ sunt:unum genus:in quo nonnunquam possumus argumenta nostra probare,q̃ aduersarioꝝ infirmare:alterum genus est, in quo non tam possumus refellere aduersarioꝝ,q̃ nostra confirmare. Oĩa.i.non pugno:ut me defendam: sed ut aduersarium uincam. Si

Summa deniq; huius generis hæc est:ut si in refellendo aduersario firmior esset oratio:q̃ in confirmandis nostris rebus potest:omnia in illum conferam tela:si nostra probari facilius:q̃ illa redargui possunt:abducere animos a contraria defensione: & ad nostram conor traducere. Duo denique illa: quæ facillima uidentur:quoniã q̃ difficiliora sunt: non possum:mihi pro meo iure sumo. Vnũ ut molesto:aut difficili argumento:aut loco: nonnunq̃ omnino nihil respondeam:quod forsitan aliquis iure irriserit.quis enim est:qui id facere nõ possit: sed tamen ego de mea nunc:non de aliorum facultate disputo.Confiteorq; me:si quæ premat res uehementius:ita concedere solere:ut non modo non abiecto:sed ne reiecto quidem scuto fugere uidear.Sed adhibere quãdam in dicendo speciem:atq; pompam:& pugnæ similem fugam:consistere uero in meo præsidio:sic ut non fugiendi hostis:sed capiendi loci causa cessisse uidear. Alterum est illud:quod ego oratori maxime cauendum: & prouidendum puto:quodq; me solicitare summe solet:non tam ut prosim causis elaborare soleo:q̃ ut ne quid obsim:non quin enitendum sit in utroque: sed tamen multo est turpius oratori:nocuisse uideri causæ:q̃ non profuisse.Sed quid hoc loco nos inter uos Catulle?an hæc:ut sunt contemnenda:contemnitis?Minime inquit ille:sed Cæsar de isto ipso quiddam uelle dicere uidebatur.Me uero lubente inquit Antonius dixerit:siue refellendi causa:siue quærendi. Tum Iulius:Ego mehercule inquit Antoni semper is fui:qui de te oratore sic prædicarem:unum te in dicendo mihi uideri

nostra.i.si non tam possum refellere aduersarioꝝ argumenta:q̃ mea probare:in eo inquit occupatus:ut aĩos auditoꝝ:qui persuasi sunt eos ad mei cõmodum traducam:& in ea confirmanda totus insistam. Abducere.i.remouere:quemadmodum illi causam suam cõfirmant ualidis argumentis: quibus resisti non possit:ita meam causam æque ualidis ac ualidioribus confirmem. Redargui:refutari,refelli,reprehẽdi. Duo illa:nunc Cicero dicit quæ sunt illa quæ pro suo iure sumat: duo uidelicet. Primum inquit est:ut siquid molestum fuerit non repetam:aut si difficile nõ penitus omittam:sed per quandã dissimulationẽ utrunq; faciam:& suum semp meritum extenuat Antonius:ut uideatur in eloquẽtia nõ esse tantus:q̃tum illum Crassus:& cæteri esse dicebant.Dicit.n. Pro meo iure.i.p mea cõsuetudĩe & potestate. Molesto:h.d.siquis locus fuerit uel molestus uel difficilis:molestus cui molestia insit repetendi.difficilis cui insit difficultas soluendi:aut illum oĩno prætereo: aut parꝝ admodum attingo. Argumento: quia locus est sedes argumenti. Aliquis: uidelicet uideor a nõnullis iure irridendus: uel quia molesto,uel difficili argumento nihil rñdeam:& uere inquã uideor irridẽdus: ac si diceret:etiã sine pcepto facere poterit:uidelicet qđ molestum fuerit nihil rñdeat. Sed tñ:sed quid alii faciant non quæro: quid facere soleam,oñdo. Confiteor:& cũ aliquid fuerit in aduersarioꝝ rõnibus:qđ me grauius urgeat: ac præmat:facio qoĩadmodũ exercitus:q pugnã aduersarioꝝ sustinere nõ põt.Nõ.n. abiicit oĩno:aut reiicit scutum:quasi desperet:sed pedẽ sensim referẽs se in tutiorẽ locũ recipit: & ẽ trãslatio a pugnãtibus pulcherrime sumpta. Abiecto:qđ faciũt q oĩno desperant. Reiecto:qđ faciũt hi:q nõ oĩno desperãt. Fugere uidear:qoĩadmodũ acies pugnãs:cũ grauius oppssa fuerit:pedẽ refert:seruatis tñ ordinibus. Spẽm.i.soleo quãdã imaginẽ & ostẽtationẽ defensionis pponere.i.ostẽtationẽ quandã defendendi speciosam. Cõsistere:hoc est in defensionis meæ uiribus. Cessisse.i.pterisse argumentũ illud ualidius. Fugisse:quasi uictus. Locos.i.ueniendi ad locos æque firmos:uel firmiores. Alteꝝ:nunc aũt alteꝝ argumentũ explicat:quod se pro suo iure sumere dicit:ut cũ diligenter causam suã cõsiderauit:illud magis omittere elaboret:qđ causæ suæ obsit:q̃ id qđ prosit non enarrare. Si inquit duobus ppositis.s.quæ facienda sint in cã clientum meoꝝ:ut ea quæ psint:& ea quæ obsint:nõ tã laboro:ut psim causis:q̃ ne obsim. Obsim:qa oĩ si ea nõ omiserit:quæ obsunt:quasi non psuisse. Vtroq;.s.ne obsim:& ut psim. Sed qd hoc loco:& cũ hæc dixisset: Antonius,Catullus,& Cæsar collatis capitibus nescio qd iter se dicebãt. Hoc loco.s.qđ dixi enitẽdũ esse summopere oratori:ut dicat q psint & uitet q obsint. Quærendi:iterrogãdi:siqd obscurius dixero. Refellẽdi:refutãdi. Tũ ego mehercule inquit Iulius:cũ Antonius diceret se in eo potissimũ elaborare:ut id omitteret qđ causæ obfuturũ uideret:& in hoc magis diligentẽ esse ipm,q̃ ut ea diceret,q utilia forẽt.cœpit Iulius Catullo collatis capitibus nescio qd dicere.Tũ Anto.ubi itellexit illos dicere aliquid:interrogauit ex his qd esset illud qđ iter se cõferrẽt.Núc Iulius rñdet hãc suã fuisse sniam:hoc in Antonio fuisse mirandũ:qđ nihil unq̃ in cã diceret:quod clientibus suis ob-

esset:sed cum uideret de hac re sermonem cũ Crasso audientibus plerisq; hitũ alteri fuisse sniæ:non esse laudandũ eum:qui omitteret:qđ malũ est:sed q qđ bonũ est exequeret. Lectissimũ:p electissimũ ex cæteris. Idq;.s.me dixisse:cũ aliqñ cũ Crasso:& aliis plerisq; colloqrer. Cũ mihi sermo institutus.i.sermo esset inceptus. Cũ cæteris laudibus.i.ad cæteras tuas laudes hoc ẽt accederet:qđ non solũ diceres,q̃ utilia forent, sed ẽt omitteres,q̃ inutilia futura essent. Tũ mihi illũ:& in hoc tecum Antoni sentiebam:qđ summum in oratore uideatur:ea diligenter omittere:q̃ causæ nocitura essent:sed Crassus aliter sentit. Tum Crassus mihi rñdit laudandos esse eos:qui bene dicerent,non qui male non dicerent:ppea q; oẽs sciunt quæ mala sunt omittere:nisi forte imprudens fuerit.Nã unusquisq; hoc facere põt:scilicet tacere quæ mala sunt.Boni aũt oratoris esse i cã: q̃ bona sunt exeq: nõ quæ mala omittere:qa unusquisq; id facere põt. Quod alienũ:a sua cuiusq; cã alienum. Improbi:iniqui. Perfidiosi:qui clientẽ suum pderet:& noceret ei.

Quare:uidelicet nõ dicere quę aliena eẽnt: quęue incõmoda essent a defensione causæ.

Eum:uidelicet qui non diceret ea quæ incõmoda essent:& quæ nocitura causæ. Nunc si tibi:qñ igitur hæc snia est Crassi:ut nõ magnopere sit laudandus orator:qui ea omittat quæ obesse psit:sed non magnopere laudandum:ut q̃ psint psequaf:nunc Anto.si tibi uidetur hoc tibi uidetur esse magnum ac præstans?Declarauit Iulius Cæsar quæ cã esset:q; cum Catullo colloqueretur.Nũc ad illud rñdet Antonius:sed inter disputandum id nobis uelit proponatis:me non loqui de diuino cuiuspiã oratoris ingenio:sed de mediocri q̃dam doctrina,qua uti solitus sum. Dicam Cæsar:nunc ad eandem qõnem rñdet Antonius cum summa moderatione: sicuti ferme consueuit:sed inter disputandum id nobis uelim proponatis:me non loqui de diuino cuiusquam oratoris ingenio:sed de mediocri exercitationis meæ mediocritate. Mementote.i.hoc uobis semper propositum sit. Crassi quidem:sed id quod tibi Iuli Cæsar Crassus respondit ad excellens quoddam ingenium pertinet:cuiusmodi ipse est. Non igitur mirãdum est:si hoc Crasso simile monstri uidetur. Nam quod in se est: etiam in aliis desiderat: quia simile Crassus portenti esse existimat:ut orator aliquis sit: qui in causa mala aliqua: aut incommoda sua dicat: & id portentum quoddam:& aliquid simile monstri esse existimet.i.miraculo esse ascribendum:ut orator aliqđ incõmodum causæ suæ proferat:& rõ,quia a se id alienissimum esse cognoscit. Facit:nisi ex eo qđ est idem:ẽt in aliis existimaretur:ut siquis imbecillis igenii fuerit: credere non poterit aliquid præstanti ingenio depromptum esse. Nam de seipso coiecturam facit:& qđ in seipso est:in aliis quoq; esse credit. Nisi:ars differt a prudentia aliis rõnibus:sed in hac potissimum:q; prudentia si forte aliquid offenderit uoluntarie magis reprehenditur:q̃ si inuite admiserit:ut si prudens aliquid uoluntarie peccauerit:magis reprehenditur:quasi inuitus idem admiserit:at econtrario:siquis aliqua arte præditus est:& sciens aliquid omittit:quod ad artem pertinet: non ignorantia hoc facit. At uero quod ad artem pertineat inuitus omiserit:ignorantiæ ipsius ascribendum est.Nunc ergo dicit Crassi sententiam:qui existimat oratorem non posse aliquid dicere:quod causæ suæ obsit nisi uoluntarie.Nam si hoc faceret inuitus:non esset perfectus orator:quod ignorantiæ esset ascribendum:& inuitus quæ ars præciperet,ommitteret. Sed ego: ille quidem respondit:quia de perfecto quodam oratore:atque sublimi intelligebat. Præstantis: scilicet oratoris:in quem non possit error incidere:& exemplo hanc suam rationem confirmare intendit Antonius. Dicit enim quemadmodum Themistocles fertur memoria tantum ualuisse:ut cum ei diceretur quendam esse:qui artem reminiscendi doceret:respondit cupere se,qui doceret obliuisci: non tamen quia ille singulari memoria fuerit contemnenda mediocris memoria:à simili ergo dicit:Et si Crassus maximus est orator: non tamen mediocres contemnendi sunt.

Differẽtia artis & pru dentiæ

lectissimum:propriumq; hoc esse laudis tuæ:nihil a te unq̃ esse dictum:quod obesset ei:pro quo dicẽres.Idq; memoria teneo:cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus:Crassusq; plurimis uerbis eloquentiam laudaret tuam:dixisse me:cũ cæteris tuis laudibus hanc esse uel maximã:q; non solum:quod opus esset:diceres:sed etiam:quod non opus esset:non diceres. Tum illum mihi respondisse memini:cætera in te summe esse laudanda.Illud uero ĩprobi esse hominis:& perfidiosi:dicere qđ alienum esset:& nocere ei:pro quo quisq; diceret.quare non sibi eum disertum:qui id non faceret:uideri:sed improbum:qui faceret. Nunc:si tibi uidetur Antoni:demonstres uelim:quare tu hoc ita magnũ putes:nihil in causa mali facere:ut nihil tibi in oratore maius esse uideatur. Dicam equidem Cæsar inquit:quid intelligam:sed & tu & uos omnes:hoc inquit mementote:non me de perfecti oratoris diuinitate quadã loqui:sed de exercitationis:& consuetudinis meæ mediocritate.Crassi quidem responsum excellentis cuiusdam est ingenii:ac singularis:cui quiddam portenti simile esse uisum est:posse aliquem inueniri oratorem:qui aliquid mali faceret dicendo:& obesset ei:quem defenderet.facit enim de se coniectutam:cuius tanta uis ingenii est:ut neminem nisi consulto putet:quod contra seipsum sit diceret:sed ego nõ de pręstãti quadã & eximia:sed prope de uulgari:& cõmuni prudentia disputo. Vt apud

Græcos:

Græcos.s.Athenienses:uel ēt apud Græcos.nam eius ingeniū in oī Græcia claruit:ut oēs Græcos sui nois fama compleuerit. Inuenta.s.a Simonide. Mens:memoria:& græce locutus est:qui νοῦν dīt:q̄ significat mentē & memoriā. Infusum:infitū. Cū quidē ei fuerit:gratius,inquit,mihi feceris si obliuisci q̄ nolim docueris. Acerrimi ingenii.s.Themistoclis. Sed neq; pp hoc Themistoclis rñsum: nunc Antonius suscepra disputatione ōndit:q̄ magnū sit in oratore:si hoc quoq; habuerit,ut diligentet obseruet, & obseruata fugiat: q̄ causæ possint esse detrimento. Sed neq; pp hoc:cōfert similitudinē:quēadmodū pręstās illud ingeniū Themistoclis:qui q̄cunq; uel uidisset,uel audisset facile retinere potuerit:nō debemus tñ negligere artificiū memoriæ:ita pp singulare ingeniū Crassi:ea quæ in causis cauenť dicta pter mittere:quasi nihil facienda. Neq;.n. nullū exemplū attulerūt:cuius auctoritate pbarēt qđ dīt:sed de seipsis cōiecturā faciunt:qd ualeant:q̄a Nō oīa possumus oēs:ut ait ille. S; suā significauit:nā si iusta fortasse cā erat, cur disputationi suæ acquiescerent:non tñ absurdū fuit dicere:quāobrē id faciendū esse censerē. Cautio:ut sibi caueat orator:ne incurrat offensionē. Etenim p multa sunt: uere inq̄ cautionē meā & timiditatem nō esse intelligēdā:& ita sensum incipit ōndere q̄ in cā obesse pñt:nisi diligenter cautū fuerit ab oratore.
Offendas:delirando. Irruas:lacessendo: aut insultando. Sæpe aliq̄s testis:ut uerbi gratia: Si testis pductus fuerit. Testes.n.eiusmodi eē solent,q ab auctoritate locus sumiť, ut graues:atq; cōstantes:qd grauius dicere cōpelles in eum,quē defendes. Nisi lacessať.i. puocetur ad iram. Orat reus:& ōndit hoc esse difficillimū:ut orator se contineat:ne ipsum testem lacessat. Multi.n.sunt,inquit,q causidicum urgent & impellunt:ut uel ir hunc testez lacessere & insectari:& quanto maior est impulsio:tanto magis cautior esse debet. Aduocati:aduocatus & patronus differunt. Aduocatus.n.appellatur quicunq; adest alteri in cā officii gratia:ēt si nihil dicat:neq; agat: sed q tantum sit paratus defendere. Patronus autē is proprie est:qui agit causa3:sed accusati,nō accusantis:quod ēt apud Quintili.ita esse ex ipsius uerbis ostendimus:sed in mutuis depositis:locato & conducto: similibusq; ea in re tam actor q̄ defensor solet appellari patron⁹.

Aduocat⁹ Patronus

Vt Inuehamur:scilicet in testem. Maledicamus.s.testi:quasi si nostris uerbis territi fuerint:minus offensuri sint cliētem: quod plerūq; fit. Non enim minis nostris terrentur: sed plerunq; irritantur:ut dicant id quod non dicerent. Non moueor:ita quidem me impellunt:ego uero hac impulsione non moueor.
Neq; tamen:& uidetur esse difficilius: ut in quo non laudatur:sed potius uituperatur orator:in eo ipse fortis & constans esse possit: & quamuis non moueat illis impellentibus: rerum tamen nullam inde assequor laudem:ac si diceret:pluris facio rei defensionem q̄ laudem meam. Homines enim imperiti.i.rerum ignari:siquid sapienter tacueris te ignorantem dicunt. Dicunt enim nihil habet q̄ respondeat:si uero aliquid temere dixeris:te stolidum appellant:nec aliquid cum ratione dicere. Non stultū: quia testes ut plurimum producti solent esse graues,prudentes,constantes:alioquin testimonio eorum fides non adhiberetur. Habet enim:singula singulis redde. In iracundia:ad id quod dixit:si iratum læseris. Et uim in ingenio:ad id quod dixit:si non stultum. Pondus in uita: ad id qđ dixit:si non leuem læseris. Nec si hoc:& q̄uis inquit Crassus hunc errorem non incurrat, multi tñ incurrunt. Quo quidem mihi:& hoc uitiū est eiusmodi:quo nullū inueniri pōt turpius:ut orator dicat aliqd:ex quo sermo iste ordatur:qui sequitur.

Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilii:atq; ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles:ad quem quidam doctus homo:atq; in primis eruditus accessisse dicitur:eiq; artē memoriæ: quæ tum primum proferebatur:pollicitum esse se traditurum:cum ille quæsisset quidnam illa ars efficere posset:dixisse illum docturam: ut omnia meminisset:& ei Themistoclem respondisse: gratius sibi illum esse facturum:si se obliuisci: quæ uellet: q̄ si meminisse:docuisset. Vides ne quæ uis in homine acerrimi ingenii: q̄ potens: & quanta mens fuerit? qui ita respōderit:ut intelligere possemus: nihil ex illius animo: quod semel esset infusum:unquam effluere potuisse. Cum quidem ei fuerit optabilius obliuisci posse potius:qđ meminisse nollet:q̄ quod semel audisset: uidisset ue: meminisse. Sed neq; ppter hoc Themistoclis responsum memoriæ nobis opera danda non est: neque illa mea cautio:& timiditas in causis propter præstantem prudentiam Crassi negligenda est. Vterque enim istorum non mihi attulit aliquam:sed suam significauit facultatem. Etenim permulta sunt in causis: in omni parte orationis circunspicienda: nequid offendas:ne quo irruas:sæpe aliquis testis: aut nō lædit:aut minus lędit;nisi lacessatur. Orat reus:urgēt aduocati:ut inuehamur:ut maledicamus:denique ut interrogemus:non moueor:non obtempero:non satisfacio:neque tamen ullam assequor laudem. homines enim imperiti facilius; quod stulte dixeris reprehendere: q̄ quod sapienter tacueris: laudare possunt. Hic quantum fit mali: si iratum: si non stultum:si non leuem testem læseris? Habet .n.& uoluntatē nocendi in iracūdia:& uim in ingenio:& pōdus ī uita. nec si hoc Crassus nō cōmittit: iō nō multi:& sępe cōmittūt. quo qdē mihi uideri

Turpius:uituperabilius. Hoc.i.hoc uitium perfidiæ:ꝙ nunc errorem incurrant oratores. Nisi perfidia.i. hoc fieri non posse arbitror:nisi ab improbo & perfido. At uero ego dico etiam hoc ab his:qui perfidi non habentur:sæpius incurri. Minime malos.i.homines non improbos:ac si diceret homines : q oratores sunt mō improbi. Et hoc primum est:ꝙ causis plurimum obesse possit ne orator testes irritet. Nunc ad aliud uitium trā sit:in quod orator sæpissime solet incidere:si negligens fuerit. Hoc inquit maximum est uitium:si orator in expugnabilia aduersariorum argumenta expugnare contendet. Nam ubi diutius immorabitur in eo ꝙ sua uirefutari non potest:non suam, sed aduersarii causam confirmare uidebitur. Auditor enim qui uidebit eum argumentum illud circuire: nec tamen soluere : existimabit illum contra ueritatem tendere:& ideo minus auctoritatis habebit:quod pleriq; oratores incurrunt. Et hoc loco satius esset:si firmius aut æq̄ firmū argumentum adhiberent. Cedere.i. pedem referre. Planius.i.manifestius dicā. Premerent.i.urgerent.i.quæ ualde clienti meo nocere uiderentur. Versant.i.tentat oppugnare argumenta aduersariorum : quæ refutari non possunt:nam quemadmodum qui obseruant castris hostium: sæpe ea capere nō pñt: quia fossa:ualloq; circundata sunt:ita oratores quia argumenta inexpugnabilia refutare non possunt:nihil utilitatis consequuntur. Præsidia.i.argumenta æque ualida: aut ualidiora non proferūt aduersariis. Confirmāt: quia diu immorando in argumentis:quæ refutari non possunt:nihil est aliud q̄ aduersariorum causam confirmare. Castris inexpugnabilibus:inuincibilibus:illa trāslatio a militibus:hæc a medico sumpta est. Satius esse oratori:quæ uinci nō possunt:non oppugnare:sicut etiam medico:quæ sanari non possūt non attingere. nam ulcus si sanari non potest satius esset non attingere: & simulac attigeris nihil aliud feceris ꝙ nisi mortem ægro acceleraueris. Quid:& hoc quoq; non mediocre malum est:nam si eum defendimus : cui propter potentiam, diuitias, nobilitates, cliētelas plurimi inuideant : & eum laudare atq; extollere instemus:maiorem ipsius inuidiam concitamus. Nam ea quæ extenuare debemꝰ: ea etiam in maius efferimus. Si enim nobilitate:& diuitiis aut potentia uideatur esse cæteris superior:ostendere debet orator is uti eum non ad aliorum inuidiam:sed potius ad opem:atque præsidium:& hoc pacto poterit extenuare inuidiam qua laborat. Rationem non habent: idest non considerant. Mitigant: extenuando:quia etiam si potentia & nobilitas magna eorum fuerit:non modo eam amplificare debemus : sed leuare, ac extenuare. Sed laudando:quia si diceremus ipsum nemini potentia:nemini nobilitate:nemini opibus:nemini clientis cedere:hoc est non tollere inuidiam:sed potius augere. Quid:transit ad aliud uitium: cum orator aduersarios:qui iudicibus cari sunt:atque iucundi:grauiori oratione insectamur ex abruto. Nam primo quidem facienda est præceconomia:idest præparata quędam:per quam tibi ad inuehendum iter facias. Præmunitione orationis:idest ratione:ut ad obiurgandos aduersarios auditoribus caros occulte uenias : sed si ex abruto ueneris;auditorum animos a te alienabis. Quid si quæ:nunc transit ad aliud uitium:quod non minus est superioribus : immo maius : cumque uitia sunt in auditoribus : ea in aduersariis nostris ostendimus : odium, & auaritiam : quæ in auditoribus fuerint dixerimus. non poterunt non mediocriter moueri: quia iudices quoq; hoc uitio laborant. Inuehi:idest insectari iudices. Quid si cum pro altero: ad alia pergit uitia:quæ obesse possunt causæ:ut ea magnopere uitemus:& id efficiat quod superius dixerat : non minus laborandum esse oratori:ut ea declinet:quæ nocitura sunt:q̄ quæ profutura sunt eligat:& uitium hoc eiusmodi est. Cum orator a causa clientis ad suam ipsius iniuriam transit:hoc ideo nocet:quod uidetur potius odio q̄ rei uarietate compulsus:hanc causam suscepisse:si interdicendum causam defensionē clientis relinquas:& de tua ipsius iniuria agere incipias:ꝙ ab aduersariis iniuriam acceperis:plurimum causæ obsueris. Iudices enim existimabunt te potius odio q̄ rei uarietate impulsum hoc facere. Si cum pro altero:idest a causa clientis ꝓ quo dicis ad tuam ipsius iniuriam transeas:& non alienam:sed tuam causam agere uidearis:uel non alium defendere:sed te ulcisci uidearis. Efferare iracundia:idest ad indignationem inciteris.

turpius nihil solet : q̄ cū ex oratoris dicto aliquo aut responso:aut rogato:sermo ille sequitur:occidit ille aduersariū ne? immo uero aiunt se:& eum quem defendit. hoc Crasus nō putat nisi perfidia accidere posse. Ego autem sæpissime uideo in causis aliquid mali facere homines minime malos. Quid illud : quod supra dixi : solere me cedere:& ut planius dicam : fugere ea : quæ ēt ualde causam meam premerent? Cum id non faciunt alii:uersanturq; in hostium castris:ac sua præsidia dimittunt: mediocriter ne causis nocent? cum aut aduersariorum adiumenta confirmant : aut ea quæ sanare nequeunt : exulcerant? Quid cum personarum quas defendunt: rationem non habēt? si quæ sunt in his inuidiosa: non mitigant extenuando: sed laudando: & efferendo inuidiosiora faciunt? q̄tum est in eo tandem mali? Quid si in homines caros; iudicibusq; iucundos sine ulla præmunitione orationis acerbius : & contumeliosius inuehare : non ne abs te iudices abalienes? Quid si quæ uitia: aut incommoda sunt ī aliquo iudice uno : aut pluribus: ea tu in aduersariis exprobrādo nō intelligas te in iudices īuehi: mediocre peccatū est? Quid si cum pro altero dicas: litem tuam facias: aut læsus efferare iracundia: causam relinquas: nihil ne noceas?

In quo

In quo:& cū inquit tale aliqd acciderit:ut aduersarii mei aliqñ in me inuehanť:ego ita æquo aīo fero maledicta:ut multi me nimiū facile existimēt: ac potius lenē:sed hoc dedita opera facio:quia cū hoies hanc de me opinionē fecerint:ut patiens & facilis existimer:qđ plurimū in agēdis causis ꝓdest. Siqs mihi maledixerit:oēs me defendent:& illū improbū & insolentē esse putent. Nō quo libenter male audiā.i.nō quia æquo aīo maledicta alicuius sustineā. Nam male audire:est alicuius maledicta sustinere:siquis de me maledixerit: tūc recte dixero;male de me audio. Nō libenter relinquo.i.quia inuitus a causa discedo, maledictis aduersarioꝝ rñdendo.i.nolo inquit occupari rñdēdo maledictis aduersarioꝝ, & cām clientis relinquere. Vt cū teipsum Sulpiti:sicuti in ea cā: quā supeꝰ de Cepione habitā scitis:qđ tri.ple.accusauerat Sulpitius:q aduersus Cepionē populū cōcitauerat:hūc ipsū Antonius defendebat. In ea cā Sulpitius inuectus est in Antonium: Antonius id usus est lente ferre. Nihil.n.aliud obiurgauit Sulpitiū:nisi qđ administratorē inqt Sulpiti inuadis nō aduersariū. Non.n.inqt aduersarius sum:sed administrator: reprehendebā te qđ maledictis patronū insectando non aduersariū:sed administratorē inuadis. Administratores dñr accusatores:ac defensores: nō potuit humanius rñdere. Obiurgabā:reꝑhendebā te o Sulpiti. Nō aduersariū : quia uterq ministrat cām iudicibus:quam susciperent. Peteres:inuaderes, & insultares aīo opprimēdi, uel offendendi. Ministratorē.i.me patronū & causæ ministrū:in quo facile oñdi q essem patiēs. Ex quo etiam illud assequor:

Male audire

In quo ego:non quo libenter male audiam: sed qa ego causam non libenter relinquo : nimium patiens:& lentus existimor. Vt cum teipsum Sulpici obiurgabam:q ministratorem peteres: non aduersarium. Ex quo illud etiam esse assequor : ut siquis mihi maledicat:petulans aut plane insanus esse uideatur. In ipsis autem argumentis siquid posueris: aut aperte falsum:aut ei:quod dixeris : dicturusue sis:contrarium:aut genere ipso remotum ab usu iudiciorum:ac foro:nihil ne noceas? Quid multa? Ois cura mea solet in hoc uersari semper (dicā.n. sæpius) si possim:ut boni efficiā aliqd dicendo:sin id minus: ut certe neqd mali. Itaq nūc illuc redeo Catulle:in quo tu me pauloante laudabas: ad ordinē:collocationēq reꝝ ac locoꝝ:cuius rō ē duplex.

Administratores

illud etiā boni ex hac patientia mihi prouenit:q siquis me grauiter insectetur:illum omnes improbum & insolentem arbitrentur:nam quanto patientior ego sum:tanto ille petulans & improbus magis uř. Petulans: improbus:sicut No. Marcel. dicit hoc ipso loco. In ipsis autem argumentis:aliud uitium est: quod plurimū causæ obesse possit:si in agenda cā:& præcipue in argumentando:& in cā probanda aliquid dixeris tibiipsi cōtrarium:aut quod superioribus cohæreat:& inferioribus:quod potius confirmet:quia cauendum est:ne quid dicatur:quod causam infirmet:aut aliquid dixeris:ad quod minime subiungas. Aperte falsum:quia si plane falsum esse cognoscerent iudices:plurimum tibi obesset. Nam uno falso uniuersam causam falsam esse iudices existimabunt. Aut.i.nec cum superioribus cohærens nec cum inferioribus. Aut genere ipso.i.ipsa ui:atq natura ipsius argumenti. Ab usu:quod ēr Cice. facit pro Archia poeta cum ipsum defendit ciuitate donatum. Nam de studiis literarum disseruit:quod ideo sibi licere probabat:q pro eruditissimo uiro dicebat:unde ipse excusationem traxit:q longius de studiis literarum disputaret. Quamuis inquit Cice. id egerit cum ratione:cum disputaret de studiis literarum:quia pro docto uiro dicebat:non tamen id oēs facere debent. Quid multa? nunc concludit dicens:ne omnia prosequare quæ incidere possunt:quæ causæ nocere possint:hæc mea sententia est:in agendis causis potissimū uidear nihil dixisse:quod causæ detrimento esse possit. Versari:immorari, insistere, posita esse in hoc. Boni:sed si non possum in causa mali nihil efficere:primum inquit est aliquid boni efficere. Secundum uero nihil mali. Si illud assequi non possumus:ut boni aliquid dicamus:at uero hoc assequamur ne aliquid mali. Itaq: meministis cum de tribus oratoris proprietatibus dicturus esset Antonius explicato exordio:uidelicet de proprietate docendi, mouendi, & conciliandi:Catullus dixit eum relinquere partem illā:quæ prius tractanda uidebatur:ex eo quæsiuit Antonius:quid esset? Cui Catullus respondit dispositionem esse. Tum Antonius reddit rationem:cur nondum locus esset tractandi de dispositione: sed de locis argumētorum. Nisi.n.prius cogniti fuerint loci argumentoruʒ:non poterunt suo loco disponi: ergo primo de locis argumentorum tractauit:deinde de dispositione:quod nunc facere aggreditur. Itaque: quando quidem ostendimus quæ uitia oratoribus diligenter uitanda sunt:& quid obsit causæ. Ad ordinem:& ita incipit quartus huius libri tractatus:ubi agitur de dispositione partium orationis:& de demonstratiuo ac deliberatiuo genere causarum:quæ quasi ex superfluo tractat Antonius:q ea superius docuerit:cum ea constitutionibus iuridicialibus causarum coniūcta esse uoluerit:& quasi exordium nescio quod tangere uidetur. Caput ergo primum huius tractatus est huiusmodi:uidelicet duplicem esse dispositionem:primam ad partium orationis:secundam ad locorum dispositionem accommodatam. & primo quidem incipit dicere de partium orationis ordine:qui duplex est. Vnus enim est naturalis:alter artificialis. naturalis est:qui ex artis institutione ꝓficiscitur. Alter est ad causæ rationem accommodatus. Cuiusmodi uterq sit iam declarabitur. Ad ordinem: ut est rerum. Collocationemq:locorum. Ordo est partium orationis dispositio. Collocatio est, ut argumenta suo quæq loco ponamus:prout ratio artificii exigere uidebitur. Duplex:natura causaruʒ: uidelicet dispositio artis: quam naturam appellant:quia ars imitatur naturam:ideo posuit naturam pro arte. Omnes ferme causæ ita distingui uolunt:ut in primo exordium. in secundo narratio, in tertio diuisio, in quarto confirmatio. postea uero confutatio. postremo conclusio sit:siue peroratio.

Altera quam affert natura causarum : altera quæ oratotum iudicio:& prudentia compatatut. Nam, ut aliquid ante rem dicamus:deinde ut rem exponamus:post ut eam probemus nostris pręsidiis cōfirmandis:contrariis confutandis:deinde ut concludamus:atq; ita peroremus : hoc dicendi genus natura ipsa præscribit. Vt uero statuamus ea:quæ probandi:docendi:persuadēdi causa dicenda sunt: quemadmodum componamus:id est uel maxime proprium oratoris prudentiæ. Multa.n.occurrūt, argumenta:multa:quę in dicendo profutura uideantur:sed eorum partim ita leuia sunt:ut contēnenda sint:partim ēt:si quid habent adiumenti:sunt nō nunq̄ eiusmodi:ut insit in iis aliquid uitii: neq; tanti sit illud:qd' prodesse uideatur:ut cū aliquo malo coniungatur. Q uæ aūt sunt utilia : atq; firma:si ea tñ (ut sæpe fit) ualde multa sunt:ea: quæ ex iis: aut leuissima sunt:aut aliis grauioribus cōsimilia: secerni arbitror oportere:atq; ex oratione remoueri. Equidē cū colligo argumēta cāsa:nō tam ea numerare soleo q̄ expendere. Et qm̄:qd' sæpe iam dixi:tribus rebus oēs ad nr̄am sniam pducimus : aut

Altera:uidelicet q̄ ad casum tpis accōmodaſ. Sæpe.n.accidere poterit ut exordiū nō sit in cā oratoris utēdū. id aūt fiet cū insinuatione utēdū est:insinuatione aūt utēdū est: cū cā turpis fuerit:q̄ auditoꝝ aīos a nobis alienat:aut cū defessi fuerint auditores cū alii prius dixerint. Nā ut aliqd añ:incipit primo declarare dispōnē naturalē. Præscribit:pfinit,& cōstituit. Ante rē:p exordiū. Vt rē exponamus:p narrationē. Probemus:per cōfirmationē,& cōfutationē. Cōfirmādis.s. argumētis. Cōfutādis:aduersarioꝝ refellendis. Cōcludam⁹.i.ex cōclusione qd fiet cōferamus. Peroremus.i.finē dicēdi faciamus. Vt uero statuamus:sed ut ea q̄ ptinēt ad tres illas pprietates.s.docēdi:cōciliandi:& mouendi ueniā. Hæc inqt oratoris iudicio relinquiſ:atq; prudentiæ:ut intelligat cū auditoꝝ aī nobis fuerint infensi : demus operā ut cōciliemus eos:seu cū aduersariis beneuolos esse uiderimus:auditores in eos cōcitemus. Vt uero:sed cū psuasi fuerint ōrone aduersarioꝝ:q dixerint argumētū aliqd' cōtra eos afferre possumus. Docēdi: ad demōstratiuū.

Persuadēdi:ad deliberatiuū genus:qa cum aliqd deliberamus:opus est cōsilio ac persuasione. Id est.i.ptinet ad prudentiā oratoris.

Multa.n.occurrūt:& incipit nūc tractare de locis collocādis:quā dixit alterā partē dispositionis esse:ut uideamus quo quæq; loco ponēda sint argumenta.& sicut in aliis partibus pcipit primo & ultimo loco ualidissima argumenta ponēda esse:in medio aūt infirmiora.

Profutura:p cōfirmatione nr̄a. Sed eoꝝ:hoꝝ argumentoꝝ tria gña sunt. Vnū genus est ualidissimū:alteꝝ leuissimū : tertiū uero, qd' partē utriusq; cōtinet,sed non pars mala plus nocebit,q̄ bona pderit. Sed si argumentum fuerit ualidū:in primo,& in ultimo loco ponendū erit Si leue:ut nihil mali habeat in medio. Si utrius partē habuerit: aīaduertēdū erit utrū plus boni:an mali habeat : & si plus boni q̄ mali habuerit:omittendū erit. Eiusmodi.i.eius gñis atq; naturæ. Coniungaſ.i. cōpareſ cū aliquo malo. Tunc.n.cōiungi aliquid dr cū cōparaſ. Neq.i.illud adiumenti tantam uim non habeat. Malo.i.comparetur cū aliquo uitio:qd' in ipso argumento inesse uideatur. sensus est: Si inquit ea quæ utilia fuerint:multa fuerint:arbitror ea esse diligenda:ita ut ex his quæ leuia esse uidebūtur a cā penitus moueantur:q̄ grauiora in cā tractentur. Quæ:si ea argumenta abundauerint: hoc fieri uult ut secernantur a grauioribus.nam si non essent multa aliud præcipiendum uideretur : ut nihil omnino prætermitteretur:ut mercatores:qui cum merces multas habuerint:& uehere non potuerint:pretiosiores deligunt. Pari ratione uult oratores facere:ut cum sibi maxima copia argumentoꝝ firmissimoꝝ fuerit pretiosiora deligant. Consimilia:non tñ eius generis:quia aliud est esse simile:& aliud idem. Equidem:bono quasi epilogo confirmat:qūo id faciendum sit:cum ad argumenta causarum uenerimus. Id quod ego facio:tibi quoq; faciendum præcipiam: ut argumenta potius numeres:q̄ colligas.& ideo dixit numeranda, deligenda meliora, nā qui numerat pretiosa deligit. qui colligit oīa sumit. Numerare:translatio sumpta a nummulariis & libripendibus. Nūmularii:qui pecuniam numerāt. Libripendes:qui expēdunt,& librant aurū uel argentum. Quēadmodū in pecunia,siue numismate inueniuntur numismata nullius pretii: ita ēt in multitudine argumentorum multa inueniuntur parui momenti. Sed in auro & argēto: quod penditur:nulla fraus esse potest. Aurum quod numeratur plerunq; minus est:qd' penditur fallere non pōt. Ita si orator ea diligenter exquisierit:ut libripens:cum aurum penset:ea eliget:quæ utilissima erunt. Numerare soleo:cum inquit argumenta causaꝝ cōsidero:non tanti argumentoꝝ copiam q̄ grauitatem facio. Non tam operam do:ut multitudo sit q̄ grauitas.

Nūmularii
Libripēdes

Et qm̄:dicit de collocatione cæteraꝝ partium:uidelicet conciliandi & mouendi. Simul.n.de dispositione eorum dixerit:arbitratur hac ratione. Nam quia primum oratoris est docere ad hanc partem:quasi primam:reliquæ duæ partes referuntur:ut ita orator doceat:quasi nihil aliud in tota causa agere uelit:moueat autem uel conciliet:prout se locus in tota oratione obtulerit:ergo ad hoc quasi fundamentum duæ illæ proprietates referendæ sunt.s.conciliare atq; mouere:ergo ipsarum duarum partium hæc dispositio:ut utrunq; arbitrio oratoris esse uideatur:ut modo conciliet:modo moueat auditorum animos. Non igitur hanc potius:aut aliam illarum partium proprietatem esse uult. Et qm̄:sensus est: Quāuis dixerim tres illas proprietates: docere,conciliare,& mouere:necessarias esse:tñ ita duabus partibus est utendum.s.conciliatione,& concitatione: ut semper uideamur docere uelle. Omnes:scilicet auditores. Tribus:scilicet docere,conciliare,& mouere.

Docendo:confirmatione,cõfutatione. Aut conciliando:s.ad misericordiam. Aut permouendo: ad indignationẽ. Vna.s.docere. Ferẽda p̃ nobis.i.pferẽda & oñdenda. Nihil aliud.i.debemus unã ex his rebus potissimũ oñdere:& eã cæteris anteponere.& declarat quid sit illud:uidelicet docere. Reliquæ duæ.s.conciliare & mouere. Sicuti sanguis:quẽadmodũ inquit sanguis toto corpore diffundit:ita cõciliatio & cõmotio tota orõne diffusę esse debent. Nã & principia:& qa dixit sicut in corpus sanguis fusus:ita duas illas partes in orõne oportere esse inclusas,& ita dicere ut nũc in principio,nũc in narratione,nũc in cõfirmatione,nũc in cõfutatione,nũc in cõclusione. ideo ita distinguit Cic.dicens:cõciliare & mouere exordii,& cõclusionis ꝓpria sunt. & q̃q̃ in oĩ orõne.i.in oĩbus partibus orõnis facienda sunt: tñ potissimũ in principio & conclusiõe hoc fieri solet.

Hãc uim.s.cõciliandi & mouẽdi. Permanere:ptrãsire,& plabi. Vel permouere: siue ad misericordiã p cõciliationẽ,siue ad idignationẽ p cõcitationẽ. Sed his ptibus: sed non negauerim inqt Ci.ꝓpriũ locũ haꝝ duaꝝ ptiũ esse principiũ & cõclusionẽ: nõnunq̃ a narratiõe,cõfirmatione,& cõfutatione digredi põt orator:& ad hãc pmotionẽ ptrãsire. His ptibus.s.cõmotioni,& cõciliationi. Argumẽtãdo:qa cõmoueret:& cõciliaret auditoꝝ aĩos: & nihil de cã doceret. Persuadẽdo: quod est cõciliãtis. Cõmouẽdo:qđ est cõcitationis. Ab eo qđ ꝓposueris.i.ab eo qđ ꝓpositũ fuerit in argumentatione:& postea tractare iceperis:ut nõ solũ i exordio & cõclusione:sed ẽt in cõfirmatione facias. Itaq; narratione exposita:in narratione potes ẽt mouere aĩos auditoꝝ. Vel argumẽtis nr̃is cõfir.i cõfirmatione. Refutatis:in cõfutatione. Vel:qa ad ueritatẽ disiunctionis sufficit alterã ptẽ eẽ uerã:iõ subiunxit:uel in utroq; loco. Oĩbus:uidelicet in pricipio,narratione,cõfirmatione,cõfutatione,& cõclusione. Si hẽt: post cõfirmationẽ,& cõfutationẽ,ẽt post narrationeꝫ quoq; oportet aĩus auditoꝝ cõmoueri. Recte id fieri põt:dicit cõsiderãdã esse qualitatẽ & quãtitatẽ:uidelicet nũqd copiosa & uber sit materia:an ecõtra.Nã si copiosa fuerit materia:poterit in quacũq; parte orõnis fieri:ut auditoꝝ aĩos cõmoueas,& cõcilies.Hæq; causę sunt:& gña eoꝝ causaꝝ:i qbus possumus ad cõmouẽdũ & cõciliãdũ auditoꝝ aĩos sæpe digredi:ubera,& copiosa eẽ cõsueuerũt:aliogn nõ copiã & dignitatẽ habuerũt. Ad agẽdũ: singula singulis redde. Ad agẽdũ: ad grauitatẽ. Ad ornãdũ:ad ubertatẽ. Grauissimæ: ad dignitatẽ. Plenissimæ:ad copiã. Exit⁹: a cã ad hmõi digressionẽ,& cõmouẽdi,& cõciliãdi. Impellãt.s.ad idignationẽ cõtra aduersariũ cõcitãdo. Reflectãt:a nobis cõciliãdo. Atq; ẽt i illo:postq̃ dixit de dispositiõe mouẽdi,& cõcitãdi:nũc redit ad collationẽ argumẽtoꝝ,q̃ triptito diuisit.s.alia eẽ leuia:alia grauia:alia uero grauiorib⁹ similia:nõ tñ ipsa grauia.Nũc ergo dicit quõ hæc gña locoꝝ sunt ordine disponẽda:& primo quidẽ reprehendẽdos esse dicit:q primo loco cõfirmationis quæq; leuissima ꝓponunt.Nã cũ auditores parati sint ad audiendũ aliqd graue:ipse uero dixerit aliqd leue,friuolũq; aĩos auditoꝝ a reliqua orõne alienabit:& ideo dicit argumẽta grauissima i principio orõnis esse ponẽda:quẽadmodũ inqt reprehẽdo oratorẽ:q primo cõfirmationis loco leuia argumẽta p̃ponit pari rõne reprehẽdo eos:qui,cum plures patronos ad cãm habuerint,iubent unũquẽq; leuissimũ primo loco dicere.Nã si plures sunt patroni:primus locus ad dicẽdũ dãdus est uehemẽtioribus & potẽtioribus:q plurimũ copia & ornatu in dicẽdo ualeãt. Qđ mihi nunq̃:qa nõ sunt in una cã plures adhibẽdi patroni.Rõ:qa alius aliter cãm tuã ꝓbat:quo fit:ut q̃ unus patronus dixerit:alius infirmet. Vt in quoq; eoꝝ.i.quẽadmodũ unũquẽq; eoꝝ leuissimũ ꝓponi oportuerat. Res.n.& reddit rõnem:cur primo loco ualidiora quæq; argumẽta poni debeãt:qa qui audiũt expectant:ut aliquid dicas:quo cãm tuã firmiter defendas.Sed si leue aliqd dixeris: auditores spe sua frustratus fueris:& ideo a cã tua abalienabis. In reliqua causa.i.in reliquo causæ.i.in fine.

docendo:aut conciliando:aut permouẽdo: una ex tribus his rebus res præ nobis est ferenda:ut nihil aliud:nisi docere uelle uideamur:reliquę duæ sicuti sanguis in corporibus: sic illę in ppetuis orationibus fusæ eẽ debebũt. Nã & principia:& cæteræ partes orationis:de quibus paulopost pauca dicemus: habere hanc uim magnopere debent:ut ad eorum mẽtes:apud quos agitur:mouẽdas pmanare possint. Sed his partibus orõnis:quæ & si nihil docent argumentando: persuadendo tñ & cõmouendo proficiunt plurimum: q̃q̃ maxime ꝓprius est locus & in exordiendo:& in perorando:digredi tñ ab eo: quod proposueris:atq; agas: permouendorum aĩorum cã:sæpe utile est. Itaq; uel narratione exposita sæpe datur ad cõmouendos aĩos digrediendi locus:uel argumẽtis nostris confirmatis:uel contrariis refutatis:uel utroq; loco:uel oĩbus:si habet eum cã dignitatem:atq; copiam:recte id fieri potest:hæq; causæ sunt ad agendum: & ad ornandum grauissimæ atq; plenissimæ:quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem: ut his locis uti liceat:quibus aĩorum impetus eorum: q audiunt:aut impellantur:aut reflectantur, atq; ẽt in illo reprehendo eos:qui quæ minime firma sũt: ea prima collocant. In quo illos quoq; errare arbitror:qui si qñ (id qđ mihi nunq̃ placuit) pluris adhibent patronos:ut in quoq; eorum minimum putãt esse:ita eum primum uolunt dicere. Res enim hoc postulat:ut eoꝝ expectationi: qui audiunt:q celerime succurratur:cui si initio satisfactum non sit: multo plus sit in reliqua causa laborandum.

Male.n.se res habet:quę non statim:ut dici cœpta est:melior fieri uidetur. Ergo ut i oratore optimus quisq; est:sic i oratione firmissimum quodq; sit primum:dum illud tamen in utroq; teneatur: ut ea: q̃ æque excellant:seruentur ẽt ad perorandum: si q̃ erũt mediocria(nam uitiosis nusq̃ esse oportet locum)in mediam turbam:atq; in gregem coniiciãtur. Hisce oĩbus rebus consideratis: tum deniq; id qđ primum est dicendum:postremo soleo cogitare:quo utar exordio:nam si qñ id primum inuenire uolui: nullum mihi occurrit: nisi aut exile: aut nugatorium:aut uulgare:atq; cõe. Principia autẽ dicẽdi semper cum accurata:& acuta:& instructa sentẽtiis:apta uerbis:tum uero causarum propria esse debent. Prima est.n.quasi cognitio & commẽdatio orationis in principio:quæ continuo eum:q audit:permulcere:atq; allicere debet: in quo mirari soleo:non equidem istos qui nullam huic rei operã dederũt:sed hoĩem in primis disertũ atq; eruditũ Philippũ:q ita solet ad dicẽdũ surgere: ut qđ primũ uerbũ habiturus sit:nesciat: & ait idẽ: cum

Male enim res se habet:& reddit rationem. Melior:probabilior,& honestior,& firmius eam corroborando. Ergo ut in oratore:quemadmodum inquit in oratore uolo:ut optimus quisq; orator sit primus in dicẽdo:sic in oratione uolo quod firmissimum sit argumentum præponatur. In utroque:scilicet in oratore,& in oratione. Vt ea quæ:uolo,inquit,ut in principio tantummodo,sed etiam in confirmatione omnia argumẽta firmiora ponas:sed quibusdam in confirmatione positis aliqua etiam in fine ponas ualida Quemadmodũ enim auditor expectat:ut ualidum aliquid dicas in principio:ita etiam in fine: quia postremo dictum magis inhæret animis auditorum. Quare firma argumenta in principio ponenda sunt:ut expectationi auditorum satisfacias:in fine ut memoriæ eorum rationem habeas. Quisq;:siue orator fuerit,siue argumentum: idest idem de oratoribus dico:quod de argumentis:utriusq; enim eadem ratio est ad perorandum. Si quæ erunt mediocria: ecce quomodo nũc docet leuia:& medioeria in medio esse ponenda:quæ si separatim ponerentur: parum uirium haberent.i.parum aut nihil ualerent:si in medio nõnihil tamen ualeret. Hoc ẽt Quintilianus præcipit faciendum libro quinto institutionum: ubi de ratione argumentorum præcepta tradit. In turbam.i. multitudinem argumentorum:idest uilium argumentorũ.

Gregem:quemadmodum gregem hominũ multitudinem ignobilem intelligimus:ita intelligit de imbecillibus:ac infirmis argumentis. Hisce omnibus rebus: quia dicturus de dispositione præcipit quo quæq; pars orationis loco ponenda sit: fortasse admirari quispiam posset:q; non a principio sumpserit dispositionis præcepta:sed a confirmatione & confutatione;& ab illis tribus proprietatibus,docendi,mouendi,& conciliandi:reddit rationem cur de dispositione principii postremo loco agat. Ergo inquit ita facere cõsueui:ut excogitem postremum qđ est primum.i. quod primo dicendum est. Nam quia principium cum eã cohæret:ut uideat ex ipsius causæ uisceribus ductum oẽs partes diligenter prius considerantur. Principia.n.debent causæ accõmodari:qđ fit cum diligenter causam exquisiuimus & explorauimus. Hisce oĩbus rebus:uidelicet confirmatione,& argumentis ipsius causæ ex tribus orõnis proprietatibus:quas supra memorauimus. Oĩbus rebus:quibus confirmantur nr̃a uel refutantur aduersariorum argumenta. Nam si qñ:qñ inquit principia inuenire uoluero: anteq̃ causam diligenter pertentauerim:quæcunq; principia mihi occurrunt:ita mihi occurrunt:quæ sunt uel cõmutabilia:uel cõmunia:uel uulgaria:quæ non magis huic:q̃ alii conueniant causæ. Postremum.s.cum confirmationem & confutationem:& reliquas partes diligenter considerauerim. Exile:cõmutabile:quo aduersarius leuiter cõmutato uti posset. Exile:ergo paupertate uerborum.

Nugatoria oratio

Nugatorium:nimis longum:qđ est inopia rerum. Illa oratio dr̃ nugatoria:quę uerbis quidem abundat:sententiis autem inops est. Vulgare.i.qđ ad plures causas potest accõmodari. Cõe:quo tam accusator q̃ defensor uti põt:q uitia in exordiis uitanda sint ẽt in arte noua docet. Accurata:neq d temere dicamus. Acuta:ne longe uagemur. Instructa:ad id quod dixit nugatorium. Apta uerbis:ad id quod dixit exile. Tum uero causarum propria esse debent:scilicet ipsius,de qua agitur,sint propria:ut nulli alii causæ conueniant:q̃ illi de qua agimus. Prima est enim:& reddit rationem cur debent eiusmodi esse principia. Nam principium est prima quædam cognitio totius causæ de qua agitur. Si igitur exordium est,& esse debet quasi prima cognitio eius rei,de qua agitur,ipsum uero principium sit a causa alienissimum:quomodo eius proprietatem seruabit?profecto erit a causa ualde alienissimum. Cognitio:quia cognoscere incipit auditor quid dicere uelit orator. Permulcere:scilicet beneuolentiam comparando per rectum exordium. Allicere:attentũ faciendo per insinuationem. In qua: hoc loco per exemplum reprehendit uitium hoc eorum: qui antequam ad dicendum ueniant:nil omnino considerant quid primum: quid secundum: quid ultimum sit: sed ex abrupto prodeunt ad orandum nihil omnino dicere possint: quod cohærere uideatur.& dicit in hoc uitio uersari Philippum.& hæc similitudo est a gladiatoribus sumpta: quam ostendit non esse congruam: quia nõ ipsi quidem gladiatores sine ratione tela mouent: nec uires profundũt:& tamen Philippus hoc dictum sæpius in exordienda causa usurpare solebat: uidelicet cum dicendo incaluisset: tum demum brachium fortius iactare. Istos: scilicet uulgares. Nesciat: idest causa prius considerata,atque perspecta:& ideo nec uerbum quidem quod primum dicat scire potest.

Brachium:

Brachium.i.cum dicendo incaluerit:hoc dictum a gladiatoribus Philippus in exordienda causa usurpare solebat:cũ brachium calefecero:tunc optime pugnabo.Sumit ipse a gladiatoribus similitudinẽ:& tamen nõ aduertit:& est sensus:Vt ipsi etiam gladiatores,a quibus hanc similitudinem sumit Philippus in pugnando,non solent tela iacere:nec uires omnes uno impetu profundere:qđ tamen ipse quasi gladiatorum similitudine ductus:illud dictũ in agenda cã usurpat Gladiatores sunt:quos nunc dimicatores dicimus.Ipsi autẽ siue hastis:siue gladiis dimicẽt nõ temere hastas iaciunt:sed quadã aptitudine & arte:ut nõ solũ uiribus, sed uenustati cõsulant.Solent enim prius corpus huc & illuc hastis: uel gladiis iacere:ut his:qui uiderit suauẽ quẽdã motũ faciãt anteq̃ ad rem ueniãt:& uti faciunt illi,ita oratoribus faciendũ est: ut in principio aliquid dicant:qđ magis auditores delectare posset:q̃ aduersarios offendere. Leniter:apte,& concinne. Et reliquis uiribus suis consulant.i.ne uires oẽs in principio profundant:ne procedẽte pugna uires deficiant. Gladiatores

brachium concalefecerit: tum se solere pugnare. Neq; attendit eos ipsos: unde hoc simile ducat: illas primas iactare hastas ita leniter: ut & uenusti uel maxime seruiant: & reliquis uiribus suis cõsulant: neq; est dubium: quin exordium dicendi uehemens: & pugnax non sæpe esse debeat. Sed si in ipso illo gladiatorio uitę certamine: quod ferro decernitur: tamen ante cõgressum multa fiunt: quæ non ad uulnus: sed ad speciem ualere uideantur: quanto hoc magis in oratione expectandum est: in qua non uis potius: sed delectatio postulatur? Nihil est deniq; in natura eoꝝ omnium: quod se uniuersum profundat: & quod totum repente euolet: sic omnia quæ fiunt: quæq; aguntur acerrime: leuioribus pricipiis natura ipsa prætexuit. Hæc autem in dicendo non extrinsecus aliunde quærẽda: sed ex ipsis uisceribus causæ sumẽda sunt. Iccirco tota causa pertentata: ac perspecta: locis omnibus inuentis: atq; instructis: cõsiderandum est: quo principio sit utendum: sic & facile reperietur. Sumetur enim ex iis rebus quæ erũt uberrimæ: uel in argumẽtis: uel in iis partib': ad quas dixi sæpe digredi oportere. Ita & mõmẽti aliquid afferẽt: cũ erunt pene ex intima defensiõe

Nec est dubium.i.manifestum est exordiũ orationis non debere esse uehementia quædã ueluti pugna instructum. Sæpe esse debeat: quia aliquoties causa ita requirit cum contra eos dicimus:qui facinus tetrum aliquod fecerunt incipiamus ab indignatione.Sed si in ipso illo:si,inquit,multa faciunt gladiatores:quæ spectatoribus placeant anteq̃ ad congressionem uenerint:quanto magis facere debet orator:ut in principio aliquid dicat iucundum: qđ auditoribus placeat:deinde sensim ad causam ueniat,& incipiat aduersarios urgere.

Gladiatorio uitæ certamine:idest in illa uita gladiatorum:qui quotidie certant. Ferro decernitur:idest non uerbis decernitur apud gladiatores:sicut apud oratores, sed ferro.

Ante congressum:idest antequã pugna cõmittatur. Ad speciem:idest ad uenustatem: hoc est,quod dixit superius,ut uenustati seruirent. Vis:quia auditores oratione delectari magis solent:q̃ ui aliquid eis suaderi. Nihil est:nunc etiam naturali quadã oratione hoc ita faciendum esse probat:rerũ natura ita se habet.Quemadmodum omnia natura quadam & certa ratione facit:si herbas inspicias eas:uidebis sensim pululare: si arbores antequam ad debitam suam proceritatem ascendant,longo spacio germinare uidebis.Quod igitur natura facit:id ita faciendum oratori dicit. Deniq;:ut breui complectar. Euolet:idest ut a terra germinant arbores:non repente ad summũ ascendunt:sed sensim,& certo quodam modo. Sic omnia:etiam quæ uehementiam quidam requirunt:principiis solent fieri leuioribus:etiam si causa uehemens fuerit:tamen principia leuiora postulabit:& hoc per similitudinem rerum ostendit. Fiunt.s.natura. Aguntur:scilicet ingenio,consilio,& ratione. Acerrime:idest:quæ acrimoniam quandam desiderat. Prætexuit:incepit,exorsa est.translatio a textoribus:& in ipsa trãslatione remanet:id fieri uidemus.Textores enim cum telam texere cœperint:leuiter primo trahunt stamen: cum uero densiorem fecerint grauiori manu utuntur. Hęc autem:sed hæc quæ,ut dixi,primo leuiter tractari debent:ideo principia debent ab ipsa causa sumi:ne uideantur esse aliena:ut etiam a principio diximus. Extrinsecus:extra causam. Aliunde:idest ex alia re:quæ ad causam non pertineat. Ex ipsius uisceribus:idest ex probatione quæ diuiditur in confirmationem,& confutationem.Nam,ut ait idem Cicero, tota spes uincendi:ratioq; persuadendi in confirmatione & confutatione posita est.Hæc enim sunt quasi firmamenta causæ.

Iccirco tota causa pertentata:& hæc causa cur postremo cogitem quod primum est dicendum. Et simul reddit rationem:cur primum de dispositione argumentorum præcipiat. Pertentata:idest perquisita,& uestigata. Perspecta:idest præcognita. Locis:scilicet argumentorum: quæ ad confirmationem & confutationem pertinent. Instructis:idest ordine dispositis.Et id est quod præcipimus quomodo locari debeant argumenta. Sumetur:scilicet confirmatione, confutatione, & commotione. Vberrimæ:quæ copiam quandã habent. His partibus:uidelicet in commotione,aut concitatione,aut confirmatione:quia has intelligit partes:mouere,docere,& conciliare. Ita & momenti aliquid afferent:nunc reddit rationem:cur ex his causæ uisceribus sint sumenda principia:uel a locis probandi:in quibus beneuolentia conciliatur probandi:idest confirmandi.Si ex his locis,inquit,principia sumpta fuerint:nullum superiorum uitiorum incurrere poterit orator:ut exordium:uel commune:uel nugatorium sit:sed proprium ipsius causæ,de qua agitur.

depromptæ:& apparebit eas non modo non esse communes: nec in alias causas: posse transferri: sed penitus ex ea causa:quæ tũ agatur: defluxisse. Omne autem principium:aut rei totius:quæ agitur:significationem habere debebit: aut aditum ad causam & munitionem: aut quoddam ornamentum:& dignitatem. Sed oportet ut ædibus ac templis uestibula & aditus:sic causis pricipia pro portione rerum proponere. Itaq; in paruis:atque frequẽtibus causis ab ipsa re est exordiri sæpe cõmodius. Sed cũm erit utendum principio (quod plerunq; erit) aut ex reo: aut ex aduersario: aut ex re: aut ex eis: apud quos agitur: sententias duci: licebit. Ex reo (reos autem appello: quorũ res est) quæ significent uirum bonum: quæ liberalem: quæ calamitosum: quę misericordia dignum: quę ualeant contra falsam criminationem. Ex aduersario: hisdem ex locis fere contraria: ex re: si crudelis: si nefanda: si præter opinionem: si immeritas

Deprõptæ:exceptæ, & exhaustæ. Cões:qbus aduersarii nihilominus uti possunt. In alias cãs:ut sint uulgares. Defluxisse:duplici translatione defluxisse:tanq̃ a fluuio deriuasse:& tanq̃ a flore pululasse. Omne autẽ principium:nunc latenter ipsius principii partes tangit:quæ sumuntur a partibus mouendi, conciliandi, & docendi. Aut rei totius:uidelicet per partes docendi:nã cũ in principio significamus quid dicturi sumus:primũ a parte docendi:quia docere nihil aliud est, q̃ oñdere id qđ ꝓbare uolumus. Aditũ ad cãm:per cõciliationẽ:ꝗ cũ auditoꝶ aios nobis cõciliamus latẽter. Quoddã ornamẽtũ:& hoc per amplificationẽ:& simul tres ꝓprietates exordii tãgit:cũ attẽtũ, beneuolũ, & docilẽ facimus auditorẽ. Aditũ.s. beneuolẽtiã cõciliando ꝑ principiũ, & isinuationẽ:q̃ latenter ad exordu cõmodicatẽ nos uenire facit:ergo q̃dã q̃si prænunciatio faciẽda est anteq̃ ad cãm ueniamus:per quã beneuolẽtiã comparamus. Quoddã ornamẽtũ.i. attentos faciẽdo. Tũc.n. attẽtos facimus cum oñdimus nos magna, noua, & inusitata dicturos eẽ. In qbus q̃dam dignitas eẽ uĩ ita:ut intelligamur. Non dissentiunt hæc ꝑcepta ab his q̃ Ci. in arte noua tradit. Hic dicit sumẽda esse principia a tribus his proprietatibus oratoris:sed in aliis tribus ꝓprietatibus.s. docẽdi, mouẽdi, & cõciliãdi:q a per partẽ cõciliãdi, beneuolos faciam⁹: per partẽ docẽdi, dociles:per partẽ cõcitãdi & cõmouendi, attẽtos. Sed oportet ut ædibus: nunc docet quõ nugatoriũ exordiũ sit fugiendũ per similitudinẽ:quẽadmodũ uestibulum fit ædibus ꝓ magnitudine ipsaꝶ:ita etiã principia orõnis ꝓponi debent pro magnitudine earũ:pari rõne si domus fuerit angusta:& breuis:uestibulum angustius & breuius esse debet. quę si ampla:uestibulum amplum esse debet. In ædibus.s. hominum. Nã ædes plurali numero hoĩum est in utroq; numero Deoꝶ.

Aedes

In templis:Deorum. Vestibula:introitus: Et dicta sunt uestibula:eo ꝙ uestiant ianuam:uel ꝙ ea pars sit Vestæ consecrata:uel a Ve.i. diu:& stando: ut Gellio placet. Pro portione rerũ.i. pro quãtitatẽ reꝶ. Itaq;:ergo in frequẽtibus.i. in usitatis, & paruis causis sæpe cõmodius est ordiri ab ipsa re:quia causæ puæ & uulgares nõ requirunt longitudinem exordii. quippe q̃ ab omnibus notæ sunt:ideo omisso exordio ab ipsa re nõnũq̃ incipimus. Frequẽtibus:idest usitatis atq; uulgaribus. Sed cum principio erit utẽdum.i. cum grauiores erunt causæ. Quod plerunq; erit:quia ex maiore parte causæ sunt eiusmodi:ut exordium requirãt:aut ex reo:aut ex aduersario:aut ex his apud quos agetur.

Vestibulũ quid

Ex reo:diceret aliquis:uideť Cice. hoc loco sibi dissentire. Nam cũ ante dixerit principia ex ipsis uisceribus.s. docendi, mouendi, & cõciliandi sumenda esse:nunc dicit principii ꝓprietates esse sumẽdas:aut a reo:aut ab aduersario:aut a re:nõ tñ aliud dicit, q̃ supra dixerat. Nã si beneuolentiã nobis cõciliare uolum⁹:necesse est:ut ex his locis principia sumamus:cũ aut officiũ nostrũ:aut clientis laudamus:aut odiũ:uel inuidiam concitamus. Hæc igiť sumiť a reo cũ auditores cõtra aduersarios concitamus. Rursus attẽtionẽ facimus:cũ ostẽdimus breuiter:qbus de rebus dicturi sumus:& ita sumimus ex re:q̃ pars est docendi. Sed diceres fortasse. Ergo ex iteratis non est. Nã cũ dixerit a tribus ptibus principia esse sumẽda.s. mouẽdi, docẽdi, & conciliandi. Docuit ex quibus locis ducerentur. Nunc autem quemadmodum faciendum sit, ostendit. Ex reo:ostendit quõ a ꝑsona nostra, uel clientis possumus sumere principium:uidelicet a parte conciliandi. Non.n. reũ appello eũ, q dãnatus est, sed ad quẽ res ptinet. Reos appello quoꝶ res est:ꝑ parenthesim legendũ est. Siue illi nocẽtes sint, siue innocentes, rei dicunť:de quoꝶ re agiť. Quoꝶ res est.i. eos quoꝶ res interest:de qua agiť. Viꝶ bonũ:ergo hęc pars est cõciliandi:cũ officiũ nostrum sine arrogantia laudando extollimus:sicut Cicero docet in arte noua: A ꝑsona nostra beneuolentiam cõparabimus:si officiũ nostrum sine arrogantia laudabimus. Calamitosũ: cum inopiam, solitudinem, & calamitatẽ nostram ꝓferimus. Misericordia:cũ iudices dicimus eẽ clementes: & ab his petimus:ut nostri misereantur. Ex aduersario:si ostendimus aduersarium improbum, auarum, potentem, & crudelem. Ex re:si amplificationem, & concitationem, & simul etiam per conciliationem. Crudelis:contra ius humanum. Nefanda:contra ius diuinum. & cum ius diuinum & humanũ uiolatur. Et hic locus est amplificationis:cum crudele ostendimus esse:id quod aduersarius defendit. Præter opinionem:hic locus esse poterit commiserationis:si ostendemus præter opiniõem ab iis non offendi:a quibus minime oportebat:uel bona ex his sperasse:& aduersa nobis euenisse: quod plurimum ad commiserationem ualet:ut apud Virgilium ostendimus in comploratione matris Euryali: Tu ne illa senectæ Sera meæ requies potuisti linquere solam Crudelis:nec te sub tanta pericula missum Affari extremum miseræ data copia matri &c. Immerita:uidelicet si ostendemus nos ab his læsos esse:a quibus minime oportebat.

Miſera:ſi oſtendemus nos ab his diuelli:qui nobis cari ſunt:& eſſe debent. Ingrata:ſi ab his nos offendi oſtẽdemus:de quibus benemeriti ſumus. Indigna:ſi maiores ab inferioribus aliquid indignum acceperint. Noua:ſi ea non uulgaris:aut nobis id prios nunq̃ euenerit:ut oſtendamus nunquam id nobis antea factum fuiſſe:& hoc plurimum ualet ad amplificationẽ:eū peccatō tale eſſe oſtẽdimus:ut nollo remedio ſanari poſſit. Ex ſis:& oſtendit tam a reo:& ab aduerſario:& a re ipſa ſumi poſſe:nūc a iudicibus. Ex iis.ſ.dici licebit ſententia. Bene exiſtimantes.i.bene de nobis opinātes.Sed qūo hoc fieri poterit. Quod agẽdo.i.tractādo cām.Nā cum cām tractamus:& cā oſtẽdimus honeſtā eſſe dignāq; bono,pboq; uiro:incipiunt bene de nobis æſtimare iudices. Quod.ſ.bonā de nobis æſtimationẽ habere. Rogando.ſ.ſuppliciter tractando,ut noſtri,miſereantur. Eſt id quidem:hoc uidelicet:ut beneuolos reddamus auditorum animos:debemus per totam orationem efficere.Sed hoc quidẽ plurimum pricipiis cōuenit. Confundẽdō:p miſericordiā. In extremam i.perorationẽ:& cōcluſionẽ potiſſimō. Multa.ſ.beneuolentiæ:qa maior pars principiorũ hoc habere ſolet.ut bñuolos ſtudeant reddere auditores. Nam:oẽ re inquam plurimom orator debet elaborare in principiis : ut beneuolos reddat auditores. Nam Græci etiā uolunt:ut & attẽtos,& dociles faciamus auditores:quorũ neutrū mihi faciẽdū eſſe uidet̃ in principiis:quia alterū ex iudicibus ducitur:alterum ex ipſius exordii claritate cōficitur:cū igitur expectatione ſua attenti ſunt:ipſorum exordiorum claritate,dociles efficiuntur auditores. Quę ſunt utilia: ideſt quæ non negauerim eſſe utilia. Sed nō: uere inquā non ſunt in principiis neceſſaria: imo ſunt a principio aliena. Illuſtriora: clariora. Arguẽdo:quia non dubium eſt argumenta:ſiue confirmandi:ſiue confutandi obſcoriora eſſe,q̃ pricipia:ideo quia nō poſſunt tanta claritate tractari. Aut arguẽdo:noſtra argumenta confirmando. Refellendo.i. argumenta aduerſariorũ refutando. Maxima autem copia:uere inquā ex beneuolentia pricipium ſumitur:ſed præcipue ex ea parte conciliationis,aut cōcitationis:quæ a ui cauſę nobis offeruntur.ſenſus eſt: Cum a beneuolentia principium ſumitur:uel cōcitando:uel cōciliando:quorum utrunq; ex reo:req; ipſa efficitur:id potiſſimum eſt: quod ex ui cauſæ ſumitur. Vult ergo tametſi beneuolentia per concitationem,ſiue conciliationem trahatur ex reo:tamen ex re ipſa.i.ab his potius:quæ ſunt in cauſa de qua agitur. Alliciendo:ſcilicet conciliando nobis. Incitandum:contra aduerſarios. Ad motus animorum.ſ.conciliandi,& cōcitandi.Non oportet inquit uniuerſos locos concitationis:aut conciliatiōis ſimol exponere:ut ſint quaſi quædam ſemina:quæ in oratione tractabuntur. Inclinato:labefacto.Et eſt ſimilitudo a mole:quam qui euertere tentat ſemel commotam:maiore deinde impreſſione urget.Sic ergo qui primum animorũ iudicis attigerit: deinde grauius impellit. Impelli:per exordium. Incumbat:inſtet. Connexum:nunc docet non eſſe a procemio ex abruto ad narrationem tranſeundum:ſed ita narrationem oportere procemio cōiungi:ut ipſius procemii narratio eſſe uideatur:& per ſimilitudinem oſtendit hoc uitium rhetorum.Faciunt inquit : ut citharœdi: qui primum digitis & pectine chordas percutientes conuocandæ multitudinis cauſa:modos dant:qui tamen cum reliquo cantu minime conueniunt:& quāuis hoc non conueniat cum reliqoo cantu : non tamen ita debet eſſe oratio:ſed ita debet conuenire cum procemio : ut quodammodo ipſius pars eſſe uideatur. Cohærẽs: ideſt ut procemium uideatur eſſe reliquæ orationis mẽbrum:nam exordium eſt membrum ipſius orationis.

ſi miſera : ſi ingrata:ſi indigna:ſi noua:ſi quæ reſtitui:ſanariq; non poſſit. Ex iis aurẽ:apud quos agetur:ut beneuolos:beneq; exiſtimātes efficiamus: qd̃ agendo melius efficitur:q̃ rogando.eſt id quidem in totā orationẽ cōfundendum:nec miníe in extremam:ſed tamen multa principia ex eo genere gignuntur.Nam & attẽtum cōmonẽt Græci:ut principio faciamus iudicẽ:& docilẽ:quæ ſunt utilia:ſed non principii magis propria:q̃ reliquarum partium:faciliora etiam in principiis: q & attentum maxime ſunt:cum omnia expectant:& dociles magis initiis eſſe poſſunt. Illuſtriora enim ſunt: quæ in principiis:q̃ quæ in mediis cauſis dicũtur: aut arguendo:aut refellendo. Maxima autem copia principiorum ad iudicem:aut alliciẽdum : aut incitādum ex his locis trahitur:qui ad morus animorum conficiendos ineruntin cauſa:quos tamẽ totos explicare in principio non oportebit:ſed tamen ĭpelli iudicẽ primo leniter:ut iā inclinato reliqua incūbat oratio.Cōnexū autẽ ita ſit pricipiū cōſequẽti orationi:ut non tanq̃ citharœdi procemium affictū aliquod:ſed cohærens cū oĩ corpore mẽbrum eſſe uideatur.Nam nonnulli:cum illd̃ meditati ediderunt:ſic ad reliqua tranſeunt: ut audientiam ſibi fieri uelle uideantur.At eiuſmodi illa pręluſio debet eſſe:non ut Sānitum : qui uibrāt haſtas ante pugnā:qbus in pugnādo nihil utunt̃:

Nam nōnulli:cō inquit accurate principium peregerint:ita deinde tranſeunt ad reliquā orationẽ:ut uideatur ſe nolle audiri eo:quia oratio uidetur eſſe a principio:& iō qa ita dñt,faciūt auditores eſſe alienos. Atq; eiuſmodi:alia ſimilitudine p cōtrariū utit̃.Sānites anteq̃ manū cōſerāt:haſtas q̃tiūt alienas a pugna:nā diuerſis haſtis aliis meditant̃,aliis faciont.Sed nō ita inquit faciendum eſt oratori:ut quẽadmodom illæ primæ haſtæ a uera pugna ſūt alienæ:ita ẽt reliquū orōnis alienū ſit ab eius pricipio. Præluſio.i. pœmiū,ſiue pludiū:utrūq; a pludẽdo dicitur. Præludiū eſt præfatio cuiuſlibet rei. Haſtas.ſ.alienas a pugna. Præludiū

sed ut ipsis sententiis qbus ꝑluserũt: uel pugnare possint. Narrare uero ré qđ breuiter iubẽt: si breuitas appellanda est: cũ uerbũ nullũ redũdet: breuis est L. Crassi oro: si tũ est breuitas: cũ tãtũ uerborũ est: quantũ necesse est. nõnunquã id opus est: sed sæpe obest: uel maxime in narrando: non solũ qđ obscuritatem affert: sed etiam quod eã uirtutem: quæ narrationis est maxima: ut iucũda: & ad ꝑsuadendum accõmodata sit: tollit: uidelicet illa. Nã is postq̃ excessit ex ephebis. Q uã lõga est narratio? mores adulescẽtis ipius & seruilis pcũctatio: mors Chrysidis: uultus & forma & lamentatio sororis: reliqua: peruarie: iucundeq́ narrantur. Q uod si hanc breuitaté quæsisset. Effertur: imus: ad sepulchrum uenimus; In igné posita est. In his fere decem uersiculis totum conficere potuisset: q̃q̃ hoc ipsum Effertur: imus: concisum est ita: ut non breuitati seruitũ sit: sed magis uenustati. Q uod si nihil fuisset: nisi in ignem posita est: tamen res tota cognosci facile potuisset: sed & festiuitatem habet narratio distincta personis: & interpuncta sermonibus: & est probabilius: quod gestum esse dicas: quando quemadmodum actum sit exponas: & multo apertius ad intelligendum est: si sic constituitur aliquando: ac non ista breuitate percurrit. Apertã.n. narrationé tam esse oportet: q̃ cæteras oronis ptes: & hoc magis i hac elaborãdũ est:

Ipsis sententiis: q̃s in principio oratores posuerũt. Pugnare: in arguendo ad persuasionem. Narrare uero: postq̃ satis pcipit quõ & qualiter pricipia sumere debeamus: nũc transit ad narrationé: quomodo cãm nostrã narrare debeamus. i. qualis esse debeat narratio. nam oportet ut narratio sit breuis: dilucida & uerisimilis: quę aũt uitia fugienda sint: partim hoc loco docet: partim in primo rhetoricorũ explicat. Sed Quint. de narratione copiosius: quẽadmodũ de oĩbus pcepta tradidit. Iubent. s. rhetores. Duplici aũt modo ré aliquam breuẽ narrare possumus. Cũ nullũ uerbũ redũder: laudat nunc Crassi breuitaté: cuius narratio sicut uerbis nõ abũdabat, ita etiã nõ carebat: ita ipse narrat: ut nullũ uerbũ supfluũ in orone ponat. Qui superflua nõ ponit: neq́ etiã necessaria relinquit: sz si inqt breuitas dicẽda est: cũ nullũ uerbũ nisi necessariũ ponit: ea aliqñ uti debemus. Nõ negauerim inqt hac breuitate esse utẽdũ, sed nõ semp. Nõnunq̃. i. aliquando: duobus uidelicet tẽporibus: aut cũ res nota fuerit auditoribus: aut nulla narratione indigeat cũ narranti parũ commoda uideat. Sed sæpe: uel quia cũ breuior fuerit, obscurã faciet orationé: uel q etiã ea quæ in oratione esse debet iucũditas ad persuadendũ accõmodata: in tanta breuitate orator eã consequi nõ poterit: quia cum breuitati studet orator obscurior efficit. Illa: & uult ostendere per exẽplũ nõ semp utendum esse oratori hac breuitate oronis: ut nullũ uerbũ nisi necessariũ ponat. Nam & poeta optimus Teren. narratiõem facit: nõ tãta breuitate circũscriptam: sed aliqñ prolixioré: utpote qui studebat etiã uenustati oronis. Sosia: qui est apud Terẽtiũ. In illa. s. narratiõe.

Vultus. s. puellæ: quaz amabat Pamphilus.

Sororis: quæ credita est falso soror Chrysidis. Iucũde: qa uarietas affert iucũditaté: & iõ recte dixit: quia unũ sequitur ex altero. Nã uarietate personarũ, iucũditas quædã reddit, quæ satietaté fugat. Percũctatio. s. Sosiæ, q interrogat heruz suũ: & interrogatione facit orationé minime molestã: sed potius iucũdã.

Peruarie. s. locutione personarũ. Iucunde: uarietate sermonũ. Quod si: pbat hoc loco Cicero id qđ dixit. s. Terẽtiũ: nõ studuisse breuitati. Effertur: qđ est ꝓprie funeris. Imus: ꝓsequimur ad sepulchrũ: ubi sepeliẽda erat.

Totũ. s. pficere oronem uniuersam. Quãquã: in hac parte effert &c. dixi breuitaté esse:

Articulus sed tamé potius est concisio. i. ornatio uerbi: quæ fit per articulũ. Articulus eni est cũ singula uerba interuallis distinguunt cõcisa oratiõe: & huiusmodi articuli: quã cõcisioné appellat. Concisum: ut summati cõprehendi posit. Quod adhuc magis cõfirmat: nõ magis uenustati q̃ breuitati seruit. Nam si breuitati seruiet: breuius dicere potuisset: uidelicet in ignez posita est. Ex hoc intelligi potuerant omnia supiora. s. Effertur, Imus, ad sepulchrum &c. Ergo cũ breuius dicere potuisset: apparet eũ non tam breuitati studuisse q̃ uenustati. Distĩcta personis. s. Simone & Sosia. Interpuncta sermonibus. i. interlocutione constituta: & sermonũ uarietate. Et est probabilius: pterea etiã alia ratio est: quia probabilius narratur: cũ nõ solũ aliquid gestũ esse dicas: sed etiã quemadmodũ gestũ sit exponas: nã si poeta dixisset in igné posita est non fecisset rem ꝓbabilem. Est ꝓbabilius. i. magis ꝓbabile erit si narrabis: ut nõ solũ gestũ esse dicas: sed etiam quẽadmodũ gestum sit exponas. Ex quo apparet uerũ esse qđ Hora. dixit: Vincit Terẽtius arte. Quod gestũ esse dicas. s. in igné posita est. Quẽadmodũ actũ sit: ut Effert, imus, ad sepulchrũ uenimus. Et multo apertius ad intelligendũ: nũc rõné reddit: cur eiusmodi faciẽda sit narratio in causis: q si longior fuerit: multo aptioré cãm faciet. Si sic constituitur. s. narratio interpositione personarũ. Ista breuitate sermonis: ut factũ est a Teré. Pulchra differẽtia inter constituere, & percurrere. cõstituere eni est diligenter aliquid cõponere: pcurrere auté est aliquid uel negligẽtius uel

Cõstituere cursim pertrãsire. Percurritur. i. celeriter pertransit. Ergo, si ut constitui, narratio erit apta: ualet ad claritaté

Percurrere ipsius. Aperta auté debet esse narratio nõ minus q̃ cæteræ partes orationis: & nõ parũ poterit cõferre: si eã apertius cõposuerimus. Apertã. i. dilucidã eẽ narrationé. Dixi nõ minus: sed fortasse etiã magis: quod multis rõnibus ꝓbabit. Nam ea quæ dicunt in narratione possunt plus obscuritatis habere: q̃ ea quę in confirmatione: & ubi difficultas maior est in re declaranda: ibi etiam multo plus diligentiæ est adhibendum.

D.ficilius:

quod & difficilius est:non esse obscurum in re narranda:q̃ aut in principio:aut in argumento:aut in purgando:aut perorando.Et maiore etiam periculo hæc pars orationis obscura est:q̃ cæteræ:uel quia si quo alio in loco est dictum quid obscurius:tantum id perit: quod ita dictum est: narratio obscura totam obcæcat orationem:uel ꝙ alia possis:semel si obscurius dixeris:dicere alio loco planius:narrationis unus est in causa locus.Erit auté perspicua narratio:si uerbis usitatis:si ordine temporum conseruato:si non interrupte narrabitur: sed quando utendum sit:aut nõ sit narratiõe id est consilii.neq; enim si nota res est:nec si non dubiũ sit:quid gestum sit narrari oportet:nec si aduersarius narrauit:nisi si refellem⁹.Ac si quã do erit narrandum:ne illa:quæ suspitioné:& crimen efficiét: contraq; nos erũt acriter persequamur: & quicqd poterit:detrahamus:ne illud:qđ Crassus siquãdo fiat perfidia nõ stultitia fieri putat:ut causę noceamus:accidat.Nã ad summam totius causæ ptinet caute:an cõtra demõstrata res sit:ꝙ omnis orõnis reliquæ fons é narratio. Sequitur:ut cã ponatur:

Difficilius:hic dicit principia: & argumenta facilius intelliguntur: q̃ narratio. Ergo quia illa facilius intelliguntur q̃ hæc. Debemus prius studii ac diligentiæ in narratione ponere:quæ non tam facile intelligitur. In argumento:scilicet confirmando. In purgando:confutando obiecta ab aduersariis:scilicet in confutatione. In perorando:idest in concludendo. Hæc pars orationis:aliam ratiõem adducit:quia si narratio intellecta non fuerit:non poterunt facile reliqua intelligi. Vel:quia si in principio aliquam sententiam dixeris obscurius tantúmodo ei paru obest.Rursus si in argumento aliquã parté dixeris obscurius:illa pars tantũmodo non erit intellecta. At si narrationé obscurá feceris:non illa pars tantũmodo: sed ne reliqua quidem oratio poterit intelligi. Vel pro etiam.i.maiori etiam cum periculo narratio obcæcat:ita ut intelligi non possit. Planius:apertius. Quod alia:quæ pertinent ad principium. Quo loco:aut in principio:aut in argumento. Perit.i.tantummodo non intelligiť. Narratio:sed narratio obscura nõ sibi tantũ nocet:sed etiaʒ uniuersæ causæ. Alia ratio est cur periculosius sit obscuram facere narrationem:quia si uel in principio:uel in argumento non satis planum dixeris:poteris redire & repetere:& id planius dicere. At nõ ita in narratione fieri debet.Nam ubi semel narraueris causam non tibi licebit rursus ad causam redire. Dixeris:scilicet aliqua quæ pertinent ad principium:uel ad argumentum planius:ut intelligatur quod antea minus cognitum fuerit. Erit autem perspicua:quandoquidem inquit tantum commodi affert narratio breuis,atq; dilucida:tãtumq; incommodi obscura uideamus:quibus modis perspicua possit esse narratio. Perspicua:dilucida.& idem dicit hoc loco:quod in arte noua:sed aliis uerbis. Vsitatis:nequid noue dicamus. Ordine temporum:consiliũ ut res exponãtur:ut gestæ fuerint:aut ut fieri potuisse uideantur. Si non interrumpatur.i.si non ad aliam rem trãsferamus.Sed quando sit utendum aut nõ.Nũc tangit tria tẽpora esse,quibus narratiõe uti non est opus:uel si res ipsa per se clara fuerit & aperta iudicibus:aut cum facilis sit intellectu:uel cum ipsa nobis narratio obesse possit.Et docet quid facere debet orator:cum narratio nocere nobis uidebitur. Debemus enim narrationis partem carptim narrare:& narrando diluere:cum partem unam rei proposuerimus:illam diluerimus,& similiter aliam. Nota:cũ iudicibus,uel auditoribus nota erit res de qua agitur:non eni tũc opus erit narratione. Nec si aduersariis:quia partim diluendo refellemus:quod ab aduersario nobis obiectum fuerit. Ac si quando:more suo postq̃ docuit qd faciendũ:docet quid faciendum nõ sit.Neq; enim satis est bona sequi:nisi mala etiã aufugeris. Si quãdo erit narrandũ:idest si aliquãdo narratiõe opus erit. Noceamus.i. detrimenti aliquid afferamus. Et qcqđ.i.suspitiosum,criminosum,& cõtrariũ nobis. Ne illud:id de quo superius dicit:uidelicet cum Antonius dixit:non solum solere quæ in causis utilia essent:sed etiam ea uitare: quæ nocitura essent.Et Crassus ei respondit:non sibi magni oratoris uideri:non tam qui ea uitaret,quæ necessaria essent:q̃ qui diceret,quæ utilia forent. Perfidia:quia perfidi esse dicebat oratoris:qui id faceret. Nam caute: quia a narratione unius inquit causa dependet:ergo si narratio aut caute:aut temere tractata fuerit:uniuersæ causæ aut prodesse:aut obesse poterimus.Prodesse:si caute.Obesse:si temere. Contra:scilicet nõ caute:sed temere. Quod omnis reliquæ:& quãobrem dicit pertinere ad uniuersam causam:qualis fuerit narratio,aut temere,aut caute dicta:quia narratio est fons & origo quædam totius orationis. SEQuitur ut causa: hæc est secunda pars huius capitis:in qua docetur quomodo sit partienda & confirmanda cã. Et partitio causæ bene subiungiť narrationi:quia prima pars orõnis est exordium:scđa narratio:tertia diuisio est.Ergo narratiõe perorata sequiť:ut de partienda causa.i.de diuisione dicat. Fons:origo:qa ex narratione oĩa cõfirmandæ causæ argumẽta sumunť. Vt causa ponať:cõfirmãdi cã.Positio causæ est quã diuisioné appellant. Ponatur:distinguatur scđm eos,qui quadripartitaʒ esse noluerunt confirmationé:quia distributio in duas partes diuiditur. Prima pars est quid nobis cõueniat cum aduersariis.Alia est distributio quæ diuiditur in enumerationé;& expositioné.Enumeratio est cum numero dicimus:quod de rebus dicturi sumus.Causa autem non oportet nisi tribus partibus contineri.Expositio cum exponimus quibus de rebus acturi sumus.Per expositionem eniʒ nõ modo causam nostram diuidimus:sed simul etiam demõstramus:quibus de rebus in tota causa dictuti sum⁹. Ergo cum dicit ponatur causa:significat per distributionem:aut numerando:aut exponendo.

Distributionis partes duæ

in quo uidendum est:quid in controuersiam ueniat:tunc suggerenda sunt firmamenta causæ coniunctæ:& infirmandis contrariis: & tuis cōfirmādis.Namq; una in causis ratio quædā est eius orationis:quæ ad probandum argumentationem ualet:ea autem & confirmationem & reprehensionē quærit.sed quia neq; reprehendi:quę contra dicūtur:possunt:nisi tua confirmes : neq; hæc confirmari:nisi illa reprehendas:iccirco hæc natura : & utilitate:& tractatione coniuncta sunt.Omnia autem concludenda plerunq; rebus augēdis: uel inflammando iudice: uel mitigando : omniaq; cum superioribus orationis locis. tum maxime extremo:ad mentes iudicum q̄ maxime permouendas: & ad utilitatem nostram uocandas : conferenda sunt. Neq; sane iam causa uidetur esse: cur secernamus ea præcepta : quæ de suasionibus tradenda sunt:aut laudationibus.sunt enim pleraq; communia:sed tamen suadere aliquid : aut dissuadere: grauissimæ mihi personæ esse uidetur. Nam & sapientis est consilium explicare suum de maximis rebus:& honesti:& diserti:ut mente prouidere:auctoritate probare:oratione persuadere possit : atque hæc in senatu minore apparatu agenda sunt:

sine ambiguo uerbo: aut sermone: nõ nimis longa continuatione uerborum: nõ ualde productis iis: quæ similitudinis causa ex aliis reb⁹ transferuntur: nõ discerptis sentẽtiis: nõ pręposteris temporibus: non confusis personis: nõ perturbato ordine. quid multa? tam facilis est tota res: ut mihi permirum sæpe uideatur: cũ difficilius intelligatur quid patronus uelit dicere: q̃ si ipse ille: qui patronũ adhibet: de re sua diceret. Isti enim: qui ad nos causas deferunt: ita nos plerunque ipsi docent: ut non desideres planius dici. Easdem res autẽ simulat Fufius: aut uester æqualis Põpõius agere cœpit: nõ æque quid dicant: nisi admodũ attendi: intelligo. ita cõfusa est oratio: ita perturbata: nihil ut sit primum: nihil ut secundum: tãtaq; insolentia: ac turba uerborum: ut oratio: quæ lumen adhibere rebus debet: ea obscuritatem: & tenebras afferat: atq; ut quodã modo ipsi sibi in dicendo obstrepere uideantur. Verum si placet: quoniam hæc satis spero nobis quidem: certe maioribus molesta: & putida uideri: ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus. Atqui uides inquit Antonius: cum alias res agamus: q̃ te inuiti audiamus: qui adduci possumus: de me enim coniicio: relictis ut rebus omnibus: te sectemur: te audiamus: ita de horridis rebus nitida: de ieiunis plena: de peruulgatis noua quędam est oratio tua. Faciles enim inquit Antoni partes eæ fuerũt duæ: quas modo percucurri: uel potius pene præterii: latine loquendi: planeque dicendi: reliquę sunt magnæ: implicatæ: uariæ: graues: quibus omnis admiratio ingenii: omnis laus eloquentiæ continetur. Nemo enim unquam est oratorem: q latine loqueretur: admiratus: si est aliter: irrident: neque eum oratorem tantummodo: sed hominem non putant. nemo extulit eum uerbis: qui ita dixisset: ut qui adessent intelligerent: quid diceret: sed contempsit eum: qui minus id facere potuisset. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem Deum (ut ita dicam) inter homines putant? qui distincte: qui explicate: qui abundãter: qui illuminate: & rebus & uerbis dicunt: & in ipsa oratione quasi quendam numerum: uersumq; conficiunt: id est quod dico ornate: qui id quidem ita moderantur: ut rerum: ut personarum dignitates ferunt: ii sunt in eo genere laudandi laudis: quod ego aptũ esse:

Sine ãbiguo uerbo: ut si dicas: Cõuersa acie hostẽ inuadit: an gladii, an oculorum, an militũ. Sermõe: ut si dicas: Dñz accepimus irarũ occidisse seruũ. Cõtinuatiõe uerboꝝ: p hyperbatos: q̃ est uerboꝝ series ad finẽ usq; pducta: ut Interea reges igenti mole Latinus. Nõ ualde pductis. i. nõ longis metaphoris. Non discerptis sententiis. i. nõ cõfusis ne discerni possit altera ab altera. Tẽporibus: ut qd gestum fit hodie: pridie: uel nudiustertius: gestũ fuisse dicat. Personis: ut qd huius est, illi nõ attribuat. Ordine: ut suo q̃q; loco dicat: & narret. Isti. n. uere inq̃ patroni plerũq; obscurius dicũt q̃ cliẽtes. Fusius, Põponius: uterq; causidicus erat. Attendi. i. nõ intelligo inq̃t quid dicant nisi diligentius attendã. Cõfusa: uerbis. Perturbata: ordine. Nihil ut primum: ut orationis ordinẽ percipere nõ possis. Insolẽtia: desuetudo. Turba: colluuio, turbatio.

Obstrepere: idest strepitu auribus officere. Molesta: grauia. Odiosiora: fastidiosiora. Putida: nõ placida. Putidũ (ut No. Mar. placet) dicit sensibus, auribusq; improbatũ. At qui: tu quidẽ molesta hęc tibi dicis uideri, ego contra. Sectemur: audiamus. Alias res agamus: idest aliter sentiamus. Nitida: lenis, placida, & æqua. Ieiunis: rem licet tenuem, tu tamen plene tractas. Faciles inquit Antoni: hactenus de elegãtia & de cõpositiõe nõnihil disputauit: nunc de cõpositione, & de dignitate incipit. Et primum q utraq; est elocutiõis pars difficilior. Nam dignitas uarietate distinguit orõnẽ: exornationib⁹ uerboꝝ, ac sñiaꝝ ppoliẽs. Cõpositio aũt aures, q̃dã q̃si modulatiõe demulcet: & cũ eas cõparatiõe extollit, facit attẽtos. Faciles. n. q͞a de reb⁹ facilibus dixit: pbot uobis: ac si de his dixi nõ ita pbabor Putidum

Partes duæ: latine loquẽdi, & plane dicẽdi. Magnæ: q̃titate. Implicitæ: dissimilitudine. Variæ: diuersitate. Graues: difficultate.

Aliter: si nõ latinus. Neq; oratorẽ: illd ad latinitatẽ spectat: hoc ad explanationez. Qui ita dixisset. i. ita dicere: ut a p̃ntib⁹ itelligat.

Exhorrescũt: cõtremiscũt. Quitil. Oratorez ait ita dicere: ut nõ loq, sed tõare uideat. Exclamãt: plaudẽtes. Distiñcte: ornate, & uarie, ne satient auditores. Explicate: expsse: ut itelligat. Abũdãter: plene, copiose. Illuiate: dilucide, illustrate: q uariant, exprimũt: copiose tractãt, & illustrãt orõnẽ. nã exornatiões uerboꝝ & sñiaꝝ sũt q̃dã q̃si lumia. Nũeꝝ, uersũq;: qd ẽ cõpositiõis. Numeꝝ: p q̃titate sylabaꝝ. Versũ: p ipsoꝝ pedũ cõiũctiõe: ex quibus uersus cõsistit. Id: uidelz cõficere clausulã q̃si uersũ. Moderant: p dignitate reꝝ & psonaꝝ in illis character cõsideratur: in his .i. decoꝝ: q͞a si res humilẽ stilũ expostulat, humilẽ orationẽ adhibẽt. Si mediocrẽ orationis characterem desiderat, mediocrẽ orationem accõmodant. Si grandẽ: grandẽ. Similiter de psona si loquitur dominus: uerba cõgrua dño: ponũt. Si seruo: humilia & seruilia uerba. Aptũ: ad dignitatẽ rerum.

&congruens nomino:qui ita dicerent:eos negauit adhuc se uidisse Antonius: & iis hoc nomen dixit eloquentiæ solis esse tribuendum. Quare omnes istos me auctore deridete:atq; contemnite: qui se horum:qui nunc ita appellantur: rhetorũ præceptis omnem oratorum uim complexos esse arbitrant: neq; adhuc quã personam teneant:aut quid profiteantur:intelligere potuerunt. Verum enim oratori quæ sunt in hominum uita: quãdoquidem in ea uersatur orator:atq; ea est ei subiecta materies: oĩa quæsita: audita: lecta: disputata: tractata: agitata esse debent. Est enim eloquẽtia una quædam de summis uirtutibus:quãquam sunt omnes uirtutes æq̃les:& pares:sed tñ est species alia magis alia formosa:& illustris:sicut hæc uis quæ scientiam complexa rerum:sensa mentis:& consilia sic uerbis explicat:ut eos:qui audiant:quocũq; incubuerit possit impellere:quæ quo maior est uis:hoc est magis probitate iungenda:summaq; prudentia: quarum uirtutum expertibus:si dicendi copiam tradiderimus:non eos quidem oratores effecerimus:sed furentibus quædam arma dederimus. Hanc inquam cogitandi: pronunciandíque rationem: uimque dicendi ueteres Græci sapientiam nominabant. Hic illi Lycurgi:hinc Pittaci:hinc Solones:atque ab hac similitudine Corruncani nostri: Fabritii

Cõgruens:ad dignitatẽ personarũ. Nam ille apte dicit:qui seruat dignitatẽ rerũ.ille congrue:qui seruat dignitatẽ psonarum. Nomino:p nominarem. Ita dicerẽt.s.de dignitate orationis. Solis:qui hæc omnia cõsequi possent eos negauit:scilicet Antonius in eo libro,quem de diserto & eloquente conscripsit. Negauit:ut supra uidistis audisse neminem hæc duo consecutum eẽ:uidelicet ut & apte & cõgrue diceret:ergo nemo eloquens fuit. Rhetorum:græce dixit oratorũ. Quã personã teneãt.i.nesciũt qd sit orator,cuius induunt personam. Quæ sunt in uita hoĩum.i.quæ in uita hoĩum gerunt:aut quæ ppria sunt hominis. In ea uersatur s. actiua,non contemplatiua. Ea est subiecta: idest quæ agibilis est. Quæsita:idest inuestigata. Audita:uel a maioribus,uel a peritis. Lecta:monumentis antiquorum. Disputata:examinata diligenter. Tractata: exercitata. Agitata:excogitata. Est enim eloquentia:hic rationem Crassus affert: quare dicendi artem existimet maiorem quandã esse sciẽtiam. De summis: idest excellentibus. Aeq̃les,& pares:omnes enim uirtutes honestæ & laudabiles ideo æquales:& ipsæ per se sunt expetendæ:ideo æquales,& pares. Sed tamen est species alia:ut fortitudinis,& iustitiæ: alia sunt officia,q̃ prudentiæ: & sic de cæteris.

Formosa,& illustris:quia quæ pluribus prosunt,& rarius contingunt,splendorem quendam & speciem præ se ferre uidentur. Quæ scientiam complexa:in proposito perstat: ut dicat eloquentiam quandam quasi materiã esse:& omnes disciplinas quasi partes eius.

Sensa:sentẽtias,quod est sapientiæ. Consilia:prudentiæ. Quia,sicut paulopost dicetur, differentia est inter sapientiam & prudentiã. Incubuerit:institerit. Quocunq;:idest quacunq; de re dixerit. Quæ quo:ecce quomodo sensim huc processit Crassus: ut probaret eloquentiæ iunctam esse probitatem: atque prudentiam. Quarum:probitatis,atq; prudentiæ. Nam si,inquit,ab oratore prudentiã cum sapientia separaueris: non solum non erit orator dicendus:sed etiam furiosus appellandus. Vt enim inquit:Si furenti gladium dederis,periculosum est,ne facinus aliquod cõmittat & scelus:ita etiam si homini improbo, & imperito eloquentiam tradideris: magnã facultatem habebit nocendi quibuscunq; uoluerit.igitur dicemus hominem eloquentem sine prudentia nihil aliud esse q̃ furiosum quempiam armatum. Nam ut homo armatus & furiosus nisi nocere potest:ita etiam homo cum eloquentia sine prudentia,& sapiẽtia. Cogitandi:ad inuentionem. Vim:ad elocutionem,disputationem,siue iudicium:ubi uis omnis dicendi consistit. Veteres Græci:qui hanc facultatem dixerunt appellatam esse prudentiam:nunc eandem dicit a ueteribus appellatam fuisse sapientiam:nam uirtus est habitus animi in naturæ modum, rationiq; consentaneus. Hanc Plato dicit arte confici:nunc etiam cum hominibus nasci: nunc exercitatione fieri: nunc a Diis immortalibus dari:per sapiẽtiã quidem intelligimus,& scimus:per prudentiam consulimus,uel prouidemus. Illa est igitur earum rerum:in quibus falli non possumus. hæc earum:in quibus sæpe fallimur. Inquam cogitandi:tres partes theoricæ facultatis tetigit:scilicet inuentionem,elocutionem,& pronunciatiõem. Cogitandi:signant inuentionem. Pronunciandi:pronunciationem. Viq; dicendi:signant elocutionem:in qua

Lycurgus uis maxima dicendi consistit. Hinc:ab hac sapientia. Lycurgi:idest Lycurgo similes. Lycurgus legislator fuit Lacedæmonius. Et nota q plurali numero ideo dixit:ut intelligas non solum eos:qui nominati fuerunt:

Pittacus sed omnes sapientes. Pittaci:similes Pittaco. Hic enim fuit unus ex septem sapientibus:qui rempubl. constituit Mytilenorum. uixit autem temporibus Crœsi Lydorum regis. Solones:Solon leges tulit Atheniensi-

Solon bus.ut tradit Aristote.ii.Poli. Fuit autem Salaminius,claruitq; Athenis Tarquinio prisco Romæ regnante.

Similitudine:scilicet græcorum. Corrũcani:hic Corruncanus uir sanctissimus fuit:& primus de plebe pon-

Corruncanus tifex maximus factus est:deinde princeps senatus. Fabritii:Fabritius fidelissimus fuit:ad quem cum uenisset Pyrrhi medicus Cyneas: ut pro ueneno dando Pyrrho pecuniam acciperet: non modo non pecunias dedit:

Fabritius sed etiam a conspectu suo auertit:& literas Pyrrho dedit:quibus signabat:ut sibi a domesticis præcaueret.

Catones:Scipiones:fuerunt:non tam fortasse doctí:sed impetu mentis simili & uoluntate. Eadem autem alii prudentia:sed consilio ad uitæ studia dispari:quietem:atq; otium secuti:ut Pythagoras: Democritus:Anaxagoras: a regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerũt: quæ uita propter tranquillitatem:& propter ipsius scientiæ suauitatẽ: qua nihil est hominibus iucundius: plures q̃ utile fuit rebus publicis:delectauit. Itaq; ut ei studiose excellentissimis ingeniis homines dediderunt:ex ea summa facultate uacui:ac liberi temporis:multo plura:q̃ erat necesse:doctissimi homines ocio nimio:& ingeniis uberrimis affluentes curanda sibi esse:ac quærenda & inuestiganda duxerunt. Nam uetus quidem illa doctrina eadem uidetur:& recte faciendi:& bene dicendi magistra: neque disiuncti doctores:sed iidem erant uiuẽdi præceptores:atq; dicẽdi:ut ille apud Homerum Phœnix:qui se a Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum:ut illum efficeret oratorem uerborum:actoremq; rerum. Sed ut homines labore assiduo:& quotidiano assueti:cum tempestatis causa opere prohibentur:ad pilam se: aut ad talos:aut ad tesseras conferunt:aut etiam nouũ sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum ; sic illi a negociis publicis:tãquam ab opere:aut temporibus exclusi:aut uolũtate sua feriati totos se alii ad poetas:alii ad geometras:alii ad musicos contulerunt: alii etiam:ut dialectici:nouum sibi ipsi studium:ludũq; pepererunt ; atq; in his artibus ; quæ repertæ sunt:ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur:atq; uirtutem:omne tempus:atq; ætates suas consumpserunt. Sed q erant quidam:iiq; multi: qui aut in republi. propter ancipitem:quæ non potest esse seiuncta:faciendi:dicendiq; sapientiam florerent:ut Themistocles:ut Pericles:ut Theramenes:aut qui minus ipsi in republi. uersarentur: sed ut huius tamen eiusdem sapientiæ doctores essent: ut Gorgias:Thrasimachus:Isocrates:inuenti sunt: qui cum ipsi doctrina:& ingeniis abundarent:a re aũt ciuili:& a negociis aĩ quodam iudicio abhorrerẽt:hãc dicendi exercitationẽ exagitarẽt:atq; cõtẽnerent:quorũ princeps Socrates fuit is:qui oĩum eruditorum testimonio:totiusq; iudicio Græciæ: cũ prudẽtia & acumine & uenustate & subtilitate:

Catones:maior & minor. Maior celeberrimus orator:minor cõtinẽtissimus stoic⁹ & rigidus. Scipiões:quorũ alter Carthaginẽ po. Ro. tributariá fecit: alter uero oẽm deleuit. Catones Scipiones

Impetu:cupiditate mẽtis ferebanť ad sapiẽtiá:sicut Græci. Sed cõsilio: q̃a illi nõ solũ bene dicere:sed ẽt bñ facere studuerũt. Regendis ciuitatib⁹:p politicá. Ad cognitionẽ rerũ:p physicá. Tráquillitatẽ:pcul a tumultu populi. Iucũdius:oẽs eni natura scire desiderãt. Pluris:q̃a illi suo studio delectati respu. deseruerũt. Itaq;:cũ se p̃hiæ dedissent:alii in dimetiẽdo orbis terrarũ spatio occupati: alii ĩ cæli ãbitu cõphẽdẽdo:nõnulli in numerádis sydetib⁹,& cursib⁹ eorũ pcipiẽdis:parũ ne nihil dicá hoib⁹ pfuerũt. Excellẽtissimis ingeniis:primus fuit Socrates:q p̃hiã ad bñ uiuẽdi rõnem retulit. Facultate:possibilitate cognoscẽdi. Vacui:otiosi. Liberi tpis:q̃a ĩ regẽda rep. occupati erãt:uniuersũ tps ĩ sua ptãte hẽbãt. Quá erat necesse. s. utilitati hoĩuz. Quid eni utilitatis hoibus afferebat orbẽ terrarũ metiri:ambitũ cæli cõphẽdere:stellas numerare:& cursus earũ p̃noscere. Otio: pp facultatẽ uacui, liberiq; tpis. Ingeniis uberrimis: supra excellẽtissimis. Affluẽtes: abundátes.

Quærẽda:inuestiganda. Ná uetus illa qdẽ duo hæc studia uult eẽ cõiũcta bñ dicẽdi. s. ac bñ faciẽdi:q̃ a Socrate p̃hoɽ pricipe disiũcta sũt. Neq; disiũcti doctores:ergo idẽ p̃ceptor erat & bñ dicẽdi:& bene faciendi:ut Phœnix Achilli datus ẽ a Peleo patre. Sed ut hoies: hic cãm docet cur hæc studia disiũcta fuerit a p̃hĩs:q̃ naturalr cõiũcta eẽ dẽant. Tẽporib⁹. s. turbulẽtis. Feriati:ab opa remoti. Ná feriæ dies festi dicebanť a feriẽdis uictimis. Dialectici:quorũ ars duplex ẽ:ut ĩ supioribus dictũ est inueniẽdi. s. & iudicádi. Studiũ:ad seipsos. Feriæ

Ludũ:ad puerorũ disciplinã. His artib⁹. s. grãmatica, rhetorica, dialectica, musica, arithmetica, geometria, & astrologia. Hũanitatẽ:ad eruditionẽ artiũ liberaliũ:ná iõ hũanitatis studia dictæ sunt artes liberales: eo q ad hoies tm̃ mõ ptinẽt. Sed q erãt:sensus est:q erãt nõnulli,q in rep. bñ facerẽt gerẽda : aliq p̃hi a pcipiẽda p̃sisterẽt:ausi sunt duo hæc studia seiũgere. Ancipitẽ:duplicẽ. Quæ non põt esse seiũcta:siqdem pfecta sit:sicut sine cõsilio bene dicere, ita sine eloquentia bene facere non possumus. Themistocles, Theramenes:hi principes Athenienses fuerunt : qui in republi. administratione floruerunt: ut supra diximus. Et hic qdẽ consilio suo triginta tyránnos expurgauit. Themistocles uero Xerxez cũ magno exercitu uicit. Huius tñ eiusdẽ. i. q̃ nõ põt eẽ sepata. Gorgias, Thrasimachus: q suis studiis delectati respu. contempserunt.

Qui cũ doctrina. i. quáuis utriusq; cõsequẽdi facultatẽ haberẽt, si modo uoluissent. Doctrina & ingeniis:ut utrũq; cõseq̃ potuerunt. Iudicio aĩ:ut Plato ait:Nec parẽti, nec patriæ uim afferri oportere. Exagitarent: p̃seq̃rent. Cõtẽnerẽt:q sibi facillima uiderent. Quorũ:hoĩum exagitátium dicẽdi exercitationẽ. Prudẽtia:cõsulẽdi. Acumine:intelligẽdi. Venustate:dignitatis. Subtilitate:disputationis.

Eloquentia:ornatu rerum & uerborum. Is q hęc:hic plane Socratem dicit bene dicendi scientiam sepasse a studio bene faciendi. Hæc:quæ sunt oratoris:bene dicere.s.bñq; sentire. Tractarẽt:secum. Agerent:in foro. Docerẽt:in scholis. Exercitatio phia noiaretur:unde qui hæc exercẽt phi appellantur. Sapiẽterq; sentiendi:qđ est intelligentiæ. Dicere:eloquentiæ. Ornate dicendi:qđ est oratoris. Nullã: quia Socrates nihil scripsit:qđ quidẽ extet. Hinc:ex hac Socratis seiunctione. Linguæ:bene dicendi. Cordis:bene sentiendi. Inutile:qa eloquens psuadebit:qđ nociturum erit. Sapere:rursus intelligentiæ. Dicere:ornatus. Nã cũ essent:uere inq̃ hoc studium iutile:& ppterea rephendendũ. Fere:qa etiã pythagorici fuere nõnulli. Variis:specie. Diuersis:genere: ut homo & bos specie:homo & lapis etiã genere differunt. Sic de philosophia oeconomica, & politica distant specie. Oeconomica & metaphysica etiam genere. In omnem partẽ:quia de omnibus phiæ partibus tractauit. Dissentientes:sensu. Disiunctæ: moribus. Dispares:ratiõibus disputandi. Alter: Aristoteles. Alter:Xenocrates. Antisthene:nã

Antisthenes

Antisthenes Atheniensis in initio Gorgiã audiuit:deinde Socrati se addixit:multa scripsit. Patientiã & duritiam:q sunt æthices phiæ: Patientia in ferendis laboribus & iniuriis. Duritia constantia in bene sciendo. Cynici primũ:quorum sectæ priceps fuit Antisthenes. Hi phiam naturalem & rõnalem tollebant: soliq; morali initebantur. Placebat eis finem esse secundum uirtutẽ uiuere: sed abiiciebãt nobilitatem, ac diuitias. Voluptariæ disputationes:qa de uoluptate etiam Socrates non nulla disputatus est apud Xenophõtem uidere in Apologia. Deinde stoici:ii originem a Zenone Citiensi traxerũt. Tum ab Aristippo:

Aristippus

Aristippus Cyreneus fuit & Socratis discipulus. Is primus Socraticorum phiam deduxit in quęstum. Contra hunc scripsit Plato in uoluptatem: cuius ille erat assertor. Voluptate omnia diffiniunt:omnia ad uoluptatẽ referentes quasi finem. Verecundius: ut dignitatem philosophicam tueretur, q̃ uoluptati permisceret. Fuerunt etiam alia: superius dixit diuersa phorum genera ab uno manasse Socrate philosophorum pricipe. Et ideo quãuis diuersas hæreses sequerentur:tñ se Socraticos appellari uolebãt:& de Epicureis quidẽ dixit:nũc de Eretricis. Horum Menedemus

Menedemus

princeps fuit:hic interrogatiũculis huiusmodi cõpellare solebat:alterum est q̃ alterum. alterũ aũt est pdesse q̃ bonum:nõ igitur pdesse bonũ est. Tollebat & ploquia negantia: affirmantia aũt ponebat:ut nõ est turpe:ergo honestum. non uitiũ:ergo uirtus. Ex his maxie pbans q simplicia sunt: q̃ simplicia non sunt auferebat:ut iniustus:impius:ex quo apparet uoluisse media non esse:non ponebat ea q media dicuntur. Fuit autem Eretriensis, Phædonis cuiusdam nobilis filius, cõcedẽs ad Platonẽ militiã deseruit. Megaricorũ:eorum Euclides primus nomi-

Euclides

natur:qui bonum unum multis nominibus celebre diffiniuit. Aliquando enim hoc dici prudentiam:aliquando uirtuẽ Deum:aliasq; mentem appellari:& cætera huiusmodi:q bono aduersa uiderenẽ:sustulit ea nec eẽ qdem dicens:negabat qcq̃ aut turpe:aut honestũ:iustũ uel iniustũ. Cæterũ lege:aut cõsuetudine cuncta hois facere. Neq; enim qcq̃ istud potius q̃ illud. Pyrrhoneorũ, Erilliorũ:hi, quia ab Aristotele:& Theophrasto audiuerã uerũ sciẽtiã magnopẽ laudari:ideo in ea summũ cõstituerũt. Vi:uirtute phiæ. Fracta:ui argumentorum. Extincta:dignitate disputationum. Qui remanent:qui non sunt disputationibus explosi:sed hoc nomine digni putantur. Et si cui uera uidcatur:qa uoluptatẽ summa moderatione laudabãt Epicuri.

tum uero eloquentia:uarietate:copia: quam se cũque in parte dedisset:omnium fuit facile princeps. Is:qui hęc:quæ nos nunc quęrimus:tractarẽt:agerent:docerent:cum nomine appellarentur uno: q omnis rerum optimarum cognitio:atq; in iis exercitatio philosophia nominaretur:hoc cõmune nomen eripuit:sapienterq; sentiendi:& ornate dicendi scientiam re cohærentes:disputationibus suis separauit:cuius ingenium:uariosq; sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit:cum ipse literã Socrates nullam reliquisset. Hinc discidium illud extitit quasi linguę:atq; cordis:absurdum sane:& inutile:& reprehendendum:ut alii nos sapere:alii docerent. Nam cum essent plures orti fere a Socrate:q ex illius uariis:& diuersis:& in omnẽ partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat:pseminatæ sunt:quasi familiæ dissentientes inter se:& multum disiũctæ:& dispares:cum tamẽ omnes se philosophi:Socraticos & dici uellent:& esse arbitrarentur. Ac primo ab ipso Platone Aristoteles:& Xenocrates: quorum alter Peripateticorum:alter Academicorum nomen obtinuit. dein de ab Antisthene:qui patiẽtiam:& duritiam in Socratico sermone maxime adamarat:Cynici primũ: deĩde Stoici:tum ab Aristippo:quẽ illæ magis uoluptariæ disputationes delectarãt:cyrenaica phia manauit:quã ille & eius posteri simplr defenderãt. iiq nũc uoluptate oĩa metiunẽ:dũ uerecundius id agũt:nec dignitati satisfaciũt:quã nõ aspnanẽ:nec uoluptatẽ tuenẽ:quã amplexari uolunt. Fuerũt ẽt alia gñã phorũ:q se oẽs fere Socraticos eẽ dicebãt: Eretricorũ:Erilliorũ:Megaricorũ:Pyrrhõeorũ:sed ea horũ ui:& disputationibus sunt iam diu fracta: & extĩcta. Ex illis aũt q remanent:ea phia:quæ suscepit patrociniũ uoluptatis;& si cui uera uideaẽ:

Ab eo

Ab eo uiro.s.oratore. Sentẽtiæ:itelligẽtiæ. Eloquẽtiæ.s.orõnis:qui duo cõiũcta esse uult. Phiæ:quam Epicurei sequũtur. Inde:a uolupratibus suis. Aggredi:niti. Hortulis:amœnis locis. Molliter:sub umbra. ut Mollesq; sub arbore somni. Delicate:exq̃sito apparatu. Illa:phia. Fortasse sapiẽter:hac rõne:q a nec pa rẽs,nec patria cogenda sit. Sed q̃:in quo genere phiæ oratori sit uersandũ. Istos:Epicureos. Sine ulla contumelia:sine ulla eoꝝ iniuria. Boni uiri:uirtutis laudatores,idẽ & amatores. Beati:uoluptate:ut sibi uidentur. Si est uerissimũ.si uerũ esset:tñ occultũ esse deberet. Mysteriũ:græcus sermo:significat arcana quædã sacra:q̃ nisi sacerdoti scire nefas est:huic phiorũ studia eiusmodi cõparat. Optimo cuiq;: ut q̃sq; optimus erit a rep.abstinebit: siq̃dẽ rẽpu gerere stoltũ erit. Nõ poterũt ipsi:a rõne q̃ñ tib⁹ sñiam eoꝝ iprobat. Stoicos aũt hoꝝ nihilominus q̃ Epicureoꝝ dogma oñdit ab oratore alienũ. Irasci nesciũt:laudat opinionẽ eorũ,q cẽsent ægritudinẽ i sapientẽ cadere non posse. Eloquẽtiã uirtutẽ:si uirtus est eloqõẽtia:ergo pro Stoicoꝝ dictis solũ bonũ erit uirtus,ac sapia:hæc illius ps est. Seruos.i.uitiosos cõtra tẽperãtiam:quia si nõ sapiẽtes:ergo stulti:si stolti:quia incontinẽtes:si incontinẽtes flagitiosi:flagitiosi uitiorum serui. Latrones.i.iniustos:q a iustitia carẽt:& ppterea nihil iure:sed oĩa oĩ facientes latrones sunt.

Hostes:unũ pendet ab altero. Insanos:uitiũ cõtra fortitudinẽ est audacia:ex audacia temeritas:ex temeritate insania nascit̃. Valde aũtẽ est:cõcludit,si pro sñia stoicorũ q̃ sapiẽs nõ e:stãdẽ seruus,latro,hostis,isanus. Hũt uero sapiẽtẽ & ipsi nusq̃ fatent̃. nulli ergo resp. cõmitti debet. Accedit:alia rõne pbat nõ eẽ eiusmodi phos oratori accõmodatos:tametsi de Catone id Ci.in Paradoxis nitit̃:q ieiuno quodã & exili orõnis gñe stoicus utit̃:ea sentiẽs:q̃ sũt a uulgi opinione remota:&,ut in superioribus dictũ ẽ,q̃busdã iterrogatiũculis:q̃ si pũctis efficit,qđ ppõsuit. Subtile:disputando. Acutũ:inueniẽdo:intelligendo. Exile:sine orationis flore. Obscurum:quia non dilatat argumentum. Inane:rebus. Ieiunũ:uerbis. Inusitatum:oratori. Abhorrens:a uulgo. Quoad uulgus uti nullo modo possit:quia uulgo nunquã persuadebit diuitias,& honores,nobilitates,& cætera huiusmodi bona non esse. Bona:idest animi cõmoda.

Ignominiæ:quia negant sapientem ignominia affici posse:quia sicut honores bonum:ita ignominiam malum esse negant stoici. Præmii:quia paruam uolunt uirtutem & magnã esse. Eodem modõ de uitiis disserunt:paruã culpam esse:ut magnam:ergo nullam præmii aut pœnæ ratiõi habere possunt. Expedire: probare & absoluere. Nam Chrysippus:qui Solensis:uel,ut alii uoluerunt,Tarcensis:fuit Apollonii filius:Cleantisq; discipulus. Hunc dixit Cicero libro de natu.Deorum natũ ad mundum contemplandum,atq; mirandum. In dialectica uero pcipuos fuit,ut dicerent:si apud Deos in usu esset dialectica:non futurã aliã q̃ Chrysippeam. Et Xenocrates:is Chalcedonius fuit:a primis fere annis Platoni auditor:tardus ingenio:ut cum illum Plato Aristoteli compararet:alteꝝ freno:alteꝝ calcaribus indigere diceret.In academia uixit ut plurimũ:successit i academia Speusippo:scholãq; tenuit.xxv.annis.

Mysterioꝝ

Chrysipp⁹

Xenocrates

procul abest tamen ab eo uiro:quem quærimus:& quem auctorem publici consilii:& regendæ ciuitatis ducem:& sententiæ:atq; eloquentiæ principem in senatu:in populo:in causis publicis esse uolumus.nec ulla tamen ei philosophiæ fiet iniuria a nobis.non enim repelletur inde:quo aggredi cupiet:sed in hortulis quiescet suis:ubi uult:ubi etiã recubans molliter & delicate:nos auocat a rostris:a iudiciis:a curia;fortasse sapienter:ac præsertim a repub. Verum ego non quæro nunc:quæ sit philosophia uerissima:sed quæ oratori coniuncta maxime. Quare istos sine ulla cõtumelia dimittam⁹:sunt enĩ & boni uiri:& quoniã sibi ita uident̃:beati:tãtumq; eos admoneamus:ut illud:etiã si est uerissimũ:tacitum tamẽ tanq̃ mysteriũ teneãt:qđ negant uersari in rep.esse sapiẽtis.Nam si hoc nobis:atq; optimo cuiq; persuaserint:nõ poterunt ipsi eẽ:id qđ maxime cupiunt:otiosi.Stoicos aũt:quos minĩe improbo:dimitto tñ:nec eos iratos uereor:qñ omnino irasci nesciũt:atq; hanc ab iis habeo gratiã:q; soli ex omnibus:eloquẽtiã uirtutẽ:ac sapientiã esse dixerũt.sed utrũq; est in his:q; ab hoc:quẽ instruimus:oratore ualde abhorreat:uel q; omnes:qui sapiẽtes nõ sint:seruos:latrões:hostes:insanos esse dicunt:neq; tamẽ quẽq̃ esse sapientem. Valde autẽ est absurdum ei concionem:aut senatum:aut ullum cœtum hominum committere:cui nemo illorum:qui adsint:sanus:nemo ciuis:nemo liber eẽ uideatur.Accedit:q; orationis etiam genus habẽt fortasse subtile:& certe acutum:sed ut in oratore exile:inusitatum:abhorrens ab auribus uulgi:obscurum:inane:ieiunum:attamen eiusmodi:quo uti ad uulgus nullo modo possit.Alia enim & bona & mala uidentur stoicis:& cæteris ciuibus:uel potius gentibus:alia uis honoris:ignominiæ:præmii:supplicii.uere:an secus:nihil ad hoc tempus:sed:ea si sequamur:nullam unquam rem dicendo expedire possimus.Reliq̃ sunt Peripatetici & Academici:q̃q̃ Academicorum nomen est unũ:sententiæ duæ.Nã Chrysippus sororis Platonis filius:& Xenocrates:q Platonẽ audierat:& q Xenocratem

Polemo: nam cũ semel ebrius (Fuit.n.in adulescentia impudicus) Polemo: & coronatus in scholam Xenocratis irrumperet: ille ꝑtermissa oratione, quã inceperat, de pudicitia dicere cœpit: quo effectum est: ut impudicus adulescens paulatim se colligeret: atq; Xenocrati in schola regenda succederet. Crãtor: qui & ipse Xenocratẽ, audiuit cũ Polemone: audiuit ẽt Platonem. Fuit aũt Solensis: ut Laertius tradidit. Reliqui sunt Peripatetici: nunc Peripateticos oratoribus ostendit accõmodos: itidem & Academicos. Copia fortasse: in hoc fortasse, distat ab Aristotele: quia plus ualuit copia dicendi, q̃ ille. Animi, sensusq;: p sensus animi. endiadis. Sensibus, corporis: uel auditu, uel tactu, uel uiso. Auditu: ad sonum. Tactu: ad duriciem. Viso: ad colores & formas. Aio: nã cogitatione fallimur & intellectu. Sensus: uires corporis. Iudiciũ: intelligentiæ, & cogitationes. Quãq; dixi primum: q̃uis hoc Socrates prius fecerit.

Polemo

Crantor

Sed cõtra: ut siqs hõestũ ꝓponeret, ille cõtra disputabat. Recẽtior Academia: q̃ iunior ẽ q̃ Arcesylę: prim⁹ q cœpit a peripateticis dissẽtire. Celeritate: prõptitudine. Copia: ubertate. Carneades: q hanc Academiã ab Arcesila institutã magnopere auxit. Certissimos: utpote necessitudine deuictos. Affectum senectute: ꝓ confectum senectute. Hæc autẽ: per oẽs philosophos discurrens sensim ad peripateticos & academicos accessit: nõ absonos oratoribus. Id Crassus ab initio intẽdebat: nõ per similitudinem a sapientissimis phis uarias sectas fluxisse dicit: sicut ab Apẽnino fluuios: ex Apennino.n.complura oriuntur flumina: quorum alia in Adriaticum: alia in Tyrrhenum pelagus cadunt. Est autem comparatio satis affectata: & huic loco cõgruens. Iugo: primordio. Diuortia: diuerticula. Superũ mare: Adriaticum: quod est Ionium. Portuosum: portubus abundans: propter frequentes insulas. Oratores autem in inferũ: quia philosophi simplicibus oratoribus sunt digniores: ideo ĩ scopulosum, asperumq; mare deriuasse dicit. Infestum: impacatũ: tempestuosum. In quo: barbaro. s. hoc ea rõne dicit: ut ostẽdat oratores nõ esse a sapiẽtia remotos. Nam Vlysses Gręcorũ, q fuerunt ad Troiam, sapientissimus fuit. Quare: hic omnes constitutiones: constitutionumq; partes breuiter percurrit: & eorum scientiam ostendit minimam quandam & imperfectam esse: nisi cum peripateticorum disciplina iungatur. Qui sciat: coniecturalem innuit constitutionẽ: q ubi de facto quæritur, & coniecturis, uerum q̃ritur. Factum sit an non? aut si id non possis ꝓpter iuridicialẽ absolutã, cum factũ conceditur: sed an iure factum sit quæritur.

Polemo: & Crantor: nihil ab Aristotele: qui una audierat Platonẽ: magnopere dissensit: copia fortasse & uarietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum: qui Polemonem audierat: ex uariis Platonis libris: sermonibusq; Socraticis hoc maxime arripuit: nihil eẽ certi: quod aut sensibus: aut animo percipi possit: quem ferunt eximio quodã usum lepore dicendi: aspernatum esse omne animi: sensusq; iudicium: primumq; instituisse (quãquam id fuit Socraticum maxime) non quid ipse sentiret ostendere: sed contra id: quod quisq; se sentire dixisset: disputare. Hinc hæc recentior Academia emanauit: in qua extitit diuina quadam celeritate ingenii: dicendiq; copia Carneades: cuius ego: & si multos auditores cognoui Athenis: tamẽ auctores certissimos laudare possum: & socerum meum Scęuolam: qui eum Romę audiuit adulescens: & Q. Metellum L.F. familiarem meum clarissimum uirum: qui illum a se adulescente Athenis: iam affectũ senectute: multos dies auditum esse dicebat. Hæc autem: ut ex Apennino fluminum: sic ex communi sapientium iugo sunt doctrinarum facta diuortia: ut philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent: græcum quiddam & portuosum: oratores autem in inferum hoc Thuscum & barbarum: scopulosum: atq; infestum laberentur: in quo etiam ipse Vlysses errasset. Quare si hac eloquentia: atq; hoc oratore contenti sumus: qui sciat: aut negare oportere: q̃d arguere: aut: si id non possis: tum ostẽdere: quod is fecerit: qui insimuletur: aut recte factũ: aut alterius culpa: aut iniuria: aut ex lege: aut non contra legem: aut imprudẽtia: aut necessario:

Aut alterius culpa: propter iuridicialem assumptiuam: & per eam partem quæ dicitur constitutio translatiua: cum transfertur culpa a nobis in alterius culpam: seu res transfertur in aliam. Culpa: propter remotionem criminis: cum a nobis non crimen: sed culpam remouemus: ut qui iussu consulum Sulpitium interfecit. In rem etiam confertur: ut si quod plebiscito uocetur: id testamento facere iubeatur. Iniuria: propter translationem: ut aliorum peccatis coactus fecit. Vt de illa causa uulgatissima apud Græcos: Orestis: qui occidit parentem suam. Occidisti matrem tuam? occidi: sed iure. Illa enim patrem meum occiderat. Ecce quomodo iure occiderat. Ex lege: legitimam plane ostendit cõstitutionem: quæ diuiditur in scriptum, & sententiam, contrarias leges, ambiguum, diffinitionem. Ex lege: quæ iubet aliquid fieri: ut fecisti? feci: sed iure. nam lex iubet. Aut non contra legem: ut quæ permittit lex: ut fecisti? feci: nam lex permittit. Sed inter iubere, & permittere hoc interest. Nam quod lex iubet faciendum est: quod autem lex permittit in potestate nostra est: faciendum sit: necne. Aut imprudentia, aut necessario: partes sunt confessionis: quæ diuiditur in purgationem, & deprecationem. Purgatio est: cũ nos peccasse fatemur: sed id per imprudentiam, uel per casum, uel fortunam, uel necessitatem purgamus. Duas tantum tetigit: nam

Iubere

Permittere

aut non eo nomine usurpãdum:quo arguatur: aut
non ita agi:ut debuerit:ac licuerit. Et si satis esse pu
tatis:ea:quæ isti scriptores artis docent:discere: q̃
multo tamen ornatius:q̃ ab illis dicuntur: & ube-
rius explicauit Antonius:sed si istis contenti estis:
atq; iis etiam: quæ dici uoluistis a me: ex ingenti
quodam oratore:immensoq; campo in exiguum sa
ne gyrum compellitis. Sin ueterem illum Periclẽ:
aut hunc etiam:qui familiarior nobis propter scri-
ptorum multitudinem est:Demosthenẽ sequi uul-
tis:& si illam præclaram:& eximiam speciem ora-
toris perfecti: & pulchritudinem adamastis: aut
uobis hæc Carneadea: aut illa Aristotelea uis cõ-
prehendenda est. Namq; (ut ante dixi) ueteres illi
usq; ad Isocratem omnem omnium rerum:quæ ad
mores hominum:quæ ad uitam:quæ ad uirtutem:
quæ ad rempub. pertinebant:cognitionem & scien
tiam:cum dicendi ratione iungebant. Postea disso-
ciati (ut exposui) a Socrate diserti a doctis:& dein
ceps a Socraticis item omnibus: philosophi elo-
quentiam despexerunt: oratores sapientiam: neq;
quicquam ex alterius parte tetigerunt:nisi quod il
li ab his:aut ab illis hi mutuarentur:ex quo promi
scue haurirẽt:si manere in pristina cõmunione uo-
luissent. Sed ut pontifices ueteres propter sacrifi-
ciorum multitudinem tres uiros epulones esse uo
luerũt: cum essent ipsi a Numa:ut etiam illud ludo
rum epulare sacrificium facerent:instituti:sic So-
cratici a se causarum actores:a communi philoso-
phiæ nomine separauerunt:cum ueteres: dicendi:
& intelligendi mirificam societatẽ esse uoluissent.
Quæ cum ita sint paululum equidem de me de-
precabor:& petam a uobis:ut ea:quæ dicam: non
de meipso:sed de oratore dicere putetis. Ego enim
sum is:q cũ summo studio patris I pueritia doctus
essem:& in forũ ingenii tñi:q̃tum ipse sentio:nõ tñ
q̃tũ ipse forsitã uobis uidear:detulissem:non possũ
dicere me hęc:q nũc cõplector:pinde ut dicã discẽ
da eẽ:didicisse:q ppe q oĩum maturrime ad publi-
cas cãs accesseri:annosq; natus unũ & uiginti no-
bilissimũ hoĩem:& eloquẽtissimũ I iudiciũ uocari:
cui disciplina fuerit forũ:magister usus:& leges:&
instituta po.Ro.mosq; maiorũ. paulũ:sitiens istarũ
artiũ:de qbus loquor:gustaui q̃stor I Asia: cũ eẽm
æqualẽ fere meũ ex Academia rhetorẽ nactus Me
trodorũ: illũ:de cuius memoria cõmemorauit An-
tonius:& inde decedẽs: Athenis:ubi ego diutius es
sem moratus;nisi Atheniẽsibus;q; mysteria nõ re-

cum necessitate fortuna est adiũcta. Noie:
idest diffinitione nominis:ut quid sit sacrile-
gium? Aut non ita agi: cõmutatiuus status:
quã cõstitutionẽ alio noie appellat.s. transla-
tiuam:cum reus dicit accusatorem esse mutã
dum:aut iudices:aut locum:aut tempus diffe
rendũ. Sed si istis:quia lõge processit oratio:
ideo repetit istis: q̃ disputauit Antonius. In
exiguũ gyrum .i. in angusto spacio circũscri
bitis de re tanta locuturum. Propter multi-
tudinẽ scriptorum:multa enim scripta reliqt
Demosthenes:& adhuc inueniuntur Philip-
pica, & Olympici sermones eius. Eximiam:
excellentem. Speciem .i. formã & pulchritu
dinem oratoris. Carneadea: Academica: qa
Carneades recẽtioris Academiæ priceps fuit.
Aristotelea: Peripatetica. Nã Aristo. peripa-
teticus fuit insignis. Veteres: ante Socratẽ.
Ad mores hominum: propter æthicam: q̃
de moribus hominum disputat:ex qua tres il
læ partes: scilicet politica, monastica, & œco-
nomica deducuntur. A Socrate: qui primus
philosophiam ab eloquentia separauit. De-
spexerunt eloquentiam: quasi rem minimã:
atq; exiguam contempserunt. Nam sicut illi
eloquentiam: ita hi sapientiam despexerunt.
Ex alterius parte: philosophi ex parte ora-
toris:& oratores ex parte philosophi. Mu-
tuarentur: ergo quasi aliena tractarent. Ex
quo: quamobrem: sensus autem est: Non mu-
tuarentur alii ab aliis: sed ipsi inter se pariter
haurirent: tanquã ex communi: si coniuncti
præstitissent. Sed ut pontifices: docuit Peri-
pateticos, & academicos, oratoribus conueni
re. Et quod dixerat repetito communi: scili-
cet nomine: cum philosophis appellatos: &
eos fuisse a Socrate separatos ostendit: nunc si
militudine quadam explicat, quomodo seiũ-
cti fuerint. Pontifices: qui præerant sacrifi-
ciis: quæ, quia pene erant innumerabilia, epu
lum Iouis non uidebatur celebrari posse: quo
factum est: ut huic cerimoniæ tres uiri præpo
nerentur: quo epulones uocabant. Etiam
cum cæteris: hoc etiam Numa institui uo-
luit: quod gratum populo intelligebat. A
communi philosophiæ nomine: quod orato-
ribus commune fuit cum philosophis. Miri
ficam: ut alterum ab altero sine uitio separari
nõ possit. Quæ cum ita: excusat q; ea in aliis
oratoribus inesse disputet oportere: quæ in se
ipso non sint. Deprecabor: depellam, purga-
bo. Summo studio: quia pater nihil præter-
misit: quod ad eruditionem meã pertineret.
Sentio: qui me exiguo iudicem igenio. No
bilissimum hominem: Cn. Carbonem: cui a
se accusato: seruũ cum scrinio uinctum remi-
sit. De cuius memoria: qui multa ex Me-
trodori sententia dixit: quid de arte rhetorica
sentiret. Inde: ex Asia. Mysteria: mysteria
sacra Cereris & Proserpinæ: quorum rationẽ Mysteria
propalare nefas erat. Vnde occęcatus est poe
ta: qui ausus est ea patefacere.

Genere.ſ.de cōſtitutionibus:q̄ tres ſunt.ſ.cō
iecturalis,legitia,& iuriſdicialis.Nā ſub eiuſ-
modi cōſtitutiōibus quæq; ſpēs cāų continē
tur. Illa uis:uere irridendi ſunt:q̄ artē dicen
di uelut perexiguā tradunt:cum uis ipſius ma
gna quædam ſit & ampla:quam oēm Craſſus
hoc loco mire cōplectiť. Mores hoiūm: qđ
eſt docendi. Quæ animos: quæ ſunt mouē
di & conciliandi. Rerum omnium: expeten
darum,ſiue honeſtæ,ſiue utiles. Virtutum:
honeſtatis genus uirtus. Officiorum:qa qc.
quid cum uirtute geritur:officio uacare non
poteſt. Omniſq; naturæ:complexionē inuis
hominū diuerſis affectibus,alias aliis procli
uiores. Vim:honeſtatis & utilitatis. Origi
nem:ad reų expetendarum rationē refertur:
q̄ naſcitur:uel ꝑpter ſe,uel ꝑpter aliud. Viʒ:
ad id qđ dixit uirtutē:quæ uis maior eſt,q̄ uti
litatis. Mutatiōes:ad id qđ dixit officiorum.
Mutātur eni tp̄ibus officia:ut Cic.docet:Mu
tantur perſonis:fitq; aliud alio maius. Mu-
tationes:quia minus officium maiore muta-
tur:ſiue manſuetudo & liberalitas: ſiue triſti-
tia atq; ſeueritas. Remp.regat:cuius eſt præ-
potens orator. Omnia:breuiter ac ſumma-
tim omnia proſequitur:quæ ſupra particula-
tim inceperat.Oratoris autem munus eſſe di-
cit,de omnibus rebus poſſe diceť appoſite ad
perſuaſionem. In quo genere: ideſt oratorio
munere. Mediocri: nam occupatus homo
non poteſt excellere doctrina. Neq; tamen:
intendit argumentum ex hoc poſſe compre-
hendi quāta ſit uis eloquētiæ:q; oratores phi
loſophiæ propemodū expertes:tamen nemi-
ni diſputando concedat. Vel tutari:uolupta
tem. Vbi animaduertendum:de his eum log
philoſophis:qui cum oratoribus locum ali-
quem habere poſſunt. Velleius:Epicurus.
Quid eſt:nūc de Stoicis loquiť. Balbi:Stoi
ci. Nō eſt.n.ne cui forte mirū uideať orato-
rē poſſe de his dicere q̄ neſciat.Dicit āt pħiaʒ
nō eē eiuſdē naturæ cū cæteris artib⁹. Quæ
ſunt in pħia.i.bene uiuendi ꝑcepta. Acutis:
perſpicacibus. Acribus: ꝓuidis, diligētibus.
Exercitata:elaborata. Eliciendū: excutien
dū. Veriſimile:nam rōne ducti magiſq̄ do-
ctrīa itelligimus:qd ad bñ uiuēdū pertineat.
Hic noſter uulgaris orator:cōparatiōe pħi.
Verberabit:euincet. Sin aliqs: qualē ſe Ci.
latēter inuit. In utrāq; ſniam.ſ.honeſtatis:&
utilitatis:ꝑ dogmate Peripateticorū: & Aca-
demicoų.nā Stoicorū honeſtatis eſt tm̄. Ve
rus:nō fucatus. Perfectus:cui nihil deſit. So
lus:ſine cōpatiōe. Nā neq;:ſine forēſib⁹. Di-
xerat oratorē etiā ſi pħiam uix attigiſſet:tñ di
cendo nō ceſſurū pħo:q; ſiquis utrūq; teneret
eloquētiā.ſ.& ſapiētiā:perfectū fore.Quo ſit,
ut ſine altera,altera eſſe nō poſſit:ut perfectū
aliquid euadat. Neruis forenſibus:qa maio-
rem uim deſiderāt. Grauis:cum auctoritate
ſapiens. Quare Coracē:Corax Siculus rhe-
tor uetuſtiſſimus:de quo ſupra.

ferrent:ad quæ biduo ſetius uenerā:ſucceſuiſſem.
Quare hoc:qđ cōplector:tantam ſcientiā: uimq;
doctrinæ:non modo non ꝑ me:ſed cōtra me eſt po-
tius.Nō enim qd ego:ſed quid orator poſſit: diſpu-
to:atq; hos omnes:qui artes rhetoricas exponunt:
perridiculos.Scribūt enim de litium genere: & de
principiis:& de narratiōibus.illa uis autē eloquen-
tiæ tanta eſt:ut oīum rerum:uirtutum:officiorum:
omniſq; naturæ:quæ mores hominū:quæ animos:
quæ uitam cōtinet:originem uim: mutationeſq; te-
neat.eadem mores:leges:iura deſcribat:rempu.re-
gat:omniaq; ad quancūq; rem pertineant: ornate:
copioſeq; dicat.In quo genere nos quidem uerſa-
mur tantū:quātum poſſumus:quātum ingenio:q̄-
tum mediocri doctrina:quātum uſu ualemus:neq;
tamen iſtis:q in una philoſophia:quaſi tabernacu-
lum uitæ ſuæ collocarūt:multū ſane in diſputatio-
ne concedimus.Quid enī meus familiaris C. Vel-
leius afferre pōt:quāobrem uoluptas ſit ſummum
bonū:qđ ego non copioſius poſſim uel tutari:ſi ue-
lim:uel refellere ex illis locis:quos expoſuit Anto-
nius:hac dicendi exercitatiōe? in qua Velleius eſt
rudis:unuſqſq; noſtrorū uerſatus. Quid eſt: q; aut
Sex.Pōpeius:aut duo Balbi:aut meus amicus:q cū
Panętio uixit:M.Vigellius:de uirtute hoīum Stoi-
ci poſſint dicere:qua in diſputatiōe ego his debeā:
aut ueſtrum quiſq̄ concedere? Non eſt enim philo-
ſophia ſimilis artium reliquarum.nam qd faciet in
geometria qui non didicerit? quid in muſicis? aut
taceat oportebit: aut ne ſanus quidem iudicetur.
Hæc uero:quę ſunt in philoſophia:ingeniis eruun-
tur:ad id:qđ in quoq; uериſimile eſt eliciendum acu-
tis:atq; acribus:eaq; exercitata oratione poliunť.
Hic noſter uulgaris orator: ſi minus erit doctus:at
tamen in dicendo exercitatus:hac ipſa exercitatio-
ne communi:iſtos quidē noſtros uerberabit: neq;
ſe ab his contēni:ac deſpici ſinet.Sin aliquis extite-
rit aliquando:qui Ariſtotelio more de omnibus re-
bus in utranq; ſententiam poſſit dicere: & in omni
cauſa duas contrarias orationes præceptis illius
cognitis:explicare:aut hoc Arceſilæ modo:& Car-
neadis contra omne:quod propoſitum ſit:diſſerat:
quiq; ad eam rationem adiūgat hunc rhetoricum
uſum:moremq;:exercitationemq; dicendi:is ſit ue-
rus:is perfectus:is ſolus orator.Nā neq; ſine foren-
ſibus neruis ſatis uehemens:& grauis:nec ſine ua-
rietate doctrinæ ſatis politus:& ſapiens orator eſ-
ſe poteſt.Quare Coracē iſtum ueſtrum patiamur

Pullos:discipulos:facete hic nidum etiã scholam dixit. Excludere:ab hac institutione nr̃a:hoc modo:sicut in hercisceda familiæ iurisconsultos facere docuimus.i.diuidenda substãtia:ut supra diximus.aut reuera familiã. Nã stẽmatibus quibusdam.i.coronis cõprehensa totius cognationis noia distinguunt:quõ descendant ab aliis alii.ita oratoris officium in uno stẽmate uerbi causa claudebant:ab hoc tria stẽmata deducebant:quibus tria genera causarũ includeret:& sic de partibus rhetoricæ facultatis & ipsius instrumento ꝓsequebant. Euolent:perstat in translatione:e schola in forum exeant causidici.

nos quidẽ pullos suos excludere in nido:qui euolent clamatores odiosi: ac molesti: Pamphilumq; nescio quem sinamus in insulis tantam rem: tanq̃ pueriles delitias aliquas depingere: nosq; ipsi hac tam exigua disputatione hesterni: & hodierni diei totum oratoris munus explicemus: dummodo illa res tanta sit: ut omnibus phõrum libris: quos nemo oratorum istorum unq̃ attigit: comprehẽsa esse uideatur. Tum Catullus: Haud q̃q̃ Hercule inquit Crasse mirandum est:esse in te tantam dicẽdi uel uim:uel suauitatem:uel copiam: quem quidem antea natura rebar ita dicere:ut mihi non solum orator summus:sed etiam sapiẽtissimus homo uiderere.nũc intelligo illa te semp etiã potiora duxisse:q̃ ad sapientiã spectarent:atq; ex his hãc dicẽdi copiã fluxisse: sed tamen:cũ oĩs gradus ętatis recordor tuæ:cũq; uitã tuã:ac studia considero: neq; quo tẽpore ista didiceris:uideo:nec magnopere te istis studiis:hoĩbus: libris intelligo deditũ: neq; tamen possum statuere:utrũ magis mirer: te illa: quę mihi persuades maxima esse adiumẽta: potuisse in tuis tãtis occupatiõibus perdiscere:an:si nõ potueris:posse isto modo dicere. Hic Crassus: Hoc tibi inquit Catulle primũ ꝑsuadeas uelim:me nõ multo secus facere:cũ de oratore disputẽ:ac facerẽ si esset mihi de histriõe dicendũ.negarẽ enim posse eũ satisfacere in gestu:nisi palęstrã:nisi saltare didicisset:neq; ea cũ dicerẽ:me eẽ histrionẽ necesse esset: sed fortasse nõ stultũ alieni artificii existimatorẽ: similiter nũc de oratore: ur̃o ĩpulsu loquor: sũmo.s. Sẽper enim quacũq; de arte:aut facultate q̃rit: de absoluta:& perfecta q̃ri solet. Quare si iam me uultis esse oratorẽ:si etiam sat bonũ:si bonũ deniq;:nõ repugnabo (Quid.n.nunc sim ineptus? ita me existimati scio) qd̃ si ita est:sũmus tamẽ certe nõ sum: neq; enĩ apud homines res est ulla difficilior: neq; maior:neq; quæ plura adiumenta doctrinæ desideret. Attamen quoniam de oratore nobis disputatum est:de summo oratore dicam necesse est. Vis enĩ & natura rei:nisi perfecta ante oculos ponitur:

Pãphilũq;:qui rhetoricæ facultatis imaginẽ: tanq̃ picturæ seriẽ explicabat:unde ãt insulis dixit depingere. Nam insula proprie est fascia quædã in diadematis modum:unde ex utraq; parte uittæ dependent ex albo & croco: quæ plerunq; latæ sunt & tortiles. Insula Nosq;:illi rhetores quasi quibusdam contineri sigillis uolũt:nos de ea bidui disputatione uix aliquid dixisse uidemur. Exigua: exiguam uult esse disputationem pro magnitudine rei. Istorum.s.similium Pamphili,& Coracis. Cõprehẽsa esse uideatur:uult philosophos nihil,nec libros quidem suos sine eloquentia edere posse. Tum Catullus:hic cum admiratione Catullus ꝓsequitur Crassi eloquentiam cũ sapiẽtia cõiunctã. Vim: uehemẽtiam. Suauitatẽ:ornatum. Copiam:ad ubertatẽ dicendi ptinet. Nũc: quasi dicat antea quidem mirabar:tantam in te uim esse dicendi:qui scientię tuæ ignarus etiam. Nunc autem in hac disputatione tua:& oratorẽ summum:& philosophum sapientissimum esse cognoui. Natura:naturali quodam ingenio. Quę ad sapiẽtiam:ut ait Cice.de natura Deorum: Est autẽ quartus eorum gradus:isq; altissimus:qui natura boni gignuntur:quibus a pricipio recta rõ:cõstansq; nascit. Hanc ergo naturam æstimasse dixit Catullus:ut natura bonus ac perfectus natus esset. Potiora:meliora: q̃ te sapientiæ compotẽ facerent:q̃ te eloquentem. Ex his p̃ceptis:philosophiæ. Fluxisse:manasse,deriuatã esse. Sed tamen cum oĩs gradus:ecce prosequit causam admirationis:sed hoc est qd̃ mihi mirationẽ affert:cũ uitã tuã, studiaq; cõsidero:qui ab ineunte pueritia semper occupatissimus fueris:quo pacto tantam rerum scientiã adeptus fueris. Gradus:incipiens a pueritia usq; ad adulescẽtiam:ab adulescentia ad iuuentutẽ:inde a iuuentute ad uirilitatẽ:a uirilitate ad senectutẽ: nullum tibi tẽpus uacuũ fuisse. Studia:gerendarũ rerũ: qa studiis potius administrãdæ reipu. occupatus fuisti,q̃ his studiis. Hoĩbus:ut Metrodoro,& Carneade. Neq; tñ possum: sensus est: Nescio quõ potueris occupatus homo ista ꝑdiscere. Ex quo seqtur illud:admirer,q; possis hoc mõ differere. Adiumẽta:eloquẽtię. Statuere:diffinire,& determinare. Isto modo: tã elegãter disputare. Hic Crassus: hoc loco Crassus ad oĩa rñdet,q̃ ille admirari dixerat. Et primo p similitudinẽ ostẽdit se ita de his disputare:q̃ habere debet orator: cũ ea ipse nõ habeat:sicut si ad histrioniã differeret. Nisi palæstra:has meditabant artes:quibus agiliora & aptiora redderent mẽbra. Sat:sufficienter:hoc loco augetalias minuit. Sat Quid.n.sim ieptus:sũ inqt cõscius mei de me iudiciiq; me uidelicet ineptũ esse iudico:qui de hac re præcipiam. Difficilior:ad discendum. Maior:ad cõprehendendum.

Qualis:dignitatis est. Quâta:magnitudinis. Hoibus:Carneade,& Metrodoro,& cæteris. Poerilis ætas: cum repu.liber erã. Feriæ:uacationes:postq̃ adultus forũ adii. Causas priuatas:familiares. Quos discentes:ut Solon gloriatur,se quotidie aliqd discerem,senescere. Ad usum trãsferũt.i.politicam deligunt. sensus est:Non esse tandiu in phia uersandum practico homini q̃ theorico. Vsum:exercitationem:alii studia esse eorũ:qui tãtũ intelligere uelint:alia eoꝝ q ẽt agere: quod in sequentibus ꝓbat exẽplis:ut de magistro Sãnite hoc est sophista:q semper in studiis literarum uersatus est. Commentatur:commentatoria facit: non ut disceret quæ a pueritia summa cum facilitate ꝑceperat:sed q eo studio delectabatur. Vt est apud Luciliũ:uerba Lucilii quæ de alio quodam Samnite dixerat: eadeȝ refert Crassus. Asper:ineptus. Rudibus:declamatoriis causis:quas uel pueri facile intelligãt. Foro:agẽdis causis. Amicis:tuẽdis. Rei familiari:gubernandæ.unũ ostẽdit diuersis rebus idoneũ.

Valerius:nunc exemplum profert eorum: qui in uno tantum occupati fuerunt: & in eo omne suæ uitæ tempus consumpserunt. Cãtat:ut uocem sibi obsequentiorem reddat.

Cõmodum:opportunum. Eques:nõnunquam ꝓlia tractat. Discendum:arte musica: quã puer didicit:quãtũ satis erat. Eadẽ rõ.quæ est in uulgaribus artibus:eadem est & in studiis literarũ,& ꝑcipue in philosophia. Artium maximarum:maximas appellat literarum,& præcipue philosophię. Id agere:idest philosophiæ operam dare. Auũculum Africanum:qui auunculus erat Tuberonis:ita remisse agebat:ut uix percipi posset. Hic igitur philosophiæ studebat:non solum ut intelligeret:uerumetiam ut ageret. Tubero uero totus ad intelligendum deditus erat. Tantuȝ: istarum artium. Et habeas,qui docere:ingenio prędiius:doctorẽ nactus facile discit philosophiam:q̃tum opus est. Fideliter:contra improbos:qui perinde docent. Scias: ingenio ualeas:ut ea quæ ipse tibi tradiderit:facile addiscere possis. Aliud:q̃ philosophiæ operã dare. Tractatio: exercitatio phiæ. Quæstio:inquisitio. Gignit:quia q̃to magis aliqs fuerit in singulis artibus diligentior: tãto etiã magis dubitabit. Quotidie ex se:quia quanto magis inquiris:tãto magis dubitas. Desidiosa:inutili.Nã inerti non procedit de eo: qui semper ueritatẽ inquirat. Vestiges: inquiras.

qui natura tamen incurrunt ipſi in orationem: ſermonemq; noſtrum: ſed ſunt inſignes percuſſiones eorum numerorũ: & minuti pedes. Q uare primũ ad Heroum nos Dactyli & Anapæſti & Spondęi pedem inuitat: in quo impune progredi licet duos dũtaxat pedes: aut paulo plus: ne plane in uerſum: aut ſimilitudinem uerſuum incidamus. aliæ ſunt geminæ: quibus hi tres heroi pedes in principia cõtinuandorum uerborum ſatis decore cadunt. probatur autem ab eodem illo maxime Pæon: qui eſt duplex. nam aut a longa oritur: quam tres breues conſequuntur: ut hæc uerba: definite: incipite: cõprimite. aut a breuibus deinceps tribus extrema producta: atq; longa: ſicut illa ſunt: domuerant: ſonipedes: atque illi philoſopho ordiri placet a ſuperiore Pæone: poſteriore finire. Eſt autem Pęon hic poſterior non ſyllabarum numero: ſed aurium mẽſura: quod eſt acrius iudicium: & certius: par fere Cretico: qui eſt ex longa: & breui: & longa: ut quid peram præſidii: aut exequar? quoue nunc. A quo numero exorſus eſt Fannius. Si quirites minas illius. hunc ille clauſulis aptiorem putat: quas uult longa plerunq; ſyllaba terminari. Neque uero hęc tam acrem curam: diligentiamque deſiderant: q̃ eſt illa poetarum: quos neceſſitas cogit: & ipſi numeri ac modi: ſic uerba uerſu includere: ut nihil ſit: ne ſpiritu quidem minimo breuius: aut longius: q̃ neceſſe eſt. Liberior eſt oratio: & plane: ut dicitur: ſic & eſt uere ſoluta: non ut fugiat tamen: aut erret: ſed ut ſine uinculis ſibiipſa moderetur. Nanque ego illud aſſentior Theophraſto: qui putat orationem: quæ quidem ſit polita: atque faceta quodam modo: non aſtricte: ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. Etenim ſicut ille ſuſpicatur: ex illis modis: quibus hic uſitatus uerſus efficitur: poſt Anapęſtus procerior quidam numerus eff oruit: inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrambus: cuius membra & pedes: ut ait idẽ: ſunt in omni locupleti oratione diffuſa. & ſi numeroſum eſt id in omnibus ſonis: ac uocibus: quod habet quaſdam impreſſiones: & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus: recte genus hoc numeroſum: dummodo ne continuum ſit: in orationis laude ponetur. Nam ſi rudis & idocta putãda eſt illa ſine interuallis loq̃citas perẽnis: & pfluẽs: qd ẽ aliud cãę: cur repudietur: niſi qd hoĩum aures uocẽ naturæ modulant ipſæ

Natura: q̃a ſponte ueniunt in orõnẽ. Sed ſunt inſignes: quãuis naturaliter orationẽ pedes illabanť: hi Trochæus, & Iambus: tamen euidentes ſunt nimiũ: & ideo ſeparanť ab oratione: quo minus artificium cõpoſitionis appareat. Minuti aũt dixit nõ minutiſſimi pꝑter unũ Pyrrichium: q oĩuꝫ breuiſſimus eſt. Quare per incurſionẽ pedum euidẽtẽ Ariſtoteles cẽſet Iãbum: atq; Trochæũ ſegregandos eſſe.

Dactyli & Anapæſti: pedes heroici. Impune: ubiq;: ſiue in principio, ſiue in fine. Duos dũtaxat pedes: quia ſi a quarto pede ꝓgredi aere ad quintũ: nõ orõ, ſed uerſus uidebit. Quibus hi tres: his tribus in principio uti põt orator: in fine aut Pæone & Cretico. Decore: decenter. Qui eſt duplex: nam eſt etiã quadruplex. Nam primus conſtat ex pria lõga & ultima breui. Secũdus prima breui: ſcda lõga: duabus breuibus. Tertius duabus breuibus: una longa: & q̃rta breui. Quartus tribus breuibus: ultima lõga. Definite: q̃a deeſt lõga: reliq breues. Domuerũt: q̃rtus Pæon: & ſecũdu: ſm Ariſtotelẽ. A ſupiore: ab incipiente prima lõga: & in tres breues cadẽte. Par fere cretico: q cõſtat ex pria lõga, ſecũda breui, tertia lõga. Tot igiť tẽpora habet quot Pæon: a ſupiori, aut auriũ iudicio cõprobať. Creticus alio noie Amphimacrus dť. Neq; uero hæc: pedibus inqt utitur orator, ſed liberius q̃ poeta. Acrẽ: uehementẽ, & attentam. Numeri ac modi. i. modi numeroꝝ. i. pedes: qui modulationem faciunt: uel certe numeri ſyllabarum: modi periodorum. Ne ſpiritu quidem: ne ſyllaba: qua male poſita uerſus corrumpitur. Vt dicit: ab his, qui de hac re præcipiũt.

Nõ ut fugiat: cũ haud teneať: unũ ſequiť ex altero. Nam ſi nõ teneť: ergo nõ fugit. Sine uinculis: q̃a nõ lege certa pedũ: ſed auriũ iudicio cõficiť orõ. Namq;: uere inq̃ oportet huiuſmodi eẽ orõnis modũ. Theophraſto: q inter cætera: & de poetica, & de oratoris præceptis copioſe ſcripſit. Polita: leuis. Faceta: urbana. Aſtricte: ut uerſus. Ex illis modis: ſcilicet heroicis pedibus: ut ſupra. Vſitatus: ut hexameter, & pentameter. Eff oruit: pullulauit. Procerior: lõgior q̃ ſpõdaicus, uel dactylicus: q̃a anapæſtico metro pedes adhiberi pñt: q eum tẽporibus æq̃nt. Membra: partes. Nã Dithyrambi pꝛes mẽbra ſunt (ut diximus) metroꝝ. Pedes: nũeri. alterũ ꝓ altero.

Locupleti: uberria. Et ſi numeroſum eſt: genus hoc Dithyrãbi. Impreſſiões: ꝓprietates naturaliter īſitas. Interuallis æq̃libus: q̃a in ipſo Dithyrãbi gñe pedes ponunť ipſi inter ſe conſentiẽtes. Metiri: ſtatuere. Ne continuum ſit. i. dũmõ interuallis claudať orõ: uel colis: uel cõmatibus: & periodis. Rudis: declaratio eſt & impolita. Profluens: ſine intermiſſione. Cur repudietur: nam oratio perẽnis & continuo prolata diſplicet. Quod: uidelicet modulari uocem: nullius diſtictionis: ideſt diſcretionis: quia non diſcernitur ille etiam in oratione numerus.

quod fieri:nisi inest numerus in uoce non pōt.numerus aūt in continuatione nullus est: distinctio aūt & æqualium:& sæpe uarioꝝ interuallorum pcussio numerum conficit:quem in cadētibus guttis:q̄ interuallis distinguūtur notare possumus:in amni præcipitante non possumus. Quod si contiuatio uerboꝝ hæc soluta multo est aptior: & iucundior:si est articulis:membrisq; distincta:q̄ si cōtinuata:ac producta:uerba illa modificata esse debebunt:quæ si in extremo breuiora sunt:infringit̄ ille quasi uerboꝝ ambitus.sic.n.has orationis conuersiones græci nominãt. Quare aut paria esse debent posteriora superioribus:extrema primis:aut qđ ēt est melius:& iucundius longiora. Atq; hæc quidem ab iis phīs:quos tu maxime diligis Catulle:dicta sunt:qđ eo sępius testificor:ut auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. Quarum tādem inquit Catullus:aut quid disputatione ista afferri potest elegantius:aut omnino dici subtilius: At.n.uereor inquit Crassus:ne hæc aut difficiliora istis ad persequendum esse uideantur: aut qa non traduntur in uulgari ista disciplina:nos ea maiora:ac difficiliora uideri uelle uideamur. Tū Catullus erras inquit Crasse:si aut me:aut hoꝝ quemq̄ putas a te hæc opera quotidiana: & peruagata expectare.ista:quæ dicis:dici uolumus: neq; tam dici:q̄ isto dici modo:neq; tibi hoc pro me solum: sed pro his omnibus sine ulla dubitatione respondeo. Ego uero inquit Antonius: inueni iam quem negaram in eo:quem scripsi: libello me inuenisse: eloquentem:sed eo te ne laudandi quidem causa interpellaui: ne quid de hoc tā exiguo sermonis tui tempore uerbo uno meo diminueretur. Hanc igitur Crassus inquit ad legem cum exercitatione:tū stilo:qui & alia:& hoc maxime ornat: ac limat formanda uobis oratio est:neq; tamen hoc tanti laboris est:q̄ti ur:nec sunt hæc rythmicoꝝ:ac musicoꝝ acerrima norma dirigenda:& efficiendum est illud mō uobis:ne fluat oratio:ne uagetur:ne insistat interius:ne excurrat lōgius:ut membris distinguatur: ut conuersiones habeat absolutas. Neq; semper utendum est perpetuitate:& quasi conuersione uerborum:sed sæpe capiēda membris minutioribus oratio est:quæ tñ ipsa membra sunt numeris uincienda. Neq; tñ nos Pæon:aut Herous ille conturbet: ipsi occurrent orationi:ipsi inq̄ se offerent: & rñdebūt non uocati: cōsuetudo modo illa sit scribendi:

Quod.s. numerum confici. Cadentibus guttis:uelut a stillicidio. Præcipitanti: uelociter currenti. Quod:q̄siquidem apparet in cōtinuatione uerboꝝ non esse numeꝝ:sed in distinctione orōnis. Quæ si in extremo:ꝑcipit posterius membrū longius fieri,q̄ primū. Vt uerbi cā:Cū nōdum ꝓstaret ciuitas Athenaꝝ hac laude dicendi:multa tñ egregia facinora domi:belliq; memoranda gesserat. Cōuersiones: p periodum. ATQue hæc quidē ab his:ultimū caput: ubi docet usum & rōnē pedum non esse admodum difficilem:sed cōcinnitatem auribus hoīum facillime iudicari. Hæc:quæ de numerosa orōne diximus.

Ab iis phīs.i.ꝑipateticis:q ab Aristotele descenderunt. Eo sępius:rā quo pluribus ac dignioribus disputo auctoribus:hoc minus uideor ineptus:alioquin apud tantos uiros puerilis disputatio iudicari posset. Dici subtili⁹: q.d.nihil. Istis iunioribus:Sulpitio,& Cottę.

Persequēdū:exequēdū:ne existiment iccirco hoc me dixisse:ut eos ab hac arte deterreā.

Nō tradunt̄:ne ipsi usurpare possint q̄si difficiliora. Vulgari.q̄ uulgo a rhetoribus tradit̄. Maiora:a me disputata. Difficiliora: eo stilo:quo ab aliis tradunt̄. Ista: q̄ dicis: ac si diceret.ea ipsa disputas:q̄ abs te desiderabamus. Neq;:qa hæc si alius aliter diceret minus grata essent. Ego uero ingt Antonius: Catulli sniam ꝓbat Antonius dicens:se nunc denig; illū inuenisse eloquētē:de quo in suo libello tractauerat. Hāc igit̄:Crassus sapienter,ut istituit,nec se laudat nec uituperat: sed Antonii snia cōtētus:ad reliquū disputationis trāsit:ubi se latēter Cicero inuit eloquētē illū esse ꝑfectū. Hāc legē:ꝑdictā de numerosa orōne. Tū stilo:declaratio exercitationis scriptādo orōnē. Et alia:q̄ pertinēt ad ornatū orōnis:ut dignitatē,& elegātiā. Nec hęc, q̄ ptinent ad cōpositionē uerboꝝ. Limat:ꝑpolit ad cōcinnitatē. Formāda:ordinanda, facienda. Norma: regula. Rythmicoꝝ ac musicoꝝ:qui rythmos cōponūt, siue cantus. Acerrima norma.i.exquisita regula. Fluat:sine interuallo conatum. Ne uaget̄:si, ne intermissione mēbroꝝ. Ne insistet:sicut uersus lege necessaria quadā. Interius:inter certū aliqđ limē. Lōgius: absq; mō orōnis. Cōuersiones:ꝑiodos. Absolutas: ꝑfectas: q̄ uerba cū sententiis claudunt. Perpetuitateq; qđ est incōcinnū:uidelicet uti cōtinēti orōne. Et cōuersione uerboꝝ:declarat qđ dixit ꝑpetuitate. Capienda: intermittenda. Numeris:pedibus cōgruis. Nos:qui huic studemus facultati. Herous:Dactylus siue Spondęus.Sic ēt appellat̄ a Quinti.ubi de numerosa orōne tractat. Nō uocari.i. sua sponte ueniēt nullo labore accersiti. Consuetudo: nūc ꝑcipit:qūo pedes nobis ꝓsto erūt. Occurrent inquam crebro usu dicēdi:atq; scribēdi: simul & illud admonet:nō sp iisdē pedibus claudēdas orōnes. Scribendi:q̄ tum ad stilū,

atq; dicendi:ut sententiæ uerbis finiantur: eorum
q; uerborum iunctio nascatur a proceris numeris:
ac liberis: maxime Heroo: & Pæone priore: aut
Cretico:sed uarie: distincteque consîdat. Notatur
enim maxime similitudo in conquiescendo: & si:
primi & postremi illi pedes sunt hac ratione serua
ti:medii possunt latere:modo ne circuitus ipse uer
borum sit aut breuior:q̃ aures expectent:aut lon-
gior:q̃ uires:atq; anima patiatur. Clausulas autem
etiam diligentius seruandas esse arbitror:q̃ supe-
riora:q; in his maxime perfectio:atque absolutio-
iudicatur. Nam uersus æque prima & media & ex
trema pars attenditur:qui debilitatur in quacun-
q; sit parte titubatum. In oratione autẽ prima pau
ci cernunt:postrema pleriq;:quæ quoniam appa-
rent & intelliguntur:uarianda sunt:ne aut animo-
rum iudiciis repudientur:aut auriũ satietate. Duo
.n. aut tres sunt fere extremi seruandi: & notãdi pe
des:si modo non breuiora:& præcisa erunt superio
ra:quos aut Chorios:aut Heroos:aut alternos esse
oportebit:aut in Pæone illo posteriore:quem Ari
stoteles probat:aut ei pari Cretico. Horũ uicissitu-
dines efficient:ut neq; ii satientur:qui audient:fasti
dio similitudinis:nec nos id:qđ faciemus:opera de
dita facere uideamur. Quod si Antipater ille Si-
donius:ille quem tu probe Catulle meministi:soli
tus est uersus hexametros:aliosq; uariis modis:at-
q; numeris fundere ex tempore:tantumq; hois in-
geniosi:ac memoris ualuit exercitatio: ut cũ se mẽ
te:ac uoluntate coniecisset in uersum:uerba seque
rentur:q̃to id facilius in orone exercitatione: & cõ
suetudine adhibita consequemur? Illud aũt neq;
admiretur quonam modo hæc uulgus imperitorũ
in audiẽdo notet:cum in omni genere: tum in hoc
ipso magna quædam est uis:incredibilisq; naturæ.
Oẽs eni tacito quodã sensu sine ulla arte:aut ratio-
ne quæ sint in artibus:& rationibus recta;ac pra-
ua diiudicant:idq; cum faciunt in picturis & in si-
gnis & in aliis operibus:ad quorũ intelligentiam a
natura minus hẽnt instrumenti: tũ multo oñdunt
magis in uerborũ: numerorũ: uocũq; iudicio: q; ea
sunt in cõibus infixa sensibus: neq; earũ rerũ quẽq;
funditus natura uoluit esse expertem. Itaq; non so
lum uerbis arte positis mouentur oẽs:uerumetiam

Dicendi:q̃tum ad usum. Vt sententiæ uer
bis.i.ut usitatis uerbis sententiæ claudantur.
Proceris:proceros appellat Anapæstũ, Pæo
na, & Creticum.i.prolixos:& quia in longam
desinunt respectu Iambi, & Trochæi: quos
Aristotelis snia dixit non esse in orone neces
sarios. Liberis:pedibus:non qui duabus syl
labis cohærent, liberi sunt:sed qui trisyllabi:
uel in longam desinat:uel in duas breues. Li-
beros autẽ appellat:qui liberę:ac solutæ oro
ni conueniunt. Nascatur:incipiat: & præci
pit quibus pedibus utamur orationis initio.
Consîdat:claudať. Varie distincteq;:ne clau
sula iisdem pedibus consistat. In conquiescẽ
do:finiendo:claudendo. Tunc.n.conquiescit
orator. Medii:quia non ita obseruantur ab
auditoribus. Circuitus:periodus. Breuior:
q̃ aurium iudicium postulet. Aut longior:
ne periodum producamus supra spiritum &
latera. Superiora.s.membra. Aeque:simi-
liter. In quacunq; parte:prima:media:postre
ma. Titubatum:decerratum. Prima:pauci
ergo nulla media considerant. Quæ:postre
ma. Varianda:clausula:ne fastidiatur ab au
ditoribus satietas. Duo.n. monet rursus po
steriora membra longiora prioribus esse de-
bere. Chorii:Lyrici:inter quos sunt Dithyrã-
bi:a choro dicti:quia lyra canentes:chorus p
sequiť:qui sunt Dithyrambi. In Pæone:qui
primis syllabis breuibus incipiens desinit in
longam. Cretico:prima lõga oritur: media
breui:postrema longa. Vicissitudines:alter
nationes. Quod si:probat non esse difficile
diligentibus ponere pedes. Antipaterq; poe
ta fuit non uulgaris. Fundere: carmina pro
ferre. Variis modis atq; numeris.i.uariis nu
meris pedum. Ex tpe:sine præmeditatione.
Hois ingeniosi:qui memoria & ingeniu p̃
ditus esset. Mente ac uolũtate.i. collegisset
aium:& aduersum contulisset. Verba seque
rentur:non accersita ueniret uersibus accom
moda. Illud autem: qõni rñdet: q̃ rõne fieri
possit:ut indoctus & imperitus musicæ pos-
sit in orone deprehendere quid consonet:aut
dissonet:quia uidelicet insitus est hoibus ta-
citus quidam sensus:ut in quaq; arte rectum,
perperamq; diiudicẽt. Illud:cõcinnum, uel
congruum. Notet:obseruet. Omni gñe:ar
tium. Hoc ipso:numerorũ atq; modorũ:qđ
est musicæ. Vis:proprietas cognoscendi.
Oẽs enim:uere est uis magna naturæ. Sine
ulla arte: eius rei.s. de qua iudicat. Auribus
& rõnibus.i.rõnibus artium. Idq;: intentio
argumenti. Si in aliis artibus hoc fit: multo
magis in numeris ac uoce:quorũ consonãtia
se nobis:ac dissonantia naturaliter offert.
Ad quorũ intelligentiã:ut recta in hoibus:&
a prauis praua diiudicet. Minus habent:qa
si picturam uiderent aut statuam in ea prauum aliquid deprehendunt. Instrumenti:ad intelligendam uocũ
consonantiam. Nam & si uox celerior sit auditu:tñ color nos magis fallere potest in uidendo:q̃ uox in audien
do. Infixa:impressa. Neq; earum rerum:quæ consonantiæ sunt:uel dissonantiæ. Mouentur omnes:quia
tametsi in iudicando acriores sint alii aliis:possunt tamen omnes sua uoluntate iudicare.

Numeris

numeris:ac uocibus. Quotus.n.quisq̃ est:q teneat artem numerorum: atq̃ modorũ: at in his si paulum modo offensum est: ut aut contractione breuius fieret: aut productione longius: theatra tota reclamant. Quid hoc: non idem fit in uocibus? ut a multitudine: & populo: non modo cateruæ: atq̃ conuentus: sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiiciantur. Mirabile est: cum plurimum in faciẽdo intersit inter doctum: & rudem: q̃ non multum differat in iudicando. Ars enim: cum a natura profecta sit: nisi naturam moueat: ac delectet: nihil sane egisse uideatur. Nihil est autem tam cognatũ mentibus nostris: q̃ numeri: atq̃ uoces: quibus & excitamur: & incendimur: & lenimur: & languescimus: & ad hilaritatem: & tristitiã sæpe deducimur. quorum illa summa uis carminibus est aptior: & cantibus: nõ neglecta: ut mihi uidetur a Numa rege doctissimo: maioribusq̃ nostris: ut epularum solemnium fides: ac tibiæ: saliorumq̃ uersus indicant. Maxime autem a Græcia uetere celebrata: quibus utinam: similibusq̃ de rebus disputari: q̃ de puerilibus his uerborum translationibus maluissetis. Verum, ut in uersu uulgus: si est peccatum: uidet: sic si quid in nostra oratione claudicat: sentit: sed poetæ non ignoscit: nobis concedit: tacite tamen omnes non esse illud: quod diximus: aptum: perfectumq̃ cernunt. Itaq̃ illi ueteres, sicut hodie etiam nõnullos uidemus: cum circuitum: & quasi orbem uerborũ conficere non possent (nam id quidem nuper uel posse: uel audire cœpimus) terna: aut bina: aut: nõ nulli singula etiam uerba dicebant: q̃ in illa infantia naturali illud: qđ aures hominum flagitabant: tendebant tamen: ut & illa essent paria: quæ dicerent: & æqualibus interspirationibus uterentur. Exposui fere: ut potui: quæ maxime ad ornatum orationis pertinere arbitrabar: dixi enim de singulorum laude uerborum: dixi de coniunctione eorum: dixi de numero: atq̃ forma. Sed si habitum etiam orationis: & quasi colorem aliquem requiritis: est plena quædam: & tamen teres: & tenuis: & non sine neruis: ac uiribus: & ea: quæ particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris insidere quidam uenustatis nõ fuco illitus: sed sanguine diffusus debet color. Tum denique nobis hic orator ita conformandus est & uerbis: & sententiis: ut quemadmodum qui utuntur armis: aut palæstra: nõ solum sibi

Numeris ac uocibus: ad eã rem de qua agit accomodatis. In his: numeris ac modis. Offensum: erratũ. Cõtractione.s. syllabæ: ut Victorinus penultima correpta: & e diuerso dominus: barbarissimus erit. Theatra: p spectatoribus posuit. Quid hoc: si cõcinnentes dissoni fuerint: eiiciunt a populo. In uocibus: in cantibus. Cateruæ: chori. Discrepantes: ut si unus sibiipsi dissentiat canendo. Mirabile est: mirũ est inquit cur in iudicando doctus & indoctus sint pene pares: at in faciẽdo secus. Numeri: pedum in syllabis. Voces: in cantibus. Incendimur: cõtraria: cõtrariis.

Languescimus: qa flẽtis uox fletũ prouocat. Ad hilaritatẽ: si canentẽ audias. Ad tristitiã: si flentẽ. Quorũ: gaudẽdi. s. incitandi: ac dolendi: ad numeros: ad modos: ad uoces. Vt mihi uf: ab auctoritate laudat musicam.

Maioribus: ut in capitolio Iouis: ecũ fides adhibent, & tibiæ. Saliorũ uersus: ancilia cum tripudiis ferẽtes, & cãtibus. In uetere Græcia. s. Athenis. Cũ similibus: ad philiam ptinẽtibus. De puerilibus trãslationibus: quũ uerbis p trãslationẽ utamur: qđ puerile est. Videt: sentit: libratis utit uerbis. Videt i uerbis: sentit in ofone. Claudicat: deerat. Sẽtit: aurium iudicio. Nobis: oratoribus. Aptũ: congruũ. Itaq̃ illi: cõncludit q maiores illi et si piodis nõ uterent: tñ cũ singula: uel bina: uel tria uerba dicebãt: ita colocabãt: ut spatiis inter se paribus cõponerent: ut rẽpu. q tuet laudãdus: q psequit, detestãdus ẽ. Veteres: latini scriptores. Hodie: ætate nr̃a. Infantia: ruditate loquẽdi. Aequalibus iterspirationibus: spatiis: uel numeris: uel uerbis: alterũ ex altero sequit. Nã si æquales numeri sunt: æqualia uerba: par est ẽt interspiratio. EXPOsui fere: epilogũ facit oium: q ad oratoris offm ptinere dixit: deinde tres dicendi figuras resumit: in qbus pcipit oẽs considerandas esse exornationes uerborũ: & sniarũ. De singulorũ: qa de singulis uerbis dixit trãslatis, nouis, & antiqs. De cõiunctione. i. cõpositione ne sit hiulca: neue aspera. Numero: de clausulis ac piodis. Plena: sublimis. Teres: polita: & extersa: qa posset sublimis quidẽ esse: sed rudis eadẽ: & horrida: ut si tumida esset: q opponit graui. Nõ sine neruis: sine uiribus ut uulgaris: q opponit humili. Vtriusq̃ particeps: grauis, & humilis: q mediocris ẽ. His tribus: dignitatem singulis inesse dicit: quæ p oẽm oratorem, sicut ut sanguis p corpus diffundit, ea uero p exornationes efficitur. Illitus: tinctus. i. uanus & fictus. Fuco: adulterino colore. Nam fucus color est quidam, q græce df: de quo Xenophon in pædia Cyri. Quidam inquit oculorum inferiores palpebras quodam fuco depingentes decorem gratissimum in aspectu contrahunt. Fucus

Confirmandus: instruẽdus. Verbis & sententiis: qbus exornationes conficiunt. Qui utuntur. i. athletæ: qui præludia faciunt.

Vitandi:nam prælodentes hoc præcipue spectant ut ictum inferre, ac declinare discant:in quo est ét iucunda quædam:& mira corporis agilitas:qđ item orator confirmando:ac refellendo seruare debet:ut cum uenustate utrunq perficiat:hoc est exornationis dignitate. Dicit aũt uerba ita parata esse debere:ut collocata decorem afferant:sententiæ uero:ut dignitatem & elegantiam:nam illa exornant, hæc honestant orationem. Innumerabiles:nunc pene innumerabiles dicit esse exornationes. Interest:inter figuras uerboꝝ, & sentẽtiaꝝ. Admonendos:quia dixit permutatis uerbis tolli dignitatem uerboꝝ:remanere ſniaꝝ:ideo putat admonendos qoæ hic obseruãda sit rõ. Translatis: ab animatis ad inaiata, & econuerso. Fictis:nouis per declaratioẽ:uel cõpositioẽ. Peruetustis:priscoꝝ uerbis. In perpetua: de qua nunc locuturi sumus. Perpetua.i.cõtinuatis uerbis. Leni.s.ne hiolca sit, & aspera uerborum concursio. Frequẽtanda.i.celebranda.

Nam & cõmoratio:dixit cõtinuatis uerbis lumina qoasi quædam effici, quæ exornationes uerboꝝ sunt, & sententiaꝝ. Et de singulis primo succincte tractat:quaꝝ noia quædam in arte noua dixit: quædam mutatˀ: alia nunc primum ponit. Eſt aũt cõmoratio sob eodem noie:cũ in uno firmo argumento diutius cõmoramur. Vna in re:ostendit quam uim habeant hę exornationes. Explanatio: hanc in arte noua declarationẽ uocat. Sobiectio:ut tum primum res geri uideaſ. Ad illustrandũ:ut intelligaſ si obscurũ. Amplificandũ:euoluendũ:ut perspiciaſ si latẽs fuerit. Quantũ efficere oro: in narranda re, & exponenda uñ id ita eẽ oidebit qđ augere uoluerimus. Significatio: liptote cũ minus dicimos:& plus significamus. Cõcisa breuitas: hæc & in arte noua tractanſ. Extenuatio:& hæc itẽ cũ res extenuaſ magna. Illusio: ironia, quã & Cæsar in facetiis uim maximã habere dixit. Ab re:non lõga. Hæc fit delectationis:aot rei alicuius declarãdæ gratia:q̃ ne remota sit nimis cauendum est. Conclusio: qoæ breui argumentatione ex his:quę aut dicta sunt, aot facta concludit:quod necessario consequitur. Iteratio: hæc expolitio est cũ rem unam diuersis modis dicimus. Superlatio:hyperbole:augendi minuendiue cã supra ueritatẽ aliquid extollit, aut deprimit. Dissimulatio:quã itidem n ocauit: cũ rebus mutis sermonẽ damos. Huic interrogationi:hæc subiectio dr̃ cũ percunctamur, quibus rõnibus aliquid fieri potuerit:aut non potuerit:deinde nobis ipsi respondemus. Dubitatio:com dubitamus utrum potius de duobus: quidue potissimum de pluribus dicamus. Distributio:cum in uaris personis res diuersas distribuimus. Correctio:cum uerbo minoris significationis proposito:aliud maioris afferimus. Vel ante:ut inimico etiam placari soles nedom amico. Vel postqoam:ut amicus tuus:uel potius noster. Vel cum aliquid a te ipso reiicias:ut quodnam hoc consilium meum:immo uero tuum. Præmonitio uero: hæc licentia qua nos præparamus:cum nobis aliquid assumimus in eos:quos uenerari: aut metuere debemus:& cum in alium traicimus:hoc est conferimus culpam: idq dissimulantes facimus per licentiam.

uitandi: aut feriendi rõnem esse habẽdam putent: sed ẽt ut cum uenustate moueantur:sic uerbis quidem ad aptam cõpositionem:& condecentiã: sententiis uero ad grauitatem orationis utatur:ut ii:q in armoꝝ tractatione uersanſ. Formantur aũt & uerba & ſniæ pene innumerabiles: qđ satis scio notum esse uobis: sed inter cõformationẽ uerboꝝ:& ſniaꝝ hoc itẽrest: q uerboꝝ tolliſ:si uerba mutaris:ſniaꝝ permanet: quibuscunq uerbis uti uelis. Quod quidem uos & si facitis: tñ admonẽdos puto:ne quid esse aliud oratoris puteris: qđ quidẽ sit egregium:atq mirabile:nisi in singulis uerbis illa tria tenere:ut translatis utamur frequẽter: interdũ q factis:raro aũt ẽt peruetustis. In perpetua aũt orone cũ & coniunctionis lenitatem:& numeroꝝ: quã dixi rõnem tenuerimus:tum est quasi luminibus distinguenda: & frequentãda omnis ratio sententiarum:atq uerborum. Nam & cõmoratio una in re permultum mouet:& illustris explanatio:rerũq:quasi gerantur:sub aspectũ pene subiectio:q̃ & in exponenda re plurimum ualet:& ad illustrandum id:quod exponitur:& ad amplificãdũ: ut iis: qui audient:illud quod augebimus:quantum efficere oratio poterit:tãtum esse uideatur: & huic cõtraria sæpe percursio est:& plus ad intelligẽdum: q̃ dixeris:significatio:& distincte concisa breuitas: & extenuatio:& huic adiuncta illusio a præceptis Cæsaris non abhorrens:& ab re non longa digressio:in qua cum fuerit delectatio:tum reditus ad rẽ aptus:& cõcinnus esse debebit: propositioq quid sis dicturus:& ab eo:quod est dictum:seiunctio:& reditus ad propositum: & iteratio: & rationis apta conclusio: tum augendi: minuendiue causa ueritatis superlatio: atque traiectio: & rogatio: atque huic finitima quasi percunctatio: expositioq sententiæ suæ:tum illa:quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes alia dicentis: ac significantis dissimulatio:quæ est periucunda:cum in orationes non contentione:sed sermone tractatur: deinde dubitatio:tum distributio:tum correctio:uel ante:ut postquam dixeris:uel cum aliquid a te ipso reiicias: præmunitio est etiam ad id: quod aggrediare

& reiectio in alium:cōmunicatio:quæ est quasi cū iis ipsis:apud quos dicas:deliberatio : morum : ac uitę imitatio uel in personis:uel sine illis:magnum quoddam ornamentum orationis:& aptum ad animos conciliandos uel maxime:sępe autem ēt ad cōmouendos.Personarū ficta inductio:uel grauissimum lumen augendi:descriptio:erroris inductio: & in hilaritatē impulsio:ante occupatio:tum duo illa:quæ maxime mouent:similitudo:& exemplū: digestio:interpellatio:contentio:reticentia: comēdatio:uox quædam libera : atq; etiam effrenatior augendi causa:iracundia:obiurgatio : promissio:deprecatio:obsecratio : declinatio breuis a ꝓposito: nō ut superior illa digressio: purgatio:conciliatio:lęsio:optatio:atq; execratio. His fere luminibus illustrant orōnem sententię.Orationis autē ipsius tanq̄ armorum est: uel ad usum cōminatio: & quasi petitio:uel ad uenustatem ipsa tractatio. Nam & geminatio uerborum habet interdum uim : leporem alias:& paulum immutatum uerbum:atq; deflexū: & eiusdem uerbi crebra tum a primo repetitio : tū in extremum conuersio:& in eadem uerba impetus:& concursio:& adiunctio:& progressio:& eiusdem uerbi crebrius positi quædam distinctio:& reuocatio uerbi : & illa : quæ similiter desinunt : aut quæ cadunt similiter: aut quæ paribus paria referuntur:aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam : & conuersio : & uerborum concinna transgressio: & contrarium:& dissolutum:& declinatio : & reprehensio : & exclamatio : & imminutio : & quod in multis casibus ponitur: & quod de singulis rebus propositis ductum : refertur ad singula : & ad propositum subiecta ratio: & item in distributis supposita ratio : & permissio:

Reiectio in aliū : cū superiore coniungiť usq; ad cōmutationem:cū ab his percontari uidemur:qui audiunt & quasi consiliū petere. Deinde nos ipsi rōnes afferimus:q̄ alio noīe rōcinatio dr. Morꝝ:ac uitæ imitatio:notatio hæc dr:cū oniosciuiusq; mores:naturamq; describimus. In personis:de quibus agitur. Quoddam ornamentum:qđ maxime exornat orōnem. Ficta indoctio:hanc confirmationem interpretatus est in arte noua:quæ   dr. Descriptio:ot cū aliquid describimus:ut Cicero:cæsium:rossom:incuruū:naribus aduncis. Erroris inductio:præcisio est cum orōnem præcidimus:ut maius aliquid suspicentur, qui audiunt. Occupatio:cum qđ tacere ꝓtitemur:id potissimum dicimus. Similitudo & exemplum:utrunq; planum est. Verū: hæc oīa planius apud Quintilianū tertio iam anno exposoimus. Digestio:dioisio. Interpellatio:cum personas absentes interpellamus p exclamationē. Contentio:confirmationis & confutationis. Reticentia:cum recidim[9] orōnem:& reticendo plos dicimus, q̄ loquēdo.in ꝓcisione oīno omittimus:qđ dicturi uidebamor.Hic lenios aliqđ dicimus: grauius dicturi tacemus. Cōmendatio:hæc ex laude sumiť clientū. Vox q̄dā libera:hāc exagitationē oocat:cū liberius agimus cōcitādorꝫ iudicū cā. Effrenatior:ut laxis habenis ꝓut uolumus augēdi cā dicamus. Obsecratio:cū petimus uoce humili, ac sobmissa:ut nostri misereanť. Declinatio:cū ab icepto nō nihil diuertimus. Optatio:cū a Diis immortalibus aliquid optamus:& hæ quidē oēs sniaꝝ sunt figoræ:quæ sequunť magis uerboꝝ. Orōnis aūt:hoc ꝓstāt inqt exornationes uerboꝝ: ut orōnis sint:uel adiumēta:uel q̄dā quasi ornamēta. Orōnis: ac si diceret uerbi.

Armoꝝ:nā hæ uerboꝝ exornationes q̄dā quasi arma sunt q̄bus territamus hostē:& petimus:idq; uenustate nō mediocri. Leporē: festiuitatē. Vim:qa dixit armoꝝ adiumēta.

Geminatio:cōduplicatio eiusdē uerbi : aut pluriō iteratio amplificationis:aut cōmiserationis cā. Immutatū uerbū:hæc agnominatio:q̄ fit p additionē uel mutationē syllabæ: uel syllabaꝝ: literæ oel literaꝝ. Repetitio: cū ad idē uerbū rediť in principio positū:ut Scipio Carthaginē deleuit:Scipio Numantiā sustolit &c. Cōuersio : cū in fine repetiť idē uerbū:ut Poenos populus Romanus iustitia uincit:armis uincit:libertate uincit. Impet[9] & conoersio:cū soperiore cōiungiť.Declarat .n.qđ dixit. In extremū:cōuersio. Adiunctio: Distinctio:hæc nominatio dr ī arte noua:ut cū hoīem appellas &c. Siľr desinūt:q̄ similes exit[9] habēt:ut turpiter audes facere:nequter audes dicere. Siľr cadont:in similes casus exeunt. Aut quę paribus paria referūť:cōpar ubi pari formæ numero uerboꝝ membra ꝓnūciantur. Gradatio:cum non prius ad sequens uerbum descenditur q̄ superius repetitum sit:unde & conuersionem dixit:quia ad id qđ ante dictum est conuertimur.Et hæc melior est expositio & uerior. Concinna transgressio:peruersione:aut traiectione uerborum:ut oirtute pro nostra & magnas hic casus omnibus,qui bene sentiunt, attulit solicitudinem. Dissolotum:com de medio tollūtur coniunctiones:ut gere morem parenti:obsequere amicis:obtempera legibus. Declinatio:cum argumentationi firmissime non respondemus:sed intactam relinquimus:aut per irrisionem ꝓterimus. Reprehensio: est cum ipsam argumentationem soloimus necessario:& hæ duæ non ponuntur in arte noua. Exclamatio:cum aliquē inuocamus:ut Te nunc Africane alloquor:& Vos eterni ignes:& nō uiolabile nostrum Testor numen ait. Imminutio:& qđ in multis casibus ponitur.i.agnominatio per casuum mutatione.Nam alterum est alterius expositio. Et qđ de singulis rebus propositis ductum referť ad singula,i.cum singula suo uerbo clauduntur,

Et rursum alia dubitatio:a superiori differens. Nã illa q̃rit de re:hic de uerbo utrũ potius : aut qđ potissimũ dicamus:sicut ẽt correctio:alia uerbi:alia rei. Rõ:ptes argumẽtationis:cũ pponi rõni subiicimus : & est enthymema ex ppositione & ppositionis rõne. Distributio:hãc græci Cic.in arte cõplexionẽ uocat utrinq; cõcludens. Permissio:cũ nos,nřaq; oĩa in alicuius ptãte pmittere dicimus. Dinumeratio:cũ pluribus rõnibus numeratis:qbus aliqđ fieri potuerit,aut nõ potuerit:cæterę tolluntur:una relinquitur. Correctio: cũ leniori uerbo posito grauius ponit:q̃ tã uerboȝ est q̃ sniaȝ. Disputatio : cũ q̃rimus utrum dici cõueniat hoc,an illud: Continuatũ,& interruptũ:illđ polysynthetõ:hoc dialyton. Cic. in arte noua cõcinnationẽ uocat & articulũ. Improuisum quiddã:hoc primũ posuit. Nã in arte noua nõ meminit:cũ aliqđ nos ex improuiso simulamus. Rñsio:hæc est rõcinatio:cũ alicuius rei rõnem ab aliis poscimus. Immutatio:nomẽ ficticiũ de soni noie factũ. Disiunctio: Ordo: Translatio: ut cũ uerbũ lõgius traducit:uñ ẽt traiectionẽ in noua appellauit. Digressio:

& rursum alia dubitatio:& improuisum quiddã:& dinumeratio:& alia correctio:& disputatio: & qđ continuatum:& interruptum:& imago: & sibiipsi responsio:& imutatio:& disiunctio:& ordo : & trãslatio:& digressio:& circũscriptio. Hæc.n.sunt fere:atq; hoȝ similia:uel plura etiã esse possunt: quę sententiis orõnem ; uerborumq; conformationibus illuminent. Quæ quidem te Crasse uideo inquit Cotta:q; nota esse nõbis putes:sine diffinitionibus:& sine exemplis effudisse. Ego uero inquit Crassus:ne illa quidem:quæ supra dixi ; noua uobis esse arbitrabar:sed uolũtati uestrum omnium parui. His autem de rebus Sol me ille admonuit: ut breuior essem:qui ipse iam pręcipitans me quo q; hæc pcipitem pene euoluere coegit. Sed tñ huius gñis demonstratio : & doctrina ipsa uulgaris: usus aũt grauissimus:& in hoc toto dicendi studio difficilimus. Quamobrem : qm̃ de ornatu oĩ orationis:si non sunt oẽs patefacti:at certe cõmostrati loci:nunc quid aptum sit:hoc est:qđ maxime deceat in orõne:uideamus ; q̃q; id quidem perspicuũ est:non omni causæ:nec auditori:neq; personæ:ne q; tpi congruere orõnis unum genus. Nam & causæ capitis alium quendam uerborum sonum requirunt:alium rerum priuatarum:atq; paruaȝ:& aliđ dicendi genus deliberationes : aliud laudationes: aliud iudicia:aliud sermones:aliud consolatio:aliđ obiurgatio:aliud disputatio:aliud historia desiderat. Refert ẽt qui audiant senatus:an populus : an iudices:frequentes:an pauci:an singuli ; & quales ipsi quoq; oratores:qua sint ætate:honore: auctoritate:debent uideri.tempus pacis:an belli: festinationis:an otii. Itaq; hoc loco nihil sane est: qđ præcipi posse uideatur:nisi ut figuram orationis: plenioris:& tenuioris:& itẽ illius mediocris ad id:qđ agimus:accõmodatã deligamus: ornamentis iisdẽ uti fere licebit:alias contentius ; alias summissius: omniq; in re posse:qđ deceat facere:artis:& naturæ est ; scire quid ; quandoque deceat: prudentiæ.

Digressio:uerborum hæc mesis dř:ut Hæc Troiana tenus fuerit fortuna secuta : in snla hypbatos:sed temesis nõ nisi i cõpositis faciẽda ẽ:ut Quo te cũq; uocãt terræ.& Septẽ subiecta trioni. Circũscriptio:piphrasis : alibi circuitio. Sol ille:demõstratiue dixit. Præcipitãs:occidẽs. Præcipitẽ:uelocẽ. Sed tñ: q̃uis pcipitãter dixerim. Huius gñis:exornationũ:q̃ ad uerba,sniasq; ptinẽt. Vsus:exercitatio. In hoc toto dicẽdi:i hac facultate rhetorica. Quãobrẽ: diuisit elocutionẽ in latinitatẽ & elegantiã:deide in ornatũ & aptitudinẽ. Primũ qdẽ de latinitate & elegãtia dixit:subide de ornatu:seq̃t ut nũc de aptitudię dicat:quã græci nři decoȝ uocãt. Nõ oĩ causæ: breuiter qđ sit apte loq p dignitate reȝ,psonaȝ & tẽpoȝ oñdit:ergo oĩ causæ.i.de dignitate; seu q̃litate rei,uel grauis,uel humilis, uel mediocris. Auditori:ut iudices. Personæ : ut oratores. Tpi:ut alia pacis:alia belli orõ:alia spatii lõgioris:alia breuioris. Aliud:uerboȝ genus. Priuataȝ reȝ:ut humile genus. Deliberationis.i.nõ solũ q̃litates.i.materias causaȝ:sed ẽt gña oñdit cõsiderãda:Demostratiuum,deliberatiuũ,& iudiciale. Deliberationes:grãdæ postulat dicẽdi genus.Nã suadere & dissuadere grauibus,maturisq; sentẽtiis,ac rõnibus debet orator. Laudationes: mediocrẽ dicẽdi figurã desiderat:tametsi p amplificationẽ laudemus. Iudicia:ex utroq; cõficit iudicialis gñis orõ. Sermones :docẽtis hũili gñe uersat. Cõsolatio:admonẽtis mediocri gñe uersat. Obiurgatio: rephẽdẽtis grandi gñe. Disputatio:ingrẽtis:hũili gñe rursus. Historiã scribẽtis:sublimi gñe cõstat. Refert:ad rẽ ptinet. Senatus an populus : apud illũ graues:apud hũc uulgares simus. An iudices frequẽtes:q̃a si freq̃ntes pessent grauiore,si singuli humiliore uteremur. Tempus: hactenus de re ac personis : nunç de tpe si ppe rat:est inq̃t breuius: si uacat lõgius dicẽdum.

Plenioris: ad sublime. Tenuioris:ad humile. Mediocris:ad cõe. Fere:ideo dixit:q̃a aliæ exornationes aliis causis accõmodatiores sunt. Contentius:cum utimur exornationibus ad confirmandum. Summissius: ad ornandum. Artis & naturæ:quia utraq; docet quid docendũ sit. Nã principia artis a natura proficiscunt.

SED hæc

Sed hæc ipsa oia perinde erunt: ut aguntur: actio inq̄ in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo pōt: mediocris hac instructus summos sæpe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dr: cum rogaretur qd in dicendo esset primum: huic secundas: huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Aeschine dictum uideri solet: qui: cum pp ignominiā iudicii cessisset Athenis: & se Rhodum contulisset: rogatus a Rhodiis legisse fert͛ orōnem illam egregiam: quā in Cthesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua perlecta: petitum est ab eo postridie: ut legeret illam ētiā quæ erat contra a Demosthene ꝑ Cthesiphonte edita: quā cū suauissima: & maxima uoce legisset: admirantibus oibus: q̄to inquit magis admiraremini: si audissetis ipsum? Ex quo satis significauit: q̄tum esset in actione: qui orōnem eandem aliam fere putarit: auctore mutato. Quid fuit ī Graccho? quem tu Catulle melius meministi: qd͛ me puero tantope ferretur? Quo me miser conferā? quo uertā? in Capitolium ne? at fratris sanguine redundat. an domum? matrem ne ut miseram: lamentantemq̄ uideam: & abiectam? quæ sic ab illo acta esse cōstabat oculis: uoce: gestu: inimici ut lachrymas tenere non possent. Hæc eo dico pluribus: q̄ genus hoc totum oratores: qui sunt ueritatis ipsius actores: reliquerunt: imitatores aūt ueritatis histriones occupauerunt. Ac sine dubio in omni re uincit imitationem ueritas: sed ea si satis in actione efficeret ipsa per sese: arte profecto nō egeremus. uerum quia animi permotio: quæ maxime aut declaranda: aut imitāda est actione: perturbata sæpe ita ē: ut obscuretur: atq̄ pene obruatur: discutienda sunt ea: quæ obscurant: & ea: quæ sunt eminentia: & prompta suméda. Omnis.n. motus animi: suum quendam a natura habet uultum: & sonum: & gestū: corpusq̄ totum hominis: & eius oīs uultus: oēsq̄ uoces: ut nerui ī fidibus ita sonāt: ut a motu animi quoq̄ sunt pulsæ. Nam uoces: ut chordæ sunt intentæ: quæ ad quemq̄ tactum respondeant: acuta: grauis: cita: tarda: magna: parua: quas tñ inter oēs est suo quoq̄ in genere mediocris. Atq̄ etiam illa sunt ab his delapsa plura gña: lene: asperum: contractum: diffusum: continenti

SED hæc oia: penultimo expedito capite: q̄uo.s. apte loq possit orator: nūc ultimum, id qd͛ reliquū erat, aggredit͛ de ui ꝓnūciationis. Peride erūt ut agunt͛: talia sūt quēadmodū ꝓnūciamus: qa hæc oia iā lōga disputatione ꝑcepta ēt si seruarent͛ sine ꝓnūciatiōe cōgrua nihil aut paꝝ ualerēt. Ab Aeschine: hoc idē Gel. refert. & Pli. i na. hist. Aeschines igr Atheniēsis summus orator: cū accusatione fuerat usus Rhodiis legisset: legit & defensionē Demosthenis: q̄ i illud depulsus fuerat exiliū: mirātibusq̄ tū magis fuisse miraturos dixit: si ipsum orātē audiuissent: calamitatis testis ingēs factus inimici. Propter ignominiā iudicii: q̄ a Demosthene supat⁹ fuisset. In: cōtra Cthesiphōtē. Nā Socra. orōnē ꝓ Cthesiphōte habuit. Admirātibus: Rhodiis.s. Quo rñso.s. q̄tū eēt i ꝓnūciatiōe.i. q̄tā ui hēet ꝓnūciatio. Auctore mutato: qa si alius ꝓnūciasset: aliā fecisse uideri orōnē. Quid fuit post cōmendationē: nūc ea, cuiusmōi eē dēat, ꝑcepta tradit. Auctoritate ui ī cōmēdauit actiōis: nūc exemplo idē facit dicēs mirifice hoc ī Graccho apparuisse: cū fris mortē defleret. Quo me miser: cū C. Gracchus Tiberii fris legē agrariā exuscitaret his uerbis i cōciōe utebat͛. sesus ē: Locū ibi nec ī ciuitate relictū: nisi po. ro. fide iuuet. In Capitoliū ne? ibi.n. a Scipiōe Nasica frāt oppssus fuerat. Miserā: mœstā. Lamētātē: filiū tā crudelit͛ cęsū. Abiectā: sordidā, & squalescētē. Inimici: si inimici fiebāt: qd cęteri? Hæc eo dico: usq̄ adeo ꝓnūciationē cōmēdo: qa oratores i eo q̄to sūt negligētiores: tāto magis ad monēdi uidēt͛. Histriōes: q̄ si uera narrāt: & plerūq̄ nec uerisilia. Occupauerūt: usurpauerūt sine dubio i oi re: occurrit q̄oni ipsaꝫ p se ueritatē satis ualere posse sine imitatione. Vicit: qa plus uirtū ueritas hēt q̄ imitatio. Declarāda: cū rē uerā exponim⁹. Imitāda: cū uerisimilē dicim⁹. Vl͛ declarāda uerbis: imitāda gestib⁹. Obruat͛: opprimat͛. ut secerni si possit: plus ē q̄ obscurari. Discutiēda: eiiciēda: trāslatio a Sole, q nubes discutit. Eminētia: appentia. Prōpta: manifesta. Ois.n. motus: post ꝓnūciatiōis cōmēdationē nūc ea, cuiusmōi eē dēat, ꝑcepta tradit. Ois .n. mot⁹: iræ: misericordię: idignatiōis: lēitatis: mansuetudinis. A natura hēt uultū: qa si ad idignationē cōcites: natura monet: ut terribilē uultū. si ad misericordiā, flebilē. & sic de cęteris p cuiusq̄ affect⁹ q̄litate. Totūq̄ corp⁹ toti⁹ corpis motū minabūdū, placabūdū, lenē, uehemētē, summissū. Ai: ul͛ cōmiserātis, ul͛ idignātis: ī citātis uel leniētis. Voces: qa uoces i hoīe sunt q̄dā q̄si chordæ in cithara. Est āt fides citharæ genus: sic dicta (ut Festo placet) q̄ ita eius chordæ iter se cōueniāt: sicut fides iter hoīes. Fides Cita: uelox. Acuta: itēsa, & acris. Grauis: remissa, & plena seueritatis. Magna uox: canora: magna: & altitona. Parua: modici toni. Quas tñ iter: qa ī cita uel ī acuta eē: ut res postulat͛ uidebit͛. His: ꝑdcis uocib⁹. Plura gña.s. orōnis: qa alia aliis ꝓnūciāt͛ uocib⁹: sicut ip̄e cōtinuo d̄clarat: ut lene, aspeꝝ, cōtractū, diffusū cōtinēti spū &c. Plura: qa i unū d̄riuāt͛. Lene: mite. Cōtractū: abbreuiatū. Diffusū: ꝯtio oppositū. Nā lene & ꝯctū i humile. Aspeꝝ: diffusū i graue.

ſpiritu:intermiſſo:fractū:ſciſſum:flexo ſono:attenuatum:inflatum. Nullum eſt enim horum ſimilium generum:quod non arte:ac moderatione tractetur:hi ſunt actori:ut pictori expoſiti ad uariandum colores. Aliud enim uocis genus iracundia ſibi ſumat: acutum:incitatū:crebro incidens. Impius hortatur me frater: ut meos malis miſer Mãderem natos:& ea:quę tu dudum Antoni protuliſti. Segregare abs te auſus: & Ecquis hoc animaduerterit? uincite:& Atreus fere totus. Aliud miſeratio:ac mœror:flexibile:plenum:interruptum:flebili uoce. Quo nūc me uertam? quod iter incipiã ingredi? Domum paternam ne? an ne ad Peliæ filias? & illa. O pater o patria:o Priami domus:& q̄ ſequuntur. Hæc omnia uidi inflammari: Priamo ui uitam euitari. Aliud metus:demiſſum:& hęſitans:& abiectū. Multis modis ſum circumuentus: morbo:exilio:atq; inopia: Tum pauor ſapientiam mihi omnem exanimato expectorat: Alter terribilē minitatur uitæ cruciatum:& necem: quæ nemo ē tam firmo ingenio:& tanta confidentia: Quin refugiat timido ſanguine:atq; exalbeſcat metu. Alid uis:contentum:uehemens:imminens:quadam incitatione grauitatis. Iterum Thyeſtes Atreum attractum aduenit: Iterum iam aggreditur me: & qetum exuſcitat: Maior mihi moles; maius miſcendū eſt malum: Qui illius acerbum cor cōtundam: & comprimã. Aliud uoluptas:effuſum:lene: tenerū: hilaratū:ac remiſſum. Sed mihi cum tetulit coronam ob collocandas nuptias: Tibi ferebat:cum ſimulabat ſeſe alteri dare: Tum ad te ludibunda docte & delicate detulit. Aliud moleſtia: ſine commiſeratione graue qddam:& uno preſſu: ac ſono obductum: Qua tempeſtate Paris Helenam inuptis iunxit nuptiis: Ego tum grauida expletis iam fere ad pariendum menſibus: Per idem tempus Polydorum Hecuba partu poſtremo parit. Omneis autē hos motus ſubſequi debet geſtus non hic uerba exprimens ſcænicus:ſed uniuerſam rem & ſententiam non demonſtratione:ſed ſignificatione declarans:laterum inflexione:hac forti & uirili:non ab ſcæna & hiſtrionibus:ſed ab armis: aut etiam a palæſtra ſumpta. Manus autem minus arguta: digitis ſubſequens uerba non exprimens: brachium procerius proiectū quaſi quoddam telum orõnis:

Spiritu:ut uno ſpiritu multa dicamus. Intermiſſo:ut mēbris cædatur oro. Fractum: tremula uoce:cum metū ſignificamus. Sciſſum:ſolutū:cū & mēbris,& ſermonibus ipſis .i. uerbis ſingulis interūpit oro. Flexo:a graui ad acutū:a mediocri ad utrāq;. Inflatū:intēſum. Attenuatū:remiſſum. Aliud:declarat exēplis:quõ uariis gñibus orõnis uariæ poſitæ ſint uoces. Cōtinenti ſpiritu.i.nō intermiſſo:ſed uoce diuerſa. Nā lene, paruã,& grauē uocē:aſperū,magnā,& acutā deſiderat & ſic de cæteris. Et ſic apparet oia gña orõnis in tria deriuari: & ſpēs uocis. item oēs in tres: ſtentā, remiſſā, mediocrē. Impius me: Thyeſtes ad populū de fratre Atreo. Aliud miſeratio:pergit diuerſos pnunciandi modos diuerſis exemplis oſidere:docens ſingula ſuam pnūciationē regrere p cuiuſq; rei qualitate, uel lætę, uel mœſtæ, uel grãdis, uel hūilis, uel mediocris, uel acris. Flexibilē:q flectere poſſit auditores. Plenū:q ſniam abſoluat. Interruptū:ut iteruallis qbuſdā uerba pnūciet.

Flebili uoce:ut uox fletū imitet. Quo nūc me:uerba Medeæ pulſæ a Iaſone ſuperinducta Creuſa. Quo:tēdā inqt. Patrē: Aeetā, quē pdiderit. Peliæ:cuius filias in patris cædē ppulerat. Aliud.ſ. pnūciãdi genus. Demiſſum:humili uoce. Hæſitãs: trepidus qd agat. Abiectū:remiſſum. Timido ſanguine:ſanguis.n.extrema corpis deſerēs ad cordis opē cōcurrit timore iminēte. Cōtētū:itē ſuã. Vehemēs:ſpū uehemētiore. Imminēs: crebro inſiſtēs. Grauitatis:aſpiratis:ut in ea cōcitatione qdā iſit aſpitas. Aliud:genus uocis.ſ. Effuſū:paſſim ſolutū.i. diſſolutū. Lene:humanū. Remiſſum:ſine ulla itētione.

Cū ſimulabat:puella. itroducit.n. adoleſcēs alioqn adoleſcētē, cui⁹ amica ut diſſimularet amorē, coronā ſocio eius detulit:quē amabat qd is q eã accepat, itellexit: & ſodali declarauit. Delicate:delitiis ſimile:hęc oia lęta enūciant uoce feſtiua. Aliud moleſtia:qa moleſtia plerūq; hēt cōmiſerationē. Preſſu:cōpſſiōe:ut una eadēq; uoce, & orone cōtinua utamur nullis iteruallis. Qua tēpeſtate: uerba Andromachę dicētis ſe Aſtianacta cōcepiſſe: quo tpe Paris Helenã uexit ad Troiã. Oīs ãt hos mo. hactenus de uoce: nūc de geſtu dicere icipit. Hos:ſiue cōciliãdi:ſiue cōcitãdi:ſiue exhilarãdi:ſiue triſtificãdi. Scænicos:quē in ſcęnis hiſtriones obſeruãt. Sz geſt⁹ debet cōſeq:ſed uniuerſã rē nō uerba:ſed ſenſus rei:de q̄ agit. Demōſtratione:ut eã q̄ſi demōſtrare uelle uideat nimio corpis motu. Sed ſignificatiōe:ut ſigno aliquo corpis modeſtiore explicare uideamur:qd itēdimus. Inflexione: mediocri laterū mutatione: put rei q̄litas poſtulabit. Virili:nō effœmiata. Ab armis:a certamine uero. A palæſtra: ab imagine certaminis. Nam palæſtra pro oī præludio accipitur. Arguta:uelox,audax:alias canorum:alias breue. Subſequens:poſt ſenſus. Nam quæ ſenſus, uerba:quæ uerba ſubſequitur, geſtus eſt. Brachium:procerius hoc fit in contentione:quæ propria eſt confirmationis, & confutationis:nonnunquam etiam in amplificatione.

Palæſtra
Arguta

Supploſio

supplosio pedis in contentionibus:aut incipiẽdis: aut finiẽdis. Sed in ore sunt oĩa. In eo aũt ipso dñatus est oĩs oculoꝝ:quo melius nři illi senes:qui per sonaꝝ:ne Rosciũ quidem : magnopere laudabãt. Animi est.n.oĩs actio:& imago aĩ uultus est: indices oculi:nam hæc est una pars corporis : q̃ quot aĩ motus sunt:tot significationes:& cõmutationes possit efficere.neq; uero est quisq̃:qui eadem contuens efficiat: Theophrastus quidem Tauriscum quendam dicit actorem auersum solitum esse dicere:qui in agẽdo cõtuens aliquid: ꝓnũciaret. Quare oculoꝝ est magna moderatio.nam oris non est nimiũ mutanda spẽs:ne aut ad ineptias: aut ad prauitatem aliq̃ deferamur. Oculi sunt:quoꝝ tũ intentione:tũ remissione:tũ coniectu:tũ hilaritate:motus aĩorum significemus apte cũ gñe ipso orõnis. Est.n.actio quasi sermo corporis: quo magis menti cõgruens esse debet. Oculos aũt natura nobis:ut equo:& leoni setas:caudam:aures: ad motus aĩoꝝ declarandos dedit. Quare in hac nřa actione secũdum uocẽ uultus ualet:is aũt oculis gubernat̃. At q; in iis oĩbus:quæ sunt actionis:inest quædã uis a natura data.quare ẽt hac imperiti:hac uulgus:hac deniq; barbari maxime cõmouent̃. Verba.n.neminem mouent:nisi eum:qui eiusdẽ linguæ societate cõiunctus est:sñiæq; sæpe acutæ:nõ acutoꝝ hoĩum sensus ꝑteruolãt:actio:quę præ se motũ aĩ fert:omneis mouet. iisdem.n.oĩum aĩ motibus cõcitant̃: & eos iisdem notis:& in aliis agnoscunt : & in seipsi iudicant. Ad actionis aũt usum:atq; laudẽ:maximam sine dubio partẽ uox obtinet; q̃ primũ est optanda nobis:deinde:q̃cunq; erit:ea tuenda: de quo illud iam nihil ad hoc præcipiendi genus quemadmodũ uoci seruiat̃:equidẽ magnopere censeo seruiendum. Sed illud uř ab huius nři sermonis offõ non abhorrere:qđ (ut dixi pauloante) plurimis ĩ rebus:qđ maxime est utile:id nescio quo pacto ẽt decet maxime.nã ad uocẽ indicẽdo obtinẽdã nihil est utilius:q̃ crebra mutatio:nihil pniciosius:q̃ effusa sine itermissione cõtẽtio. Quid ? ad aures nostras:& actionis suauitatẽ:qd ẽ uicissitudine : & uarietate:& cõmutatiõe aptius? Itaq; idẽ Gracchus: qđ potes audire Catulle ex Licinio cliẽte tuo lřato homine:quem seruum sibi ille habuit ad manum: cũ eburneola solitus est habere fistula : qui staret occulte post ipsum:cum concionaretur: peritũ hominem:qui inflaret celeriter eũ sonũ: quo illũ aut remissum excitaret; aut a contentione reuocaret,

Supplosio:supplodere:est pedem terrę incutere:qđ ab oratore interim fieri solet. Sed in ore:post corporis motus : de gestibus uultus nunc dicere incipit. Ore : uultu. Dñatus: oculi principatum obtinẽt. Quo : pp quid. Supplodẽ

Ne Roscium quidem:eo q iphus personati oculos uidere non poterant: ex quibus mentem eius agnoscerent. Est animi: ad animũ pertinet. Melius.s.iudicabant Roscium:qui oibus ꝑstabat. Nã:uere oculi aium idicãt & uultũ. Neq; uero:rõ q hęc pars corpis significãdo,& cõmutãdo motus aĩ referat: q̃a siqs uno obtuitu pronũciet: nihil efficiet. Theophrastus:probat auctoritate Theophrasti. Quare : q̃siquidẽ tãta uis est in oculis. Qui in agendo cõtuens.i.cum fixis in aliquẽ oculis dicimus. Remissione:ut si commiseratione utaris:quemadmodum illud Virg. Hunc ego te Euriale aspicio &c. Cõiectu:si oculos in aliquem repente conieceris. Vt hic ille nostrorum proditor consiliorum. Hilaritate: quia si quid lætum dixeris : debes oculorum hilaritatem cum lætitia significare. Apte: congrue. Cum genere ipso:cum rei qualitate. Secundum uocem : idest post uocem.

Quæ sunt actionis : quæ pertinent ad pronunciationem:a natura data: quia natura ipsa uidetur instruxisse genus actionis. Præteruolant : prætereunt. Iisdem : quibus ipsi utuntur. Agnoscunt:an: idonei sint. Et in seipsi iudicant:naʒ quos in aliis ualere cognouerint:aut contra eos in se tales esse iudicabant. Ad actionis autem usum:hactenus de gestibus corporis, & præcipue oculorum & uultus : ubi maiorem uim inesse disputauit: nunc de mollitudine uocis:nũc intendendæ nũc remittendæ. Vox obtinet : uoce pars magna paratur uel perditur utilitatis & laudis. Primum optanda uox:quia naturale bonum est:sed a natura datum conseruari potest diligentia. De quo:ut dicam quomodo uox seruari possit. Nihil : quia medicorum est & sophistarum. Illi remediis : hi declamationibus uocẽ conseruant, ac meliorem etiaʒ reddunt. Illud : quomodo uox teneatur. Decet:decorum est. Hoc & superius disputauit in omnibus ferme rebus:uel natura creatis: uel arte excogitatis : quicqd utile esset ac necessarium:idem gratum etiam esse:atq; iucundum. Nam primo docet quæ utilia sint uoci:deinde probat eadem decora, iucũdaq; esse. Crebra mutatio : remisse ad intensam mediocris ad utranq;. Effusa:dissoluta, immoderata, & effrenis. Nam siquis a cõtentione inciperet:in ipso pronunciandi cursu deficeret. Aptius: conuenientius. Vicissitudine:ut intensa mediocri:hæc illi plerunq; cedat. Varietate : ut uarientur uoces, uarios effectus imitantes. Commutentur:aliæ cũ aliis. Habuit ad manum:idest paratum habuit:quotidiana locutio. Peritũ:eruditũ.s.

Remissum excitaret:remissa uoce uteretur.

Audiui me hercule inquit Catullus: & sæpe sum admiratus hois cum diligentiam: tum ẽt doctrinã & scientiam. Ego uero inquit Crassus: ac doleo q̃dem illos uiros in eam fraudem in repu. esse delapsos: q̃q̃ ea tela texitur: & ea icitatur in ciuitate ratio uiuendi: ac posteritati ostẽditur: ut eoꝝ ciuium quos nostri patres non tulerunt: iam similes habere cupiamus. Mitte obsecro iquit Crasse Iulius sermonem istum: & te ad Gracchi fistulam refer: cuius ego nondum plane rõnem intelligo. In oĩ uoce inquit Crassus: est quiddam medium: sed suum cuiq; uoci: hinc gradatim ascẽdere uocem utile & suaue est. nam a principio clamare agreste quiddã est: & illud idem ad firmandum est uocem salutare. deinde est quiddam contentiõnis extremum: qđ tñ interius est: q̃ acutissimus clamor: quo te fistula progredi non sinet: & tñ ab ipsa contentione reuocabit. Est item contra quiddam in remissione grauissimum: quoq; tanq̃ sonorũ gradibus descenditur. Hæc uarietas: & hic per oẽs sonos uocis cursus: & se tuebitur: & actioni afferet suauitatem: sed fistulatorem domi relinquetis: sensum huius consuetudinis uobiscum ad foꝝ deferetis. Edidi quæ potui: non ut uolui: sed ut me tpis angustię coegerũt. Scitum est. n. causam conferre in tps: cum afferre plura si cupias: non queas. Tu uero inquit Catullus: collegisti oĩa: quantum ego possum iudicare: ita diuinitus: ut non a Gręcis didicisse: sed eos ipsos hęc docere posse uideare. Me quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo: ac uellem ut meus gener sodalis tuus Hortensius affuisset: quem quidem ego confido oĩbus istis laudibus: quas tu orõne complexus es: excellentem fore. Et Crassus fore dicis inquit? ego uero esse iam iudico: & tũ iudicaui cum me consule in senatu causam defendit Africæ: nuperq; ẽt magis cum pro Bithyniæ rege dixit. Quáobrem recte uides Catulle: nihil enim isti adulescenti: neq; a natura: neq; a doctrina deesse sentio: quo magis est tibi Cotta: & tibi Sulpiti uigilandum: ac laborandum. Non enim ille mediocris orator uestræ quasi succrescit ætati: sed & ingenio peracri: & studio flagranti: & doctrina eximia: & memoria singulari. cui q̃q̃ faueo: tñ illum ætati suæ præstare cupio: uobis uero illum tanto minorem præcurrere uix honestum est. Sed iam surgamus inquit: nosq; curemus elati: & aliq̃n ab hac cõtentione disputationis aĩos nr̃os: curãq; laxemus.

Audiui: s. fidet Catul. recte sentire Cras. q̃ illorum Gracchi clientẽ agnouerit. Illos uiros. .i. Tiberium: & C. Grac. Fraudẽ. i. pœnam. Sed tñ aliud est fraus, aliud pœna: quẽadmodum Vulpi. sentit. Fraus inquit sine pœna eẽ põt: pœna eẽ sine fraude esse non põt. Pœna est noxę uindicta. fraus ẽt ipsa noxa dr̃. Quanq̃: deplorat hic Cras. ciuitatis statum. Ea tela tex: i. ĩs in ciuitate mos instituit. Posteritati: eoꝝ: qui post nos uenturi sunt. Similes: T. & C. Gracchis. Non tulerunt: passi non sunt. Mitte: pergẽtem deplorare Crassum: ab eo sermone reuocat Iulius. In omni uoce reddit quod omiserat: cur fistulæ mentione3 fecerit. Gradatim: quia principia lenia esse debẽt. Deinde est quiddam: cum sensim ad contentionem perueneris inquit cauendum est ne acutissimam ascendas. Quam acutissimus: idest sonus uocis supremus: quem uox transcendere nequit. Interius: humilius.

Quo: ad quem clamorem acurissimum. i. rũ eburneola fistula. Quinti. hoc idem libro. i. Institutionum oratoria um refert. Ait enim: Sed ne hæc quidem præsumenda pars est: ut uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi præcipui suorum temporum oratoris: cui concionanti consistens post eum musicus fistula: quam tonarion uocant: modos, quibus deberet intendi, ministrabat. Fore dicis: hoc loco manifeste appatet: quid differat inter fore & esse. Illud enim de præsenti: hoc de futuro dicitur. Remissione: declinatione ad infimum. Gradibus: sonorum ordinibus: ut in musica uidemus. Varietas: quia inter se uariantur. Edidi: nunc disputationem suam claudit Crassus. Sed ut me: ac si diceret: longius si uacasset disseruissem. Scitum: sapiẽs.

Tonarion. Fore & esse quid differat.

Conferre. i. ad tempus orationem accommodare: ut pro tempore dicas breui, siue longo. Afferre: tradere. Diuinitus: quasi non humana præcepta fuerint, sed diuina potius.

A Græcis: non quasi Græcorum discipulus sed doctor affuisset huic disputationi. Omnibus: quæ ad oratorem pertinent. Causam Africæ: quia obiectum fuerat Africæ: q̃ primo contra fœdus classem: exercitumq; parasset in Numidiam. Bithyniæ rege: cui obiectum est q̃ Hannibalem hostem popu. Ro. suscepisset hospitio. Isti: Hortensio. Vigilandum: ne nos uincat adulescens. Suæ ætati: satis est si supra ętatem eloquens existit. Vix honestum: ac si diceret: non cupio: quod uix honestum esset. Præcurrere: anteire. Curemus: curamus. n. corpora iis ferme modis: cibo: somno: lauacro. Laxemus: soluamus, liberemus. Translatio ab aratore, qui boues finito opere disiungit ab aratro.

M. T. C. de oratore libri tres una cum commentariis Omniboni Leoniceni Rhetoris præstantissimi expliciunt.

MARCI TVLII CICERONIS DE PERFECTO ORATORE AD.M.BRVTVM LIBER INCIPIT.

VTRVM difficilius: aut maius esset negare tibi sæpius idé roganti: an efficere idiqd rogares: diu: multúq; Brute dubitaui. Ná & negare ei: qué unice diligeré: cuiq; me carissimú eé sentiré: pserti & iusta peteti: & pclara cupiéti: duræ admodú mihi uidebaẽ: & soscipe tátá ré, q̃tá non mõ facultate cõseq difficile esset: sed ét cogitatione cõplecti: uix arbitrabar eé eius: q uereret reprehésioné doctoꝝ atq; prudentiú. Quid.n.est maius: q̃ cú táta sit inter oratores bonos dissimilitudo: iudicare: quæ sit optima spés: & quasi figura dicédi: Quod quoniam me sæpius rogas: aggrediar: nõ tá pficiũdi spe: q̃ experiũdi uolũtate. Malo.n.cú studio too sim obsecutus: desiderari a te prudétiá meam: q̃ si id nõ fecerim: bñuolétiá. Quæris igiẽ: idq; iá sæpius: qd eloquẽtiæ genus probé maxime: & quale mihi uideaẽ illud: cui nihil addi possit: qd ego summú & perfectissimũ iudicẽ. In quo uereor: ne: si id: qd uis, effecero: eúq; oratoré: qué qris: expressero: tardé studia multoꝝ: q desperatiõe debilitati: experiri id nolét: qd se asseq posse diffidant. Sed par est oẽis oia experiri: q res magnas & magnope expetédas cõcupiuerũt. Quod si qué aut natura sua: aut illa pstátis igenti uis: forte deficiet: aut minus instructus erit magnaꝝ artiũ disciplinis: teneat tñ eú cursum: qué poterit: prima.n. seqoẽté: honestũ est in secũdis: tertiisq; cõsistere. An in poetis: nõ Homero soli locus ẽ (ut de Grecis loquar) aut Archilocho: aut Sophocl: aut Pidaro: sed horũ uel secũdis: uel ét infra secũdos. Nec uero Aristotelẽ in phia deterruit a scribédo amplitudo Platonis. Nec ipse Aristoteles admirabili q̃dá sciétia: & copia cęteroꝝ studia restrixit. Nec solú ab optimis studiis excellétes uiri deterriti nõ sunt: sed ne opifices qdé se artibus suis remouerũt: qui aut Hyalisi: quez Rhodi uidimus, nõ potuerũt: aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari. Nec simulachro Iouis olympii: aut Doryphori statua deterriti: reliq minus expti sunt: qd efficere: aut quo pgredi possent. Quoꝝ táta multitudo fuit: táta in suo cuiusq; genere laus: ut cú summa miraremur: inferiora tñ pbaremus. In oratoribus uero: Græcis qdé: admirabile est: quátú inter oẽis unus excellat. Attamé: cú esset Demosthenes: multi oratores magni & clari fuerunt: & antea fuerant: nec postea defecerunt. Quare non est: cur eoꝝ: q se studio eloquentiæ dediderunt: spes infringaẽ: aut láguescat ĩdostria. Ná neq; illud ipsum qd est optimũ: desperádú est: & in pstantibus rebus magna sunt ea: quæ sunt optimis proxima. Atq; ego in summo oratore fingendo talem informabo: qualis fortasse nemo fuit. Non.n. quæro qs fuerit: sed quid sit illud: quo nihil possit esse præstãtius: qd in perpetuitate dicédi non sępe: atq; haud scio: an unq̃: in aliqua auté parte: eluceat aliqoando: idẽ apud alios densius: apud alios fortasse rarius. Sed ego sic statuo: nihil esse in ullo genere tá pulchrum: qoo non pulchrius id sit: unde illud: ut ex ore aliquo quasi imago: exprimatur: quod neq; oculis: neq; auribus: neq; ullo sensu percipi potest: cogitatione tñ: & mente complectimur. Itaq; & Phidiæ simolachris: qoibus nihil in illo genere pfectius uidimus: & his picturis: quas nominaui: cogitare tñ possumus pulchriora. Nec uero ille artifex: cum faceret Iouis formam aut Mineruæ: contemplabatur aliqué: e quo similitudiné duceret: sed ipsius in mẽte insidebat species pulchritudinis eximia quædam: quá intuẽs: in eaq; defixus: ad illius similitudinem artem: & manum dirigebat. Vt igitur in formis & figuris est aliquid perfectum: & excellens: cuius ad excogitatam spém imitando referuntur ea: q sub oculos ipsa nõ cadũt: sic perfectæ eloquẽtiæ specié animo uidemos: effigiẽ auribus quærimus. Has reꝝ formas appellat ideas ille nõ intelligẽdi solũ: sed etiá dicédi grauissimus auctor, & magister Plato: easq; gigni negat: & ait semp eé: ac rõne & intelligẽtia cõtineri: cætera nasci: occidere: fluere: labi: nec diutius eé uno & eodem statu. Quicqd est igiẽ, de quo rõne: & uia dispuṫeẽ: id est ad ultimá soi generis formá, speciẽq; redigẽdũ. Ac uideo hác primá ingressioné meá nõ ex oratoris disputatiõibus ductá: sed media phia repetitá: & eam qdẽ cum antiquá: tú subobscurá: aut reprehẽsionis aliqd: aut certe admirationis habiturá. Ná aut mirabuntur: qd hæc pcineát ad ea, quæ quærimus: qbus satisfaciet res ipsa cognita: ut nõ sine cá alte repetita uideatur: aut rep̃hendent, q inusitatas uias indigamus: tritas relinquamus. Ego auté & me sæpe noua uideri dicere intelligo: cú peruetera dicá: sed inaudita plerisq;: & fateor me oratoré: si mõ sim: aut ét qcunq; sim: non ex rhetorú officinis: sed ex academiæ spatiis extitisse. Illa enim sunt curricula multiplicium, uariorumq; sermonũ: in qbus Platonis primum sunt impressa uestigia: sed & huius, & alioꝝ phoꝝ disputationibus & exagitatus maxie orator est, & adiotus. Oís enim ubertas, & q̃si siloa dicendi ducta ab illis est: nec satis tamen instructa ad forenses causas: quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus musis reliquerunt: sic eloquentia hæc forensis spreta a philosophis, & repudiata: multis quidem illa adiumentis, magnisq; caruit: sed tñ ornata uerbis, atq; sententiis iactationem habuit in populo: nec paucorum iudicium, reprehensionemq; pertimuit. Ita & doctis eloquẽtia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Positum sit igitur in primis: quod post magis intelligetur: sine philosophia non posse effici: qué q̃rimus eloquẽtẽ. Nõ ut in eo tñ oía sint: sed ut sic adiuuet: ut palæstra histrioné. parua enim magnis sæpe rectissime cõserunẽ. Ná nec latius, nec copiosius de magnis, uariisq; rebus sine philosophia potest quisq̃ dicere: siquidem etiam in Phædro Platonis hoc Periclé præstitisse cæteris dicat oratoribus Socrates: q is Anaxagoræ physici fuerit auditor: a quo censet eum: cum alia præclara quædam, & magnifica didicisset: uberé, & fœcũdum fuisse: gnarũq; (quod est eloquentiæ maximum) quibus orationis modis quæq; alioꝝ partes pelliereẽ. qd idẽ de Demosthene existimari põt: cuius ex epistolis intelligi licet: q̃ frequẽs fuerit Platonis auditor. Nec uero sine phoꝝ disciplina genus, & specié cuiusq; rei cernere: neq; eam diffinié do explicare: nec tribuere in partes possumus: nec iudicare quæ uera: quæ falsa sint: neq; cernere consequentia: repugnantia

uidere:ambigua distinguere. Quid dicã de natura rerũ? cuius cognitio magnã orationis suppeditat copiã: de uita:de officiis:de uirtute:de moribus:sine multa earũ ipsaꝝ reꝝ disciplina aut dici:aut itelligi posse? Ad has tot, tantasq; res adhibẽda sunt ornamẽta innumerabilia:quæ sola tñ qdẽ tradebant̃ ab his:q dicẽdi numerabantur magistri. Quo fit, ut uerã illã & absolutã eloquẽtiã nemo cõsequat̃:q alia itelligẽdi:alia dicẽdi disciplina est:& ab aliis rerum:ab aliis uerboꝝ doctrina q̃rit̃. Itaq; M. Antonius, cui uel primas eloquentiæ patrũ nostrorũ tribuebat ætas:uir natura peracutus:& prudens, in eo libro, quẽ unũ reliq̃t:disertos ait se uidisse multos: eloquẽtẽ oĩno neminẽ. Insidebat uidelicet in eius mẽte spẽs eloquẽtiæ:quã cernebat aĩo:re ipsa non uidebat. Vir aũt acerrimo ingenio(sic enim fuit)multa & in se, & in aliis desiderãs:neminẽ plane, q recte appellari eloquens posse, uidebat. Quod si ille nec se, nec L. Crassum eloquentẽ putauit:habuit pfecto cõprehensam animo quãdã formã eloquẽtiæ:cui q̃m nihil deerat:eos, q̃bus aliq̃d, aut plura deerãt:in eã formã non poterat includere. Inuestigemus hunc igit̃ Brute, si possumus, quẽ nunq̃ uidit Antonius:aut q oĩno nullus unq̃ fuit:quẽ si imitari:atq; exprimere non possumus:qđ idẽ ille uix Deo concessum esse dicebat:at tñ, q̃lis esse debeat:poterimus fortasse dicere. Tria sunt oĩno gña dicẽdi:q̃bus in singulis q̃dã floruerunt:pæque aũt:id qđ uolumus:p pauci in oĩbus. Nã & grandiloqui(ut ita dicã)fuerũt cũ ampla & sniarũ grauitate, & maiestate uerboruʒ: uehementes, uarii, copiosi, graues, ad pmouẽdos, & cõuertẽdos aĩos istructi, & parati:qđ ipsuʒ alii aspera, tristi, horrida oſone:neq; pfecta, neq; cõclusa. alii leui, & instructa, & terminata. E contra tenues, acuti, oĩa docentes:& dilucidiora, non ampliora facientes:subtili quadã, & pssa oſone limati. In eodẽq; gñe alii callidi, sed impoliti, & consulto rudiũ similes, & imperitoꝝ. Alii in eadẽ ieiunitate cõciniores.i.faceti: florẽtes etiã & leuiter ornati. Est aũt q̃dã interiectus intermedius:& q̃si tẽperatus:nec acumine posterioꝝ:nec fulmine utens superioruʒ: uicinus amboꝝ:in neutro excellens:utriusq; particeps:uel utriusq;:si uerũ quærimus:potius expers. Isq; uno tenore(ut aiunt)in dicendo fluit:nihil afferẽs pter facultatẽ & æqualitatẽ:aut addit aliquos:ut in corona, toros: oẽmq; oſonẽ ornamentis modicis uerboꝝ, sniarũq; distinguit. Hoꝝ singuloꝝ generũ quicunq; uim singulis cõsecuti sunt:magnũ in oratoribus nomẽ habuerunt. Sed quærẽdũ est, satis ne id, qđ uolumus, effecerint. Vidimus.n. fuisse quosdã, q iidẽ ornate ac grauiter:iidẽ uersute & subtiliter dicerẽt. Atq; utinã in latinis talis oratoris simulachrum repire possemus:esset egregium non q̃rere externa:domesticis eẽ cõtentos. Sed ego idem, qui in illo sermone nr̃o, qui est expositus in Bruto, multũ tribueri latinis:uel ut hortarer alios:uel q amarem meos:recordor longe oĩbus unũ anteferre Demosthenẽ:qui uim accõmodarit ad eã, quã sentiã, eloquentiam:non ad eã, quã in aliquo ipse cognouerim. Hoc nec grauior extitit q̃sq̃:nec callidior:nec temperatior. Itaq; nobis monẽdi sunt ii:quoꝝ sermo iperitus icrebuit:q aut dici se desiderant Atticos:aut ipsi Attice uolunt dicere:ut mirentur hunc maxime:quo Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas:quid enim sit Atticum, discant:eloquẽtiamq; ipsius uiribus nõ ibecillitate sua metiantur. Nũc.n. tantũ quisq; laudat, q̃tũ se posse sperat imitari:sed tñ eos studio optimo, iudicio minus firmo pditos, docere, quæ sit ppria laus Atticoꝝ, nõ alienũ puto. Sẽper oratoꝝ eloquẽtiæ moderatrix fuit auditorũ prudẽtia. Oẽs enim, q pbari uolunt, uoluntatẽ eorũ, q audiũt:ituent̃:ad eãq; & ad eoꝝ arbitriũ, & nutũ totos se fingũt & accõmodãt. Itaq; Charia, & Phrygia, & Mysia:q minime politæ:minimeq; elegãtes sunt:asciuerunt aptũ suis auribus optimuʒ quoddã:& tanq̃ adipale dictionis genus: q eoꝝ uicini:nõ ita lato iteriecto mari:Rhodii nunq̃ pbauerunt. Græci aũt multo minus: Athenienses uero funditus repudiauerunt:quoꝝ semp fuit prudẽs, syncerũq; iudiciũ:nihil ut possent:nisi icorruptũ audire & elegãs. Eoꝝ religioni cũ seruiret orator, nullũ uerbũ insolẽs:nullũ odiosum ponere audebat. Itaq; hic, quẽ pstitisse diximus, cæteris:in illa p Ctesiphõte oſone lõge optima summissius a prio:deinde, dũ de legibus disputat, pssius:post sensim incedẽs:iudices ut uidit ardentes:in reliq̃s exultauit audacius. Ac tñ in hoc ipso diligẽter examinãte uerboꝝ oĩum põdera, rephẽdit Aeschines q̃dã & exagitat:illudensq;: dura: odiosa:intolerabilia esse dicit. Quin ẽt q̃rit ab ipso, cũ q̃dã eũ belluã appellet:utrũ illa uerba:an portenta sint: ut Aeschini:ne Demosthenes quidẽ uideatur Attice dicere. Facile est eni uerbũ aliqđ ardens(ut ita dicam)notare:idq; restinctis iam aĩoꝝ incẽdiis irridere. Itaq; se purgans iocat̃ Demosthenes:negat in eo positas fortunas Græciæ:in hoc in eũ, huc, an illuc manũ porrexerit. Quo nã igit̃ mõ audiret̃ Mysus: aut Phryx Athenis: cum etiã Demosthenes exagitet̃ ut putidus? Cum uero inclinata, ululãtiq; uoce more Asiatico canere cœpisset:quis eũ ferret? aut quis potius nõ iuberet auferri? Ad Atticorũ igit̃ aures teretes, & religosas, qui se accõmodant:ii sunt existimãdi Attice dicere. Quoꝝ gña plura sunt:hi unũ mõ quale sit, suspicant̃. Putant eni qui horride, inculteq; dicat:mõ id eleganter, enucleateq; faciat:eũ solũ Attice dicere. Errãt, q solũq; Attice, non fallunt̃. Istorũ eni iudicio si solũ illud est Atticũ:ne Pericles quidẽ dixit Attice:cui primæ sine controuersia deferebantur. Qui si tenui gñe uteretur:nunq̃ ab Aristophane poeta fulgere, tonare, pmiscere Græciam dictus esset. Dicat igit̃ Attice uenustissimus ille scriptor, ac politissimus Lysias. Quis eni id possit negare? dum intelligamus:hoc esse Atticum in Lysia:non q tenuis sit, atq; inornatus:sed q nihil habeat insolẽs, aut ineptum. Ornate uero, & grauiter, & copiose dicere:aut Atticorũ sit:aut ne sis Aescines, neue Demosthenes Atticus. Ecce aũt aliqui se thucydidios eẽ pfitent̃:nouũ q̃ddã, imperitoꝝ, & inauditũ genus. Nã qui Lysiam sequuntur, causidicũ quẽdã sequunt̃ nõ illũ q̃dẽ amplũ, atq; grãdẽ, subtilẽ, & elegantẽ tñ:& q in forẽsibus causis possit pclare consistere. Thucydides aũt res gestas, & bella narrat, & pлia:grauiter sane, & pbe:sed nihil ab eo trãsferri põt ad forensem usum:& publicum. Ipsæ illæ cõciones ita multas habent obscuras:abditasq; snias:uix ut intelligãtur:qđ est in oratione ciuili uitium uel maximũ. Quæ est aũt in hoĩbus tãta peruersitas:ut inuentis frugibus: glãde uescãtur? an uictus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit:oſo non potuit? Quis porro unq̃ Græcorum rhetorũ a Thucydide quicq̃ duxit? At laudatus est ab omnibus, fateor, sed ita, ut rerũ explicator prudens, seuerus:grauis:non ut in iudiciis uersaret causas:sed ut in historiis bella narraret. Itaq; nunq̃ est numeratus

meratus orator. Nec uero si historiā nō scripsisset: nomen eius extaret: cū p̄sertim fuisset honoratus, & nobilis.
Huius tñ nemo, neq̧ uerboꝝ, neq̧ sniaꝝ grauitatē imitaᷣ: sed cū utilia q̄dam, & hiantia locuti sunt: q̄ uel si-
ne magistro facere potuerūt: germanos se putant esse Thucydidis. Nactus sum ēt, qui Xenophontis similē esse
se cuperet: cuius sermo est ille quidē melle dulcior: sed a forensi strepitu remotissimus. Referamus nos igiᷣ ad
eum, quem uolumus inchoandum: & eadem eloquentia informādum: quam in nullo cognouit Antonius.

MAgnum opus omnino, & arduum Brute conamur: sed nihil difficile amanti puto. Amo autem: & semp
amaui ingenium, studia, mores tuos. Incendor porro quotidie magis, non desiderio solum, quo quidem consi
tior, congressus nostros, consuetudinem uictus, doctissimos sermones requirens tuos: sed etiam incredibili fa
ma uirtutum admirabilium: quæ specie dispares prudentia coniunguntur. Quid enim tam distans: q̄ a seueri-
tate comitas? Quis tñ unq̄ te aut sanctior est habitus, aut dulcior? Quid tā difficile q̄ in plurimorū controuer
siis diiudicandis ab omnibus diligi? consequeris tamen: ut eos ipsos: quos contra statuas, æquos, placatosq̧ di-
mittas. Itaq̧ efficis, ut cum gratiæ causa nihil facias: omnia tamen sint grata quæ facis. Ergo omnibus terris:
una Gallia communi non ardet incendio: in qua frueris ipse te: cum in Italiæ lucē cognosceris, uersarisq̧ in o-
ptimorum ciuium, uel flore, uel robore. Iam quantum illud est: qđ in maximis occupationibus nunq̄ intermit
tis studia doctrinę: semper aut ipse scribis aliquid: aut me uocas ad scribendum. Itaq̧ hoc sum aggressus statim
Catone absoluto, quem nunq̄ ipsum attigissem: tempora timens inimica uirtuti: nisi tibi hortanti: & illius me
moriam mihi caram excitanti: non parere nefas esse duxissem: sed testificor me a te rogatum, & recusantem
hæc scribere esse ausum. Volo enim mihi cōmune esse crimen: ut si sustinere tantam quæstionem non potue-
ro: iniusti oneris īpositi tua culpa sit, mea recepti. In quo tñ iudicii nři erroṙē, laus tibi dari muneris cōpēsabit.

SED in oī re difficillimū est formam: qđ χαρακτηρ græce dr̄: exponere optimi: qđ aliud aliis uideᷣ optimū.
Ennio delector quispiā ait: qđ non discedit a cōi more uerboꝝ. Pacuuio inq̄t alius: omnes apud hūc ornati ela
boratiq̧ sunt uersus: multa apud alteꝝ negligētius. fac alium Accio: uaria. n. sunt iudicia, ut in Gręcis: nec faci
lis explicatio: q̄ forma maxime excellat. In picturis alios horrida: inculta: abdita: & opaca. cōtra alios nitida: lę
ta: collustrata delectat. Quid est, quo præscriptum aliquod, aut formulam exprimas cum in suo quodq̧ gene-
re præstet: & gña plura sint? Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus: existimauiq̧ in oībus rebus
esse aliquid optimū, etiā si lateret: idq̧ ab eo posse: qui eius rei gnarus esset, iudicari. Sed quoniā plura sunt ora
tionum gña, eaq̧ diuersa: neq̧ in unam formā cadunt oīa. Laudationū, scriptionū, & historiarum, & taliū sua
sionū, qualē Isocrates fecit Panagyricū, multiq̧ alii, qui sunt noīati sophistæ, reliquūq̧ rerū formā, q̄ absunt
ab forensi contētione, eiusq̧ totius gñis, qđ græce ἐπιδεικτικον noīaᷣ: qđ q̄si ad inspiciendū, delectatiōis cā
cōparatum est, non cōplectar hoc tpe: non quo negligēda sit. Est. n. illa quasi nutrix eius oratoris: quem infor
mare uolumus: & de quo molimur aliqđ exquisitius dicere. Ab hac & uerboꝝ copia alitur: & eorum constru-
ctio & numerus liberiore quadam fruitur licētia. Daᷣ ēt uenia cōcinnitati sniaꝝ, & arguti, certiq̧, & circūscri
pti uerboꝝ ambitus cōcedunᷣ: de īdustriaq̧ nō ex insidiis: sed apte ac palā elaboraᷣ: ut uerba uerbis q̄si demē-
sa, & paria respondeant: ut crebro cōferāt pugnantia: cōparēturq̧ cōtraria: & ut pariter extrema terminenᷣ: eun-
demq̧ referant in cadēdo sonū: quæ in ueritate cāū: & rarius multo facimus: & certe occultius. In Panathenai-
co aūt Isocrates ea studiose consectatū fateᷣ. Non. n. ad iudiciorū certamē: sed ad uoluptatē auriū scripserat.
Hæc tractasse Thrasimachum Chalcedoniū primū: & Leontinum ferūt Gorgiā: Theodorū inde Byzātium:
multosq̧ alios: quos logodædalos appellat in Phædro Socrates: quoꝝ satis arguta multa: sed ut mō, primūq̧
nascētia, minuta, & uersiculorum similia quædam, nimiumq̧ depicta. quo magis sunt Herodotus, Thucydi-
desq̧ mirabiles, quoꝝ ætas cū in eorū tpa, quos noīaui, incidisset: longissime tñ ipsi a talibus deliciis, uel potiꝰ
ineptiis abfuerunt. Alter. n. sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluit: alter incitatior ferᷣ, & de bellicis rebus
canit etiam quodāmodo bellicū, primisq̧ ab his (ut ait Theophrastus) historia cōmota est: ut auderet uberius,
q̄ superiores: & ornatius dicere. Horū ætati successit Isocrates: qui p̄ter cæteros eiusdē generis laudaᷣ semper
a nobis: nōnunq̄ Brute: leuiter: & erudite repugnante te. Sed credas mihi fortasse: si quid in eo laudē: cognoue
ris. Nam cum concisus ei Thrasimachus minutis numeris uidereᷣ: & Gorgias: qui tamen primi traduntur ar-
te quadā uerba iunxisse. Thucydides aūt præfractior: nec satis (ut ita dicam) rotūdus: primus instituit dilatare
uerbis: & mollioribus numeris explere sententias. In quo cum doceret eos: qui ptim in dicendo: partim in scri
bendo principes extiterunt: domus eius officina habita eloquentiæ est. Itaq̧: ut ego: cum a nostro Catone lau-
dabar: uel reprehendi me a cæteris facile patiebar: sic Isocrates uideᷣ testimonio Platonis aliorum iudicia de-
bere contēnere. Est eni (ut scis) q̄si in extrema pagina Phædri his ipsis uerbis loquens Socrates. Adulescens ēt
nunc o Phædre Isocrates est. Sed quid ipse de illo augurer: lubet dicere. Quid tandem inquit ille? Maiore mihi
ingenio uideᷣ esse: q̄ ut eum orationibus Lysiæ cōpareᷣ. Præterea ad uirtutē maior indoles: ut minime miru
futurū sit: si cū ætate p̄cesserit: aut in hoc oronum gñe: cui nunc studet: tm̄: q̄tū pueris: reliquis præstet oībus:
qui unq̄ oōnes attigerunt: aut si contētus his nō fuerit: diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest
enim natura philosophia in huius uiri mente quædam. Hæc de adulescēte Isocrate Socrates auguratur. At
ea de seniore scribit Plato: & scribit æqlis: & q̄dem exagitator oīum rhetoꝝ hūc miraᷣ unū: me aūt: q Isocratē
nō diligūt: una cū Socrate & Platone errare patianᷣ. Dulce igiᷣ oōnis genus: & solutū: & effluēs: sententiis ar
gutū: uerbis sonās est in illo epidictico gñe: qđ diximus p̄priū sophistaꝝ: pōpæ: q̄ pugnæ aptius: gymnasiis: &
palæstræ dicatū: spretū: & pulsum foro. Sed q educata huius nutrimētis eloq̄ntia est: ipsa se postea colorat: &
roborat: nō alienū fuit de oratoris q̄si incunabulis dicere. Veꝝ hæc ludoꝝ atq̧ pōpæ: nos aūt iā in aciē: dimi-
cationēq̧ ueniamus. Quoniā tria uidēda sunt oratori: qđ dicat: & quo q̧q̧ loco: & q̄uo: dicēdum oīno est: qđ
sit optimū in singulis: sed aliquanto secus: atq̧ in tradēda arte dici solet: nulla p̄cepta ponemus: neq̧ enim id

fuſcepimus:ſed excellentis eloquētiæ ſpeciē & formā adūbrabimus:nec qbus rebus ea pareꝰ,exponemus:ſed
qualis nobis eſſe uideaꝰ. Ac duo breuiter pria:ſunt.n.nō tam inſignia ad maximā laudē,q̄ neceſſaria:& tñ cū
multis pene cōia.Nā & inuenire & iudicare qd dicas:magna illa quidem ſunt:& tanq̄ animi inſtar in corpore:
ſed ꝓpria magis prudentiæ,q̄ eloquentiæ:qua tñ in cā eſt uacua prudentia?Nouerit igitur hic quidem orator
quem ſummum eſſe uolumus:argumentorum,& rationum locos.Nā qm̄ qcquid eſt,qd in cōtrouerſia,aut in
contētiōe uerſeꝰ:in eo aut ſit ne:aut qd ſit:aut q̄le ſit,quæriꝰ.ſit ne?ſignis.qd ſit?diffinitiōibus.q̄le ſit?recti,pra
uiq; partibus.qbus ut uti poſſit orator,nō ille uolgaris,ſed hic excellens a ꝓpriis pſonis,& tpibus ſemp: ſi pōt
auocat cōtrouerſiā.Latius eni de gñe:q̄ de parte diſceptare licet:ut qd in uniuerſo ſit ꝓbatum:id in parte ſit ꝓ
bari neceſſe.Hæc igiꝰ q̄ſtio a ꝓpriis tpibus:& perſonis:ad uniuerſi gñis orōnē traducta:appellaꝰ theſis.In hac
Ariſtoteles adoleſcentes:nō ad philoſophorum morē tenuiter diſſerendi:ſed ad copiā rhetorū in utrāq; partē:ut orna
tius:ut uberius dici poſſit:exercuit.Idēq; locos:ſic.n.appellat:quaſi argumentorum notas tradidit:unde ōis in
utrāq; partē traheretur oratio.Facile igiꝰ hic noſter(nō eni declamatorē aliquē de ludo:aut rabulā de foro:ſed
doctiſſimum:& pfectiſſimū q̄rimus)qm̄ loci certi traduntur:pcurret oēs:uteꝰ aptis generati:diſcet ex quo ema
nāt etiā qui cōes appellanꝰ loci:nec uero utetur iprudēter hac copia:ſed oia expendet & ſeleget. Non enim ſem
per:nec in oibus cauſis:ex iiſdem:argumētorū momēta ſunt:iudicium ergo adhibebit:nec inueniet ſolum qd
dicat:ſed etiā expendet.Nihil enim feracius ingeniis:his pſertim:quę diſciplinis exculta ſunt.Sed ut ſegetes fœ
cūdæ:& uberes nō ſolū fruges:uerū herbas etiā effundunt inimiciſſimas frugibus:ſic interdū ex illis locis:aut
leuia quædam:aut cauſis aliena:aut non utilia gignunt.quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibe
bitur.Quonammodo ille in bonis hærebit:& habitabit ſuis?ut molliet dura?aut occultabit:quæ dilui nō po
terunt:atq; oino opprimet:ſi licebit:aut abducet aīos:aut aliud afferet:quod oppoſitum ꝓbabilius ſit:q̄ illud:
qd obſtabit?Iam uero ea:quæ inuenerit:qua diligētia collocabit?qm̄ id ſecundum erat de tribus.Veſtibula ni
mirum honeſta:aditusq; ad cauſam faciet illuſtres:cumq; animos prima aggreſſione occupauerit:infirmabit
excluderetq; contraria.De firmiſſimis alia prima ponet:alia poſtrema:inculcabitq; leuiora. Atq; in primis dua
bus dicendi partibus qualis eſſet:ſummatim breuiterq; deſcripſimus.Sed:ut ante dictū eſt:in his partibus:& ſi
graues:atq; magnæ ſunt:minus & artis eſt & laboris.Cum autem quid:& quo loco dicat inuenerit:illud eſt lō
ge maximum:uidere quonammodo.Scitum eſt enim qd Carneades noſter dicere ſolebat:Clithomachum ea
dem dicere:Carneadem autem eodem etiam modo dicere.Quod ſi in philoſophia tantū intereſt:quēadmodū dicas:
ubi res ſpectaꝰ:nō uerba penduntur.Quid tādē in cauſis exiſtimādū eſt:quibus totis moderaꝰ oratio?Quod q
dem ego Brute ex tuis literis ſentiebā:nō te id ſcitari qualē ego i inueniēdo:& in collocādo ſummū eſſe oratorē
uellem:ſed id mihi quærere uidebare:qd genus ipſius orōnis optimum iudicarē.Rē difficilē(Dii immortales)
atq; oium difficillimā.Nam cū eſt orō mollis:& tenera:& ita flexibilis:ut ſequaꝰ quocūq; torqueas:tum & na
turæ uariæ:& uolūtates:multū inter ſe diſtantia effecerunt genera dicendi.Flumē aliis uerborū:uolubilitasq;
cordi eſt:qui ponunt in orōnis celeritate eloquentiam.Diſtincta alios:& interpuncta:interualla:moræ:reſpi
rationesq; delectant.Quid poteſt eſſe tā diuerſum?tñ eſt in utroq; aliquid excellens.Elaborant alii lenitate,&
æqualitate,& puro quaſi quodam & candido genere dicendi. Ecce alii duritatē,& ſeueritatē quandam uerbis,
& orōnis quaſi mœſtitiam ſequuntur:quodq; paulo ante diuiſimus:ut alii graues:alii tenues:alii temperati uel
lent uideri:quot orationum gñā eſſe diximus:totidē oratorum reperiunꝰ.Et qm̄ cœpi iā cumulatius hoc munus
augere,q̄ a te poſtulatum eſt:tibi enim tātū de orationis gñe q̄renti,reſpondi etiam breuiter de inueniēdo &
collocādo:ne nunc qdē ſolū de oratoris mō dicā:ſed ēt de actionis.Ita prætermiſſa pars nulla erit:ſiquidem
de memoria nihil eſt hoc loco dicēdū:quæ cōis eſt multarū artiū.Quō aūt dicaꝰ:id eſt in duobus:in agendo,
& in eloquendo.Eſt enim actio quaſi corporis quædā eloquētia:cū cōſtet & uoce atq; motu. Vocis mutatiōes
totidē ſunt,quot animorum,qui maxime uoce cōmouenꝰ.Itaq; ille pfectus,quē iādudum noſtra indicat orō:ut
cōq; ſe affectum uideri:& animū audiētis moueri uolet:ita certū uocis admouebit ſonū:de quo plura dicerem:
ſi hoc pcipiendi tempus eſſet:aut ſi tu hoc quæreres.dicerē etiam de geſtu,cum quo iunctus eſt uultus,quibus
oibus dici uix pōt:q̄tū interſit quēadmodū utaꝰ orator.Nā & infantes actionis dignitate eloquentiæ ſæpe fru
ctum tulerunt:& diſerti deformitate agendi multi infantes putati ſunt. Vt iam nō ſine cauſa Demoſthenes tri
buerit & primas & ſecundas & tertias actioni. Si enim nulla eloquentia ſine hac:hęc autem ſine eloquentia tā
ta eſt:certe plurimum in dicendo poteſt. Volet igitur ille:qui eloquentiæ principatum petet,& contenta uoce
atrociter dicere:& ſummiſſa leniter:& inclinata uideri grauis,& inflexa miſerabilis.Mira eſt enim quædā natu
ra uocis:cuius qdē e tribus oino ſonis:inflexo,acuto,graui:tāta ſit,& tā ſuauis uarietas pfecta in cantibus. Eſt
autem in dicendo etiam quidam cantus obſcurior,non hic e Phrygia,& Caria:rhetorum epilogus pene cātī
cum:ſed ille,quē ſignificat Demoſthenes,& Aeſchines:cum alter alterius obiicit uocis flexiones. Dicit plura
etiam Demoſthenes:illumq; ſæpe dicit uoce dulci & clara fuiſſe.In quo illud mihi etiā notandum uidetur ad
ſtudium pſequendæ ſuauitatis in uocibus.ipſa enim natura quaſi modularetur hoium orōnē:in omni uerbo po
ſuit acutā uocē:nec una plus:nec a poſtrema ſyllaba citra tertiā:quo magis naturā ducē ad aurīū uoluptatem
ſequaꝰ induſtria. Ac uocis quidem bonitas optāda eſt(nō eſt.n.in nobis)ſed tractatio:atq; uſus in nobis. ergo
ille princeps uariabit,& mutabit omnis ſonorum tū intēdens,tum remittens pſequeꝰ gradus, idemq; motu ſic
uteꝰ,nihil ut ſupſit in geſtu.Status erectus:& celſus:rarus inceſſus:nec ita longus:excurſio moderata:eaq; ra
ra:nulla mollitia ceruicū:nullæ argutiæ digitorum:nō ad numerū articulus cadēs:trunco magis toto ſe ipſe mo
derans:& uirili laterum flexione:brachii proiectione in contentionibus:contractione in remiſſis. Vultus ue
ro:qui ſecūdum uocē plurimū poteſt:quātā affert tū dignitatē:tū uenuſtatē:in quo cum effeceris:nequid inep
tum:aut uultuoſum ſit;tum oculorum eſt q̄dā magna moderatio.Nam ut imago eſt animi uultus:ſic indices

oculi:

oculi:quorũ & hilaritatis:& uicissim tristitiæ modũ:res ipsæ:de q̃bus agetᷣ:tẽperabunt. Sed iam illius perfecti oratoris:& summæ eloquentiæ:spẽs exprimenda est:quẽ hoc uno excellere.i.oratione:cætera in eo latere: indicat nomen ipsum. Non.n.inuẽtor:aut cõpositor:aut actor:hæc cõplexus est oĩa:sed & græce ab eloquendo rhetor:& latine eloquens dictus est. Cæterarum.n.rerũ:q̃ sunt in oratore:partẽ aliq̃ sibi quisq; uendicat:dicendi autẽ.i.eloquendi maxima uis soli huic conceditur. Quanq̃.n.& philosophi quidẽ ornate locuti sunt: siquidem & Theophrastus diuinitate loquẽdi nomen inuenit:& Aristoteles Isocratẽ ipsum lacessiuit:& Xenophõtis uoce musas quasi locutas ferunt:& longe omnium quicunq; scripserunt:aut locuti sunt:extitit & grauitate princeps Plato:tamen horũ oratio neq; neruos:neq; aculeos oratorios:ac forenses habet. Loquuntor cũ doctis:quorũ sedare animos malunt:q̃ incitare:de rebus placatis:ac minime turbulẽtis docendi causa:non capiẽdi loquunturᷣ:ut in eo ipso delectationẽ aliquã dicendo aucupenturᷣ:plus nonnullis:q̃ necesse sit:facere uideantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquẽtiã:de qua nunc agitᷣ:secernere. Mollis est.n.oratio philosophorum & umbratilis:nec sententiis:nec uerbis instructa:popularib. nec iuncta numeris: sed soluta liberius. Nihil iratum habet:nihil inuidum:nihil atrox:nihil mirabile:nihil astutum. Casta:uerecunda:uirgo incorrupta quodammõ:itaq; sermo potius:q̃ oratio dicitᷣ. Quãq̃.n.omnis locutio oratio est:tñ unius orõnis locutio hoc ꝓprio signata nomine est. Sophistarũ(de quibus supradixi)magis distinguenda similitudo uidetur:qui oẽs eosdem uolunt flores:quos adhibet orator in causis persequi. Sed hoc differunt:q cum sit his propositum non perturbare animos:sed placare potius:nec tam persuadere q̃ delectare:& apertius id faciunt:q̃ nos:& crebrius concinnas magis sententias exquirunt q̃ probabiles. A re sæpe discedunt:intexũt fabulas:uerba apertius trãsferunt:eaq; ita disponunt:ut pictores uarietatem colorum:paria paribus referunt:aduersa contrariis: sæpissimeq; similiter extrema diffiniũt. Huic generi historia finitima est:in qua & narratur ornate:& regio sæpe aut pugna describitur. Interponunturᷣ ẽt cõciones & hortatiões:sed in his tracta quædã & fluens expetitur:non hęc contorta:& acris oratio. Ab his non multo secus:q̃ a poetis hæc eloquentia:quã quærimus:seuocanda est. Nã etiam poetæ quæstiõem attulerãt:quidnam esset illud:quo ipsi differrent ab oratoribus:numero maxime uidebantur antea & uersu:nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit. Quicq̃d est.n.q̃d sub aurium mensuram aliquam cadit:etiam si abest a uersu(nam id quidem orationis est uitium)numerus uocatur:qui græce ρυθμος dicitur. Itaq; uideo uisum esse nõnullis:Platonis:& Democriti locutionẽ:etsi abest a uersu:tñ q incitatius feratᷣ:& clarissimis uerborũ luminibus utatᷣ:potius poema putandum:q̃ comicorum poetarũ:apud quos:nisi q uersiculi sunt:nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis:nec tñ id est poetæ maximum:& si est:eo laudabilior:q uirtutes oratoris ꝓsequitᷣ: cum uersu sit astrictior. Ego aũt ẽt si quorundam grãdis: & ornata uox est poetarũ:tñ in ea cũ licẽtiã statuo maiorem esse:q̃ in nobis faciẽdorũ:iungẽdorũq; uerborũ:tũ ẽt nõnullorũ uoluntati uocibus magis:q̃ rebus inseruiũt. Nec uero siq̃d est unũ inter eos simile(id aũt est iudicium:electioq; uerborũ)propterea cæterarũ rerũ dissimilitudo intelligi nõ põt:sed id nec dubiũ est:& siq̃d habet q̃stionis: hoc tñ ipsum ad id:q̃d ꝓpositum est:nõ est necessarium. Seiunctus igitᷣ orator a phorũ eloquẽtia:a sophistarũ:ab historicorũ:a poetarũ:explicãdus est nobis:q̃lis futurus sit. Erit igitᷣ eloquẽs(hũc.n.auctore Anto.q̃rimus) is:q in foro:cãisq; ciuilib⁹ ita dicet:ut ꝓbet,ut delectet:ut flectat. ꝓbare necessitatis est:delectare suauitatis:flectere uictoriæ. Nã id unũ ex oĩbus ad obtinendas causas põt plurimũ. Sed quot officia oratoris:tot sunt gñã dicendi. Subtile in ꝓbando:mediocre in delectando:uehemẽs in flectendo:in quo uno uis oĩs oratoris est. Magni igitur iudicii:summæ ẽt facultatis esse debebit moderator ille:& q̃si tẽperator huius tripertitæ uarietatis. Nã & iudicabit q̃d cuiq; opus sit:& poterit:quocũq; mõ postulabit cã, dicere. Sed est eloquẽtiæ:sicut reliquarum rerũ fundamẽtum sapiẽtia. Vt.n.in uita:sic in orõne nihil est difficilius:q̃ q̃d deceat uidere. πρεπον appellãt hoc Græci:nos dicamus sane decorũ:de quo p̃clare:& multa p̃cipiuntᷣ:& res est cognitiõe dignissima. Huius ignoratione nõ mõ in uita:sed sæpissime & in poematis & in orõne peccatᷣ. Est aũt q deceat oratori uidẽdũ: nõ in sentẽtiis solũ:sed ẽt ĩ uerbis. Nõ.n.oĩs fortuna:nõ oĩs honos:nõ oĩs auctoritas:nõ oĩs ætas:nec uero locus: aut tp̃s:aut auditor oĩs, eodẽ aut uerborũ gñe tractãdus est:aut sniarũ:sempq; in oĩ parte orõnis:ut uitæ:q̃d deceat:est cõsiderãdũ:q̃d & in re:de q̃ agitᷣ:positũ est:& in ꝑsonis:& eorũ:q dicunt:& eorũ:q audiũt. Itaq; hũc locũ lõge & late patẽtẽ phi solẽt in officiis tractare:nõ cũ de recto ipso disputãt:nã id q̃dẽ unũ est:Grãmatici in poetis:Eloquẽtes in oĩ & gñe & pte cãrum. Quã.n.idecorũ est:de stillicidiis:cũ apud unũ iudicẽ dicas:uerbis amplissimis:& locis uti cõibus:de maiestate po.Ro.summisse:& subtiliter:hic gñe toto. At persona alii peccant: aut sua:aut iudicũ:aut ẽt aduersariorũ:nec re solũ:sed sæpe etiã uerbo:& si sine re nulla uis uerbi est:tñ eadem res sæpe aut ꝓbatᷣ:aut reiicitᷣ alio:atq; alio elata uerbo. In oĩbusq; rebus uidendũ est quatenus:& si enim suus cuiq; modus est tamẽ magis offendit nimiũ:q̃ parũ. In quo Apelles pictores quoq; eos peccare dicebat:qui nõ sentirent:quid esset satis. Magnus esset locus hic Brute:q̃d te non fugit:& magnum uolumen aliud desiderat. Sed ad id, q̃d agitur, illud satis:cum hoc decere:quod semper usurpamus in omnibus dictis, & factis minimis & maximis:cum hoc inq̃ decere dicimus:illud non decere:& id usq;quaq; q̃tum sit:appareat:in alioq; ponatur:aliudq; totum sit:utrum decere, an oportere dicas: oportere enim perfectionem declarat officii: quo & semper utendum est:& omnibus. decere:q̃si aptum esse, consentaneumq; tempori & personæ. Quod cum in factis sæpissime:tum in dictis ualet:in uultu deniq; & gestu & incessu:contraq; itẽ dedecere. Quod si poeta fugit:ut maximum uitium:qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultoue sapientis. Si deniq; pictor ille uidit:cum immolãda Iphigenia tristis Chalcas esset:mœstior Vlysses:mœreret Menelaus: obuoluendum caput Agamẽnonis esse:quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. Si deniq; histrio q̃d deceat:q̃rit:q̃d faciendum oratori putemus? sed cũ hoc tantũ sit:q̃d in causis:earumq; q̃si membris faciat orator uiderit. Illud q̃dem perspicuum est:non modo partes orationis:sed etiam causas totas: alias alia

forma dicendi esse tractandas. Seqtur ut cuiusq; gñis nota q̃ratur & formula: magnum opus & arduum (ut sa
pe iam diximus) sed ingredientibus considerandū fuit qd ageremus. Nunc q̃dem in quocūq; feremur: danda
nimirū uela sunt. Ac primum informādus est ille nobis: quē solum q̃dam uocāt atticū. Sūmissus est, & humilis:
consuetudinem imitās: ab indisertis re, pluſq̃ opinione differens. Itaq; eū, q audiunt, q̃uis ipsi infantes sint: tñ
illo modo cōfidūt se posse dicere. Nā orationis subtilitas imitabilis q̃dē illa uidet̃ esse existimanti: sed nihil est
experienti minus. Et si.n. non plurimi sanguinis est: habeat tñ succū aliquē oportet: ut etiā si illis maximis uiri
bus careat: sit (ut ita dicā) integra ualetudine. Primū igit̃ eū tanq̃ e uinculis numeroꝝ eximamus. Sunt.n. qui-
dā (ut scis) oratori nūeri: de q̃bus mox agemus: obseruādi rōne q̃dā: sed alio in gñe orōnis: in hoc oīno relinquē
dissolutum q̃ddam sit: nec uagū tñ: ut ingredi libere: non ut licenter uideatur errare. Verba etiā uerbis q̃si coa
gmentare negligat. Habet.n. ille tanq̃ hiatus concursu uocaliū molle q̃ddā: & qd̃ indicet nō ingratā negligen
tiā: de re hoīs: magis q̃ de uerbis laborantis. Sed erit uidēdū de reliq̃s: cum hæc duo ei liberiora fuerint, circui-
tus, conglutinatioq; uerboꝝ. Illa.n. ipsa contracta & minuta non negligenter tractanda sunt: sed q̃da etiam
negligentia est diligens. Nā ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ: q̃s id ipsum deceat: sic hæc subtilis
orō ēt incōpta delectat. Fit.n. q̃ddam in utroq;: quo sit uenustius: sed non: ut appareat. tū remouebitur oīs in-
signis ornatus: quasi margaritarū: ne calamistri q̃dē adhibebuntur. Fucati uero medicamēta candoris, & rubo
ris: oīa repellent: elegātia modo & munditia remanebit. Sermo purus erit & latinus: dilucide, planeq; dicetur:
qd deceat circunspicietur. Vnū aderit quod quartū numerat Theophrastus in orōnis laudibus: ornatū illud
suaue: & affluens: acutæ, crebræq; sentētiæ ponent̃: & nescio unde ex abdito erutæ: atq; in hoc oratore domi-
nabitur. Verecundus erit usus oratoriæ quasi supellectilis. Supellex est.n. quodāmodo nostra: q̃ est in ornamē-
tis: alia rerū: alia uerboꝝ. Ornatus āt uerboꝝ duplex: unus simpliciū: alter collocatoꝝ. Simplex ꝓbatur in pro
prius usitatisq; uerbis: qd̃ aut optime sonat: aut rem maxime explanat. In alienis: aut translatū: aut factū aliun-
de: aut mutuo: aut factū ab ipso: aut nouū, aut priscū, & inusitatū. Sed ēt inusitata ac prisca sunt in ꝓpriis: nisi
q̃d raro utimur. Collocata aūt uerba habent ornatū: si aliq̃d concinnitatis efficiunt: quod uerbis mutatis non
maneat manente sñia. Nā sentētiaꝝ ornamēta: q̃ permanēt ēt si uerba mutaueris: sunt illa q̃dē permulta: sed q̃
emineāt pauciora. Ergo ille tenuis orator mō sit elegās: nec in faciēdis uerbis erit audax: & in trāsferendis ue-
recūdus, & parcus: & in priscis, reliq̃sq; ornamētis & uerboꝝ & sñiaꝝ demissior: translatiōe fortasse crebrior:
qua frequentissime sermo oīs utit̃: non mō urbanoꝝ: sed ēt rusticoꝝ. Siquidē est coꝝ gēmare uites: lasciuire
agros: lætas esse segetes: luxuriosa frumenta. Nihil hoꝝ paꝝ audacter: sed aut simile est illi: unde trāsferas: aut
si res suū nullū habet nomen docendi cā sumptū: non ludēdi uidet̃. Hoc ornamento liberius paulo, q̃ cæteris
utetur hic summissus: nec tā licenter tamē, q̃ si genere dicendi uteretur amplissimo. Itaq; illud indecorum: qd̃
male sit: ex decoro debet intelligi. Hic quoq; apparet: cum uerbum aliquod altius transfertur: idq; in orōne hu
mili ponitur, qd̃ idē in alia deceret. Illā aūt concinnitatē: q̃ uerborū collocationē illūinat his luminibus: quæ
Græci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant: quod idē uerbū ab his etiam in sentētiaꝝ ornamen
ta transfert̃: adhibet quidē hic subtilis, quē nisi qd̃ solū cæteroqn recte quidā uocāt atticū: sed paulo parcius.
Nam si, ut in epulatū apparatu a magnificētia recedēs: nō se parcū solū: sed ēt elegantem uideri uolet: eliget q̃
bus utat̃. Sunt.n. pleræq; aptæ huius ipsius oratoris, de quo loquor, ꝑsimoniæ. Nā illa, de quibus antedixi, huic
acuto fugienda sunt: paria paribus relata: & similiter conclusa: eodeq; pacto cadentia: & imutatiōe literæ qua-
si q̃sitæ uenustates: ne elaborata cōcinnitas, & quoddā aucupiū delectationis manifesto deprehensum appear.
Itemq; si q̃ uerboꝝ iterationes cōtētionē aliquā, & clamorē requirent: erūt ab hac summissione orationis alienæ:
cæteris promiscue poterit uti: continuationē uerboꝝ mō relaxet, & diuidat, utatur q; uerbis quāulitatissimis:
translationibus quāmollissimis: ēt illa sentētiarū lumina assumat: q̃ nō erunt uehemēter illustria. Non faciet
rēpubli. loquentē: nec ab inferis mortuos excitabit: nec aceruatim multa frequentans: una cōplexione deuin-
ciet. Valentioꝝ hæc laterum sunt: ne ab hoc, quē informamus, aut expectāda, aut postulanda. Erit.n. ut uoce:
sic ēt orōne suppressior: sed pleraq; ex illis cōuenient ēt huic tenuitati: q̃q̃ uidē ornamentis utetur horridius,
talem.n. inducimus. Accedit actio non tragica, nec scænæ: sed modica iactatione corporis, uultu tñ multa cō-
ficiens, non hoc quo dicuntur, os ducere: sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidq; ꝓnuncient. Huic
generi orōnis aspergentur ēt sales, qui in dicēdo nimiū q̃tū ualēt: quoꝝ duo gñа sunt, unū facetiarum, alteꝝ
dicacitatis, utroq; utetur: sed altero in narrando aliq̃d uenuste: altero in iaciēdo, mittēdoq; ridiculo: cuius ge-
nera plura sunt, sed nūc aliud agimus. Illud admonemus tñ, ridiculo sic usuꝝ oratorē, ut nec nimis frequēter,
nec scurrile sit, nec subobscæno, ne mimicū. nec petulanti, ne improbū. nec in calamitatē, ne inhumanū. nec in
facinus, ne odii locū risus occupet, neq; aut sua persona, aut iudicū, aut tēpore alienū. Hæc.n. ad aliud indeco
rū referuntur. Vitabit ēt quæsita, nec ex tēpore ficta, sed domo allata, q̃ plerūq; frigida sunt, parcet & amicitiis
& dignitatibus: uitabit insanabiles cōtumelias. tñ mō aduersarios figet: nec eos tñ semꝑ, nec oēs: nec oī mō,
q̃bus exceptis sic utet̃ sale & facetiis, ut ego ex istis nouis atticis talē cognouerim neminē, cum id certe sit uel
maxime atticū. Hāc ego iudico formā summissi oratoris, sed magni tñ & germani attici: q̃m q̃cq̃d est falsum:
aut salubre in orōne: id ꝓpriū atticoꝝ est. e q̃bus tñ nō oēs faceti: Lysias satis, & Hyperides, Demades ꝑter cæ
teros fert̃: Demosthenes minus hr̃, quo q̃dē mihi nihil uidet̃ urbanius, sed nō tā dicax fuit, q̃ facetus. Est autē
illud acrioris igenii: hoc maioris artis. VBErius est aliud, aliq̃toq; robustius, q̃ hoc humile, de quo dictū est.
Summissius aūt q̃ illud, de quo iā dicet̃, amplissimum. Hoc in gñe neruoꝝ uel minimum, suauitati aūt est uel
plurimū. Est.n. plenius q̃ hoc enucleatū, q̃ aūt illud ornatū, copiosumq;, summissius. Huic oīa dicēdi ornamē
ta cōueniunt: plurimūq; est in hac orōnis forma, suauitatis, in qua multi floruerunt apud Græcos. Sed Phale
reus Demetrius meo iudicio præstitit cæteris, cuius orō cum sedate, placideq; loqtur, tum illustrant eam, q̃si

stellæ q̃dam translata uerba atq; imutata. Trãslata dico ea, ut sæpe iã, q̃ p similitudinẽ ab alia re aut suauitatis: aut inopiæ cã trãsferuntur. Mutata in qbus p uerbo ppiio subiicit aliud: qd idẽ significet: sumpto3 ex re aliq̃ cõsequẽti: qd q̃q̃ transferendo fit: tñ alio mõ trãstulit: cũ dixit Ennius: Arcẽ & urbẽ orbas. alio mõ si pro patria arcẽ dedisset. & horridã Africam terribili tremore tumultu cũ dicit, p Afris immutat Africã. Hanc hypallagen rhetores: qa quasi summuntᷓ uerba p uerbis: metonymiã grãmatici uocant: q noia transferuntᷓ. Aristo. autẽ translationi hæc ipsa subiũgit: & abusionẽ: quã catachresim uocant: ut cũ minutũ dicimus aium pro paruo: & abutimur uerbis ppinquis: si opus est: uel qd delectat: uel quod licet. iã cũ fluxerunt continuæ plures translationes: alia plane fit oro. Itaq; genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν: nomine recte, gñe melius ille: qui ista oia trãslationes uocat. Hæc frequẽtat Phalereus maxie: sunt. n. dulcissima: & q̃q̃ trãslatio est apud eũ multa: tñ imutatiões nusq̃ crebriores: in idẽ genus orõnis (Loquor. n. de illa modica ac temperata) uerbo℞ cadũt lumina oia: multa ẽt sniaℽ lataℽ, eruditæq; disputationes ab eodẽ explicantᷓ: & loci cões sine cõtentiõe dicuntᷓ. Quid multa? e pħoℽ scholis tales fere euadunt: & nisi corã erit comparatus ille fortior: p se hic, quem dico, pbabitur. Est. n. etiam quoddã insigne: & florens orõnis: pictum: & expolitum genus: in quo omnes uerborum: omnes sniaℽ illigantur lepores. Hoc totũ e sophistaℽ fontibus defluxit in foℽ: sed spretũ a subtilibus: repulsum a grauibus: in ea, de q̃ loquor, mediocritate cõsedit. TERtius est ille amplus: copiosus: grauis: ornatus: in quo pfecto uis maxima est. Hic est. n. cuius ornatũ dicẽdi: & copiã admiratæ gẽtes eloquẽtiã in ciuitatibus plurimum ualere passæ sunt. Sed hãc eloquẽtiam quæ cursu magno, sonituq; ferretᷓ: quam suspicerẽt oẽs: quã admirarentᷓ: quã se assequi posse diffiderẽt. Huius eloquẽtiæ est tractare aios: huius oimõ pmouere. Hæc mõ pfringit: mõ irrepit in sensus: inserit nouas opiniones: euellit insitas. Sed multu3 interest inter hoc dicendi genus & superiora. Qui in illo subtili: & acuto elaborauit: ut callide, arguteq; diceret: nec quisq̃ altius cogitaret: hoc uno pfecto magnus orator est: si non maximus, minimeq; in lubrico uersabitur: & si semel constiterit: nunq̃ cadet. Medius ille aũt, quẽ modicũ & tẽperatũ uoco: si mõ suũ illud satis instruxerit: non extimescit ancipites dicẽdi: incertosq; casus: ẽt si q̃n minus succedet: ut sæpe fit: magnum tñ piculum nõ adibit: alte. n. cadere non põt. At uero hic nr̃, quẽ principẽ ponimus: grauis: acer: ardẽs: si ad hoc unum est natus: aut in hoc solo se exercuit: aut huic gñi studet uni: nec suã copiã cum illis duobus gñibus temperauit: maxime est contẽnendus. Ille. n. summissus: q acute: & ueteratorie dicit: sapiẽs iã: medius: suauis: hic ãt copiosissimus: si nihil est aliud: uix satis sanus uideri solet. Qui. n. nihil põt trãqlle: nihil leniter: nihil ptite: diffinite: distincte: facete dicere: pserti, cũ causæ partim totæ sint eo mõ: ptim aliqua ex pte tractandæ: si is nõ pparatis auribus iflãmare rẽ cœpit: furere apud sanos: & quasi inter sobrios bacchari uinolentus uᷓ. Tenemus igitur Brute, quẽ q̃rimus: sed aio nõ manu si cõprehẽdissem: ne ipse quidẽ sua tanta eloquẽtia mihi psuasisset: ut se dimitterẽ. Sed inuẽtus pfecto est ille eloquens: quẽ nunq̃ uidit Antonius. Quis est igiᷓ is? complectar breui: differam pluribus. Is est. n. eloquẽs: q & humilia subtiliter: & magna grauiter: & mediocria tẽperate potest dicere. Nemo is inquies unq̃ fuit. nec fuerit: Ego. n. qd desiderem: nõ qd uiderim disputo. Redeoq; ad illã Platonis (de qua dixerã) rei formã & spẽm: quã si nõ cernimus: tñ aio tenere possumus. Non. n. eloquentẽ quæro: neq; q̃cq̃ mortale: & caducum: sed illud ipsum: cuius qui sit cõpos: sit eloquẽs: qd nihil est aliud: nisi eloquentia ipsa: quã nullis nisi mẽtis oculis uidere possumus. Is erit igitur eloquens (ut illud idẽ iteremus) q poterit parua summisse: modica tẽperate: magna grauiter dicere. Tota mihi causa pro Cecinna de uerbis interdicti fuit: res inuolutas diffiniendo explicauimus: ius ciuile laudauimus: uerba ambigua distinximus. Fuit ornandus in lege manilia Pompeius: temperata oratiõe ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinendæ maiestatis Rabirii causa continebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. At hæc interdum temperanda & uarianda sunt. Quod igitur in accusationis septem libris non reperitur genus? quod in Habiti? qd in Cornelii? quod in plurimis nostris desensionibus? quæ exempla selegissem: nisi uel nota esse arbitrarer: uel posse eligere: qui quærerẽt. Nulla est enim ullo in genere laus oratoris: cuius in nostris orationibus non sit aliqua: si non perfectio: at conatus tamen: atq; adumbratio. non assequimur: at quid deceat uidemus. Nec eni nunc de uobis: sed de re dicimus: in quo tantũ abest: ut nostra miremur: ut usq; eo difficiles ac morosi simus: ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quamquã unus eminet inter omnes in omni genere dicendi: tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ & capaces: & semper aliquid immensum: infinitumq; desiderant. Sed tamen: quoniam & hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene: cum esses Athenis: totum diligentissime cognouisti: neq; eum dimittis e manibus: & tamen nostra etiam lectitas. Vides profecto illum multa perficere: nos multa conari: illum posse: nos uelle: quocunq; modo causa postulet: dicere. sed ille magnus: nam & successit ipse magnis: & maximos oratores habuit æquales: nos magnum fecissemus: si quidem potuissemus: quo contendimus peruenire: in ea urbe: in qua (ut ait Antonius) auditus eloquens nemo erat. Atqui: si Antonio Crassus eloquens uisus non est: aut sibi ipse: nunquam Cotta uisus esset: nunquam Sulpitius: nunquam Hortensius. Nihil enim ample Cotta: nihil leniter Sulpitius: non multa grauiter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti: Crassum dico: & Antoniũ. Ieiunas igitur huius multiplicis & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis aureis ciuitatis accepimus: easq; nos primi: quicunq; eramus: & quantulumcunq; dicebamus: ad huius generis dicendi audiendi incredibilia studia conuertimus. Quantis illa clamoribus adulescentuli diximus: de supplicio parricidarum? quæ nequaquam satis deferbuisse post aliquanto sentire cœpimus. Quid enim tam commune: q̃ spiritus uiuis: terra mortuis: mare fluctibus: littus eiectis? Ita uiuunt, dum possunt: ut ducere animam de cælo non queant. ita moriuntur: ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus: ut nunquam alluantur: ita postremo eiiciuntur: ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant: & quæ sequuntur. Sunt enim omnia, sicut adulescentis: non tam re & maturitate: q̃ spe & expectatione laudati. ab hac indole iam illa matura: uxor generi: nõ-

uerca filii:filiæ pellex. Nec uero hic unus erat ardor in nobis:ut hoc modo omnia diceremus. Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia multa habet attenuata:quædam etiam paulo hilariora. At pro Habito: pro Cornelio:compluresq; aliæ. Nemo enim tam multa orator:ne in græco quidem otio scripsit:q̃ multa sũt nostra:eaque hanc ipsam habent:quam ꝓbo,uarietatem. An ego Homero: Ennio:reliquis poetis:& maxime tragicis concederem:ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur:crebroq; mutarent? Nonnunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent?Ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid poetas diuino ingenio profero?Histriones eos uidimus:quibus nihil posset in suo genere esse præstantius:qui non solum in dissimillimis personis satisfaciebant:cum tamen in suis uersarentur:sed & Comœdum in tragœdiis:& Tragœdum in comœdiis admodum placere uidimus:ego non elaborem?cuʒ dico me:te Brute dico. Nam in me quidem iampridem effectum est:quod futurum fuit. Tum autem eodem modo omneis causas ages?aut aliquod causarum genus repudiabis?aut in iisdem causis perpetuum:& eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem:cuius nuper inter imagines tuas:ac tuorum:q; eum credo amares:cum ad te in Tusculanum uenissem:imaginẽ ex ære uidi:nihil Lysiæ subtilitate cedit:nihil argutiis & acumine Hyperidi:nihil lenitate Aeschini:& splendore uerborum. Multæ sunt eius totæ orationes subtiles:ut contra Leptinem: multæ; & totæ graues: ut quædam philippicæ:multæ uariæ; ut contra Aeschinem falsæ legationis;ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud medium quoties uult, arripit: & a grauissimo discedens eo potissimum delabitur. Clamores tamen tum mouet:& tum in dicendo plurimum efficit: cum grauitatis locis utitur. Sed ab hoc parumper abeamus: quandoquidem de genere,non de homine quærimus:rei potius:idest eloquentiæ uim & naturam explicemus. Illud tamen,quod iam ante diximus, meminerimus:nihil nos præcipiendi causa esse dicturos:atq; ita potius acturos:ut existimatores uideamur loqui: non magistri. In quo tamen longius progredimur:quod uidemus hæc te non solum esse lecturum:qui ea multo:q̃ nos:qui quasi docere uideamur:habeas notiora. Sed hunc librum etiam si minus nostra commendatione: tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Esse igitur perfecte eloquentis puto:non eam solum facultatem habere: quæ sit eius propria fuse:lateq; dicendi:sed etiam uicinam eius:atq; finitimam dialecticorum scientiam assumere:quãquam aliud uidetur oratio esse:aliud disputatio:nec idem loqui esse,quod dicere. Attamen utrunq; in disserendo est disputandi ratio:& loquendi dialecticorum sit:oratorum autem dicendi:& ornandi. Zeno quidem ille,a quo disciplina stoicorum est:manu demonstrare solebat: quid inter has artes interesset. Nam cum compresserat digitos:pugnumq; fecerat:dialecticam aiebat eiusmodi esse. Cum autem deduxerat:& manum dilatauerat:palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. Atq; etiam ante hunc Aristoteles principio artis rhetoricæ dicit:illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ; ut hoc uidelicet differant inter se:q; hæc ratio dicendi latior sit:illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo,omnem,quæ ad dicendum trahi posset,loquendi rationem esse notam:quæ quidem res(quod te his artibus eruditum minime fallit)duplicem habuit dicendi uiam. Nam & ipse Aristoteles tradidit præcepta plurima disserendi: & postea qui dialectici dicuntur spinosiora multa pepererunt. Ergo eum censeo,qui eloquentiæ laude ducatur,non esse earum rerum omnino rudem:sed uel illa antiqua:uel hac Chrysippi disciplina institutus nouerit primum uim: naturam:genera uerborum:& simplicium:& copulatorum. Deinde quot modis quicq; dicatur: qua ratione uerum:falsum ne sit,iudicetur:quid efficiatur e quoque;quod cuique consequens sit: quodque contrarium. Cumque ambigue multa dicantur:quomodo quæque eorum diuidi:explanariq; oporteat. hæc tenenda sunt oratori:sæpe enim occurrunt:sed quia sua sponte squallidiora sunt; adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. Et quoniam in omnibus,quæ ratione docentur,& uia:primum constituendum est:quid quidq; sit: nisi enim inter eos,qui disceptent,conuenit:quid sit illud, de quo ambigitur: nec recte disseri: nec unquam ad exitum perueniri potest. Explicanda est sæpe uerbis mens nostra de quaq; re:atq; inuolutæ rei notitia diffiniendo aperienda est. Siquidem est diffinitio oratio:quæ quid sit id,de quo agitur ostendit quambreuissime. Tum,ut scis, explicato genere cuiusq; rei:uidendum est:quæ sint eius generis. siue formæ:siue partes: ut in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur hæc facultas in eo:quẽ uolumus esse eloquentem:ut diffinire reʒ possit:neq; id faciat tam presse:& anguste:q̃ in illis eruditissimis disputationibus fieri solet:sed cũ explanatius: tum etiã uberius:& ad cõe iudicium,popularẽq; intelligentiam accõmodatius. Idemq; etiã,cũ res postulabit, genus uniuersum in species certas:ut nulla neq; prætermittat:neq; redundet:partietur,ac diuidet. Quando aũt: aut quomodo id faciat:nihil ad hoc tempus:quoniã(ut supra dixi) iudicem me esse non doctorẽ uolo. Nec uero dialecticis modo sit instructus:sed habeat omneis philosophiæ notos,& tractatos locos. Nihil enim de religione:nihil de morte:nihil de pietate:nihil de caritate patriæ:nihil de bonis rebus,aut malis:nihil de uirtutibus,aut uitiis:nihil de officio:nihil de dolore:nihil de uoluptate:nihil de perturbatiõibus animi,& erroribus: quæ sæpe cadũt in causas:sed ieiunius agũtur:nihil inq̃ siue ea scientia:quã dixi:grauiter:ample: copiose dici: & explicari potest. De materia loquor orationis etiã nunc:non ipso de genere dicendi. Volo enim prius habeat orator rẽ:de qua dicat:dignam auribus eruditis:quã cogitet:quibus uerbis quicq; dicat:aut quomodo. quẽ etiã:quo grandior sit:& quodãmodo excelsior(ut de Pericle dixi supra)ne physicorũ qdem esse ignarũ uolo. Omnia profecto cum se a cælestibus rebus refert ad humanas:excelsius:magnificentiusq; & dicet: & sentiet. Cũq; illa diuina cognouerit:uolo ignoret:ne hæc quideʒ humana. Ius ciuile teneat:quo egent causæ forenses quotidie. Quid est enim turpius:q̃ legitimarũ & ciuiliũ controuersiarũ patrocinia suscipere:cum sis legum & ciuilis iuris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarũ:& memoriæ ueteris ordinẽ:maxime scilicet nostræ ciuitatis;sed & imperiosiorũ populorũ;& regum illustriũ;quẽ laborem nobis Attici nostri leuauit labor; qui cõ-

seruatis

seruatis:notatisq; temporibus:nihil cum illustre praetermitteret:annorum septingentorum memoriam uno libro colligauit. Nescire autem:quid ante q̃ natus sis:acciderit: id est semper esse puerum. Quid enim aetas hominis? nisi cum memoria rerum ueterum cum superiorum aetate contexitur. Commemoratio autem antiquitatis:exemplorumq; probatio summa cum delectatione & auctoritatem orationi affert:& fidem. Sic igitur instructus ueniet ad causas:quarum habebit genera primum ipsa cognita. Erit enim ei perspectum: nihil ambigi posse:in quo non aut res controuersiam faciat:aut uerba. Res aut de uero:aut de recto:aut de nomine. Verba aut de ambiguo:aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia uidetur esse:aliud in uerbis: genus est quoddam ambigui:quod ea praeterito uerbo fieri solet. In quo quod est ambiguorum proprium:res duas significari uidemus. Cum tam pauca sint genera causarum:etiam argumentorum praecepta pauca sunt. traditi sunt,e quibus ea ducantur:duplices loci:uni e rebus ipsis:alteri assumpti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationem:nam ipsae quidem res in perfacili cognitione uersantur. Quid enim iam sequitur: qd' quidem artis sit? nisi ordiri orationem:in quo aut concilietur auditor:aut erigatur:aut paret se ad discendum rem breuiter exponere:& probabiliter:& aperte:ut quid agatur itelligi possit:sua confirmare:aduersaria euertere:eaq; efficere non perturbate:sed singulis argumentationibus ita concludendis:ut efficiatur: quod sit consequens iis:quae sumentur ad quamq; rem confirmandam. Post omnia perorationem inflammantem: restinguentemue cõcludere. Has parteis quemadmodum tractet singulas:difficile dictu est hoc loco:nec enim semper tractantur uno modo. Q̃m autem non quem doceam quaero:sed quem probem:probabo primum eum qui quid deceat,uidebit. Haec.n.sapientia maxime adhibenda eloquenti est:ut sit temporum:personarumq; moderator. Nam nec sp nec apud omneis:nec contra omneis:nec pro oĩbus:nec oĩbus eodem modo dicendũ arbitror. Is erit ergo eloquẽs: qui ad id quodcũq; decebit:poterit accõmodare orationem. Quod cũ statuerit:tũ ut quicq; erit dicendum:ita dicet:nec satura ieiune:nec grandia minute:nec item cõtra:sed erit rebus ipsis par: & aequalis oratio. Principia uerecunda non elatis intensa uerbis: sed acuta sententiis:uel ad offensionem aduersarũ:uel ad commendationem sui. Narrationes credibiles nec historico:sed prope quotidiano sermone explicatae dilucide. Dein si tenues causae:tum etiam argumentandi tenue filum & in dicendo:& in refellendo: idq; ita tenebitur:ut quanta ad rem:tanta ad orationem fiat accessio. Cum uero causa ea inciderit: in qua uis eloquentiae possit exprimi:tum se latius fundet orator:tum reget & flectet animos:& sic afficiet ut uolet.i.ut causae natura:& ratio temporis postulabit. Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis:pp quem ascendit in tm̃ honorem eloquentia. Nam cum ois pars orationis esse debet laudabilis:sic ut uerbum nullum: nisi aut graue:aut elegans excidat:tum sunt maxime luminosae:& quasi actuosae partes duae. Quarum alteram in uniuersi generis q̃onem pono:quam(ut supra dixi)Graeci appellant [illegible]. Alteram in augendis: amplificandisq; rebus.q̃ ab eisdem αὔξησις est noiata. Quae & si aequabiliter toto corpore orõnis fusa esse debet: tñ in cõibus locis maxime excellet:qui cões appellati:eo q, uidẽtur multarũ idem esse causarũ:sed proprii singularũ esse debebunt. Ac uero illa pars orõnis:quae est de g̃ne uniuerso:totas causas saepe cõtinet. Quicqd est.n.illud in quo q̃si certamen est cõtrouersiae:qd' graece κρινόμενον d̃r:id ita dici placet:ut traducat̃ ad perpetuam q̃onem:atq; ut de uniuerso g̃ne dicat̃:nisi cũ de uero ambigit̃:qd' quaeri cõiectura solet.dicet̃ aũt non peripateticorũ more(est.n.illorũ exercitatio elegans iam inde ab Aristotele cõstituta)sed aliquanto neruosius: & ita de re cõia dicentur:ut & pro reis multa leniter dicant̃:& in aduersarios aspere. Augendis uero rebus:& contra abiiciendis nihil est:qd' non perficere possit oratio:quod & inter media argumenta faciendũ est:quotiescũq; dabitur:uel amplificandi:uel minuendi locus:& pene infinite in perorando. Duo sunt ẽt:quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant. Quorũ alterum est,qd' Graeci ἠθικὸν uocant,ad naturã:ad mores:& ad oẽm uitae consuetudinem accõmodatum:alterũ(quod iidem παθητικὸν nominant)quo perturbãtur animi: & cõcitantur:in quo uno regnat oratio. Illud superius:come:iucundum:ad beneuolentiam conciliandam paratũ: hoc uehemens:incensum:incitatum:quo causae eripiuntur:quod cum rapide fertur:sustineri nullo pacto potest. Quo genere nos:mediocres:aut multo etiam minus:sed magno semper usi impetu: saepe aduersarios de statu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo summus orator non r̃ndit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus,obmutuit. Nobis priuata in causa magna:& graui:cum coepisset Curio pater respondere,subito assedit:cum sibi uenenis ereptam memoriam diceret. Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus:q, ẽt si plures dicebamus:perorationẽ mihi tñ oẽs relinquebant: in quo ut uiderer excellere:non ingenio:sed dolore assequebar. Quae qualiacunq; in me sint:me.n. ipsum non poenitet quanta sint:sed apparent in orationibus:& si carent libri spiritu illo pp quem maiora eadem illa cum agunt̃: q̃ cum legunt̃ uideri solent. Nec uero miseratione solũ mens iudicũ permouenda est: qua nos ita dolenter uti solemus:ut puerũ infantẽ in manibus perorantes tenuerimus: ut alia in cã excitato reo nobili:sublato ẽt filio paruo:plangore:& lamentatione cõpleremus forũ. Sed ẽt faciendũ est:ut irascat̃ iudex:mitiget̃:inuideat:faueat:cõtemnat:admiret̃:oderit:diligat:cupiat:satietate afficiat̃:speret:metuat:laetet̃: doleat. qua in uarietate: duriorũ:accusatio suppeditabit exempla:mitiorũ:defensiones meae. Nullo.n. modo animus audientis:aut incitari aut leniri põt:qui modus a me non tentatus sit:dicerem perfectum:si ita iudicarem:nec in ueritate crimen arrogantiae extimescerem. Sed(ut supra dixi)nulla me ingenii:sed magna uis animi inflammat:ut meipse non tenearn:nec unq̃ is:qui audiret,incenderetur:nisi ardens ad eum perueniret oratio. Vterer exemplis domesticis: nisi ea legisses. Vterer alienis:uel latinis:si ulla reperirẽ:uel graecis:si deceret:sed Crassi perpauca sunt: nec ea iudiciorũ:nihil Antonii:nihil Cottae:nihil Sulpitii:dicebat melius,q̃ scripsit Hortensius. Verũ haec uis,quam quaerimus:quanta sit suspicemur:q̃m exemplum non habemus:ut si exempla sequimur:a Demosthene sumamus: & quidem perpetuae dictionis ex eo loco: unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis: consiliis: meritis in

repu.aggressus est dicere.Ea profecto oṙo in eam formam:quæ est insita in mentibus nostris includi sic pōt:
ut maior eloquentia non requiratur.Sed iam forma ipsa restat : & characteᵉ ille quidē : qui qualis esse debeat
ex ipsis,quæ supra dicta sunt,intelligi potest.Nam & singulorum uerborum:& collocādorum lumina attigi-
mus:quibus sic abundabit:ut uerbum ex ore nullū:nisi aut elegans:aut graue exeat.ex omniq́ genere frequē
tissimæ translationes erunt:quod ea ꝑꝑ similitudinem transferunt aīos:& referunt:ac mouent huc: & illuc:q
motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat:& reliqua ex collocatione uerborum:quæ sumuntur
quasi lumina magnum afferūt ornatum orationi.Sunt.n.similia illis:quæ in amplo ornatu scænæ:aut fori ap
pellantur insignia:non ꝙ sola ornent:sed ꝙ excellant.Eadem rō est horum:quæ oṙonis lumina: & quodam-
mō insignia:cum aut duplicantur:iterenturq́ uerba:aut breuiter cōmutata ponuntur:aut ab eodē uerbo du
citur sæpius oṙo:aut in idem cōiicit̄:aut in utrunq́:aut adiungit̄ idem iteratum:aut idē ad extremum refert̄:
aut continenter unum uerbū nō in eadē snīa ponitur:aut cū similiter uel cadunt uerba:uel desinunt:aut mul-
tis modis contrariis relata contraria:aut cū gradatim sursum uersus reddit̄:aut cū demptis coniunctionibus,
dissolute plura dr̄:aut cū aliquid prætereuntes,cur id faciamus,ostendimus:aut eū corrigimus nosmetipsos
quasi reprehendentes:aut si est aliqua exclamatio:uel admirationis:uel conq̄ōnis : aut cum eiusdem nominis
casus sæpius cōmutant̄.Sed snīaꝝ ornamenta maiora sunt:quibus q̄a frequentissime Demosthenes utit̄:sunt
qui putent iccirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem.Et uero nullus fere ab eo locus sine quadam cō
formatione snīæ edicitur:nec quicq̄ est aliud dicere:nisi oēs:aut certe plerasq́ aliqua specie illuminare senten
tias:quas cū tu optime Brute teneas:quid attinet nominibus uti:aut exemplis?tm̄ modo notetur locus.Sic igi
tur dicet ille:quem expetimus:ut uerset sæpe multis modis eandem:& unam rem:& hæreat in eadem:cōmore
turq́ snīa.Sæpe ēt ut extenuet aliquid:sæpe ut irrideat:ut declinet a proposito:deflectatq́ snīam:ut proponat
quid dicturus sit:ue cum transegerit iam aliquid:diffiniat:ut se ipse reuocet:ut quod dixit iteret:ut argumen-
tum rōne concludat:ut interrogando urgeat:ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse rn̄deat:ut contra ac dicat
accipi:& sentiri uelit:ut addubitet:quid potius:aut quō dicat:ut diuidat in partes:ut aliquid relinquat:ac ne-
gligat:ut ante præmuniat:ut in eo ipso:in quo reprehendatur:culpam in aduersarium conferat:ut sæpe cum
iis:qui audiunt: nōnunq̄ ēt cum aduersario quasi deliberet:ut hoīum sermones:moresq́ describat:ut muta q̄
dam eloquentia inducat:ut ab eo quod agitur:auertat aīos:ut sæpe in hilaritatē,risumue cōuertat: ut ante oc
cupet:qđ putat opponi:ut cōparet similitudines:ut utat̄ exemplis:ut aliud aliis tribuens dispertiat:ut interpel
latorem coerceat:ut aliquid reticere se dicat:ut denunciet,quid caueat:ut liberius quid audeat : ut irascat̄ ēt:
ut obiurget aliq̄ñ:ut deprecet̄:ut supplicet:ut medeatur:ut a proposito declinet aliquātulum: ut optet: ut exe
cretur:ut fiat iis:apud quos dicet familiaris:atq́ alias ēt dicendi:quasi uirtutes sequatur: breuitatem:si res pe-
tet.Sæpe ēt rem dicendo subiiciet oculis:sæpe supra feret:q̄ fieri possit:significatio sæpe erit maior:q̄ oratio:sę
pe hilaritas:sæpe uitæ:naturarumq́ imitatio. Hoc in genere (nam quasi siluam uides) omnis eluceat oportet
eloquentiæ magnitudo:sed hæc nisi collocata:& quasi structa:& nexa uerbis:ad eam laudem:quaꝫ uolumus:
aspirare non possunt.De quo cum mihi deinceps uiderem esse dicendum:& si mouebant etiam me illa : quæ
supra dixeram:tamen iis,quæ sequuntur perturbabar magis Occurrebat enim posse reperiri:non inuidos so
lum:quibus referta sunt omnia:sed fautores etiam mearum laudum:qui non censerent eius uiri esse:de cuius
meritis tanta senatus iudicia fecisset comprobante populo Romano:quanta de nullo:de artificio dicendi lite
ris tam multa mandare.Quibus si nihil aliud responderem:nisi me M.Bruto negare rogāti noluisse:iusta esset
excusatio:cum amicissimo & præstantissimo uiro:& recta:& honesta petenti satisfacere uoluissem. Sed si pro
fitear:quod utinam possem:me studiosis dicendi:præcepta:& quasi uias:quæ ad eloquentiam ferrent,traditu
rum:quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderet?Nam quis unquam dubitauit : quin in repu.no-
stra primas eloquentia tenuerit semper urbanis:pacatisq́ rebus:secundas iuris scientia?cum in altera gratiæ:
gloriæ:præsidii plurimum esset:in altera persecutionum:cautionumq́ præceptio:quæ quidem ipsa auxilium
ab eloquētia sæpe peteret:ea uero repugnāte uix suas regiones:finesq́ defenderet. Cur igitur ius ciuile docere
semper pulchrum fuit?hominumq́ clarissimoꝝ discipulis domos floruerunt? Ad dicendum siquis acuat: aut
adiuuet in eo iuuentutem,uituperetur?Nam,si uitiosum est dicere ornate:pellatur omnino e ciuitate eloquē
tia:sin ea non modo eos ornat:penes quos est:sed etiam uniuersam repu.cur aut discere turpe est:quod scire
honestum est:aut quod nosse pulcherrimum est:id non gloriosum docere? At alterum factitum est: alterum
nouum:fateor:sed utriusq́ rei causa est.Alteros enim respondentes audire sat erat:ut ii:qui docerent:nullum
sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent:sed eodem tempore & discentibus satisfacerent:& consulentibus.Al-
teri:cum domesticum tp̄s in cognoscendis:componendisq́ causis:forense in agendis: reliquum in seipsis refi-
ciendis oē consumerent:quē habeant instituendi:aut docēdi locū?Atq́ haud scio:an plerīq́ nostroꝝ oratoꝝ
ingenio plus ualuerint:q̄ doctrina.Itaq́ illi dicere melius,q̄ præcipere:nos cōtra fortasse possumus. At digni-
tatem docere nō habet,certe,si quasi in ludo:sed in monendo: si cohortando:si percunctando:si cōmunicādo:
si interdū ēt una legendo:audiendo:nescio cur non dicendo ēt aliquid aliq̄ñ:si possis meliores facere:cur nolis?
An quibus uerbis sacroꝝ alienatio fiat:docere honestū est:quibus ipsa sacra retineri:defendiq́ possint : nō ho
nestum est? At ius ꝓfitent̄ ēt:qui nesciūt:eloquētia aūt illi ipsi:qui cōsecuti sunt:tn̄ se ualere dissimulāt:ꝓpea
ꝙ prudentia hoībus grata est:lingua suspecta.Num igit̄,aut latere eloquentia pōt:aut id qđ dissimulat, effu-
git:aut est periculum ne qs putet in magna arte,& gloriosa:turpe esse docere alios:id qđ ipsi fuerit honestissi-
mū discere?At fortasse cæteri tectiores:ego semp me didicisse ꝑ me tuli.Quid.n.possem?cū & abfuissem adu-
lescēs:& hoꝝ studioꝝ cā mare transissem:& doctissimis hoībus referta domus esset: & aliq̄ fortasse inessent in
sermone nostro doctrinarum notæ:cumq́ uulgo scripta nostra legerentur, dissimularem me didicisse?Quid

erat cur

erat cur probarem? nisi ꝙ parum fortasse profeceram. Quod cum ita sit: tamen ea: quæ supra dicta sunt: plus in disputando, q̃ ea, de quibus dicendum est: dignitatis habuerunt. De uerbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis, & dimetiendis loquemur: quæ ẽt si sunt: sicuti mihi uidentur: necessaria: tñ fiunt magnificentius, q̃ docentur. Est id omnino uerum: sed proprie in hoc dicitur. nam omnium magnarum artium: sicut arborum: altitudo nos delectat: radices: stirpesq; non item: sed esse illa sine his non potest. Me autem siue peruagatissimus ille uersus: qui uetat Artẽ pudere proloqui, quã factites Dissimulare non sinit, quin delecter, siue tuum studium hoc a me uolumen expressit: tñ eis quos aliquid reprehensuros suspicabar respondendum fuit. Quod si ea, quæ dixi, non ita essent: quis tamen se tam durum, agrestemq; præberet: qui hanc mihi non daret ueniam: ut cum meæ forenses artes: & actiones publicæ concidissent: non me aut desidiæ: qđ facere non possum: aut mœstitiæ: cui resisto: potius q̃ literis dederem: quæ quidem me antea in iudicia: atq; in curiam deducebant: nunc oblectant domi. Nec uero talibus modo rebus: quales hic liber continet: sed multo ẽt grauioribus: & maioribus: quæ si erunt perfectæ profecto forensibus nostris rebus & domesticæ literæ respondebunt. Sed ad institutam disputationem reuertamur. Collocabuntur igitur uerba aut ut inter se quam aptissime cohæreant extrema cum primis: eaq; sint q̃ suauissimis uocibus: aut ut forma ipsa: concinnitasq; uerborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio numerose & apte cadat. Atq; illud primum uideamus: q̃le sit: quod uel maxime desiderat diligentiam: ut fiat quasi structura quædam: nec tamen fiat operose: nam esset cum infinitus: tum puerilis labor: quod apud Lucilium scite exagitat in Albutio Scæuola: Quam lepide lexeis compostæ: ut tesserulæ omnes Arte pauimento: atq; emblemate uermiculato. Nolo tam minuta hæc constructio appareat: sed tamen stilus exercitatus efficiet facile hanc uiam componendi. Nam ut in legendo oculus: sic animus in docendo prospiciet: quid sequatur: ne extremorum uerborum cum in sequentibus primis concursus: aut hiulcas uoces efficiat: aut asperas. Quamuis enim suaues: grauesue sententiæ: tñ si inconditis uerbis efferunt: offendent aures: quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem latina lingua sic obseruat: nemo ut tam rusticus sit: qui uocaleis nolit coniungere. In quo quidem Theopompum ẽt reprehendũt: ꝙ eas literas tantopere fugerit: & si id magister eius Isocrates: at non Thucydides: ne ille quidem haud paulo maior scriptor Plato: nec solum in his sermonibus: qui dialogi dicuntur: ubi etiam de industria id faciendum fuit: sed in populari oratione: qua mos est Athenis: laudari in concione eos: qui sint in prœliis interfecti. quæ sic probata est: ut eam quotannis (ut scis) illo die recitari necesse sit: in ea est crebra ista uocum concursio: quam magna ex parte: ut uitiosam: fugit Demosthenes: sed Græci uiderint: nobis: ne si cupiamus quidem: distrahere uoces conceditᷣ. Indicant orõnes illæ ipsæ horridiculæ Catonis: indicant oẽs poetæ: præter eos: qui, ut uersum facerent, sæpe hiabant: ut Neuius: Vos, qui accolitis Histrum fluuium: atq; Algidam. & ibidem: Quam nunq̃ nobis Grai: atq; Barbari. At Ennius semel. Scipio inuicte. & quidẽ nos: Hoc motu radiantis etesiæ in uada põti. Hoc idẽ nostri sæpius non tulissent: qđ Græci laudare ẽt solẽt. Sed quid ego? uocales sine uocalibus sæpe breuitatis cã contrahebant: ut ita dicerent multi modis: uas argenteis: palm & crinibus: tecti fractis. Quid uero licentius: q̃ ꝙ hoium ẽt noia contrahebant: quo essent aptiora. nãm ut duellum belluz: & duis bis: sic Duellium eum: qui Pœnos classe deuicit: Bellium nominauerunt: cum superiores appellati essent semper Duellii. Quin ẽt uerba sæpe contrahuntur: non usus cã: sed aurium. Quomodo. n. uester Axilla ala factus est: nisi fuga literæ uastioris? Quam literam ẽt e maxillis e taxillis: & uexillo: & paxillo consuetudo elegans latini sermonis euellit. Libenter etiam copulando uerba iungebãt: ut sodes pro si audes: sis pro si uis. Iam in uno capsis tria uerba sunt. Ain pro ais ne: nequire pro non quire: malle pro magis uelle: nolle pro non uelle. Dein etiam sæpe: & exin pro deinde: & pro exinde dicimus. Quid illud: non olet unde sit? quod dicitur cum illis. Cum autem nobis non dicitur: sed nobiscum: quia si ita diceretur: obscœnius concurrerent literæ: ut etiam modo: nisi autem interposuissem: concurrissent. Ex eo est mecum: & tecum: non cum me: & cum te: ut esset simile illis uobiscum atque nobiscum. Atq; etiam a quibusdam sero iam emendatur antiquitas: qui hæc reprehendunt: nam proh Deum atq; hominum fidem: Deorum aiunt. Ita credo: hoc illi nesciebant: an dabat hanc licentiam consuetudo? Itaq; idem poeta: qui insitatius contraxerat: Patris mei meum factum pudet. pro meorum factorum: & Texitur exitium examen rapit. pro exitiorum: non dicit liberum: ut plerięq; loquimur: cum cupidos liberum: aut in liberum loco dicimus. Sed, ut isti uolunt: Neq; tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. & idem Namq; Aesculapii liberorum. At ille aliter in Chryse: non solum Ciues antiqui amici maiorum meum: quod erat usitatum: sed durius etiam Cõsilium socii: augurium: atq; extum interpretes. Idemq; pergit Postquam prodigium horriferum portentum pauor: quæ non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec. n. dixerim tam libenter armum iudicium: & si est apud eundem. Nihil ne ad te de iudicio armum accidit? quam centuriam: ut censoriæ tabulæ loquuntur: fabrum & procum audeo dicere: non fabrorum & procorum. Planeq; duorum uirorum iudicium: aut trium uirorum capitalium: aut decem uirorum litibus iudicandis dico nunquam. At qui dixit Accius: Video sepulchra dua duorum corporum. Idemq; Mulier una duum uirum: qđ uerum sit intelligo: sed alias ita loquor: ut concessum est: ut hoc uel proh Deum dico: uel proh Deorum. Alias ut necesse est: cum trium uirum: non uirorum: cum sestertium nummum: non nummorum: ꝙ in his consuetudo uaria non est. Quid ꝙ sic loqui: nosse: iudicasse uetant: nouisse iubent: & iudicauisse? quasi uero nesciamus in hoc genere & plenum uerbum recte dici: & imminutum usitate. Itaque utrunque Terentius: Eho tu cognatum tuum non noras? post idem Stilphonem inquam noueras. Siet: plenum est: sit: imminutum: licet utare utroque: ergo ibidem: Quam cara sintque post carendo intelligunt: Quamque attinendi magni dominatus sient. Nec uero reprehenderim Scripsere alii rem: & scripserũt esse uerius sentio: sed cõsuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Idẽ cãpus habet. inquit Ennius: & In tẽplis isdẽ. probauit: at eisdem erat uerius:

nec tamen eiſdem:opimius:male ſonabat iiſdem.Impetratu3 eſt a conſuetudine:ut peccare ſuauitatis cauſa liceret:& pomeridianas quadrigas:q̄ poſtmeridianas libentius dixerim:& mehercule:q̄ mehercules. Non ſcire quidem barbarum iam uidetur:neſcire dulcius.ipſum meridiem:cur non medidiem?credo q̄ erat inſuauius. Vna præpoſitio eſt, ab, eaque nunc tantum in acceptis tabulis manet:ne his quidem omnium:in reliquo ſermone mutata eſt.Nam amouit dicimus:& abegit:& abſtulit:ut iam neſcias:ab ne uerum ſit : an abs. Quid ſi etiam abfugit?turpe uiſum eſt:& abfer?noluerunt:aufer maluerunt:quæ præpoſitio præter hæc duo uerba: nullo alio in uerbo reperitur. Noti erant, & naui, & nari:quibus cum in præponi oporteret : dulcius uiſum eſt.ignoti:ignaui:ignari dicere:q̄ ut ueritas poſtulabat.Ex uſu dicunt:& e repu.quod in altero uocalis excipiebat:in altero eſſet aſperitas:niſi literam ſuſtuliſſes: ut exegit:edixit:refecit : retulit:reddidit adiuncti uerbi primam literam præpoſitio commutauit:ut ſubegit:ſummutauit:ſuſtulit.Quid in uerbis iunctis?q̄ ſcite inſipiẽtem:non inſapientem?iniquum:non inæquum?tricipitem:non tricapitem?conciſum:non conceſum?Ex quo quidam pertiſum etiam uolunt:quod eadẽ cõſuetudo nõ probauit. Quid uero hoc elegantius? quod non ſit natura:ſed quodam inſtituto:inclytus dicimus breui prima litera:inſanus producta:inhumanus breui:infelix longa:& ne multis:quibus in uerbis eæ primæ literæ ſunt:quæ in ſapiente:atq; felice:producte dicitur:in cæteris omnibus breuiter. itemque:compoſuit:conſueuit:concrepuit:confecit : conſule ueritatem : reprehendet: refer ad aures:probabunt. Quare cur?ita ſe dicent iuuari:uoluptati autem aurium morigerari debet oratio. Quin ego ipſe:cum ſcirem ita maiores locutos eſſe:ut nuſquam niſi in uocali aſpiratione uterentur:loquebar ſic:ut pulcros, & cætegos, triumpos, Cartaginem dicerem:aliquando:idque ſero:conuitio aurium:cum mihi extorta ueritas eſſet:uſum loquendi populo conceſſi:ſcientiam mihi reſeruari. Orciuios tamen & Matones: Otones:Cæpiones:ſepulcra:coronas:lacrymas dicimus:quia per aurium iudicium ſemper licet. Purum ſemper Ennius:nuſquam Pyrrhum: ui patefecerunt fruges:non phryges:ipſius antiqui declarant libri: nec enim græcam literam adhibebãt:nunc autem etiam duas.& cum Phrygum:& eum phrygibus dicendum eſſet:abſurdum erat:aut tantum barbaris caſibus græcam literam adhibere:aut recto caſu ſolum græce loqui:tamen & Phryges & Pyrrhum aurium cauſa dicimus. Quinetiam, quod iam ſubruſticum uidetur, olim autem politius:eorum uerborum, quorum eadem erant poſtremæ duæ literæ:quæ ſunt in optimus:poſtremam literam detrahebant:niſi uocalis inſequebatur.Ita non erat ea offenſio in uerſibus : quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebamur.Qui eſt omnibu princeps.non omnibus princeps. & Vita illa dignu, locoque. non dignus.Quod ſi indocta conſuetudo tam eſt artifex ſuauitatis:quid ab ipſa tandem arte: & doctrina poſtulari putamus?Hæc dixi breuius:q̄ ſi hac de re una diſputarem.eſt enim hic locus late patens:de natura:uſuq; uerborum:longius autem, q̄ inſtituta ratio poſtulabat.Sed quia rerum:uerborumq; iudicium prudentiæ eſt:uocum autem, & numerorum aures ſunt iudices:& q̄ illa ad intelligentiam referuntur:hæc ad uoluptatem : in illis ratio inuenit:in his ſenſus artem:aut enim negligenda nobis fuit uoluptas eorum:quibus probari uolebamus:aut ars eius conciliandæ reperienda.Duæ ſunt igitur res:quæ permulceant aures:ſonus, & numerus. De numero mox.De ſono nunc quærimus. Verba(ut ſupra diximus)legenda ſunt potiſſimum bene ſonantia:ſed ea non:ut poetæ:exquiſita ad ſonum:ſed ſumpta de medio. Qua pontus Helles. ſuperat modum. At Auratus aries Colchorum : ſplendidis nominibus illuminatus eſt uerſus:ſed proximus inquinatus in ſuauiſſima litera infinitus:Frugiſera, & ferta arua Aſiæ tenet. Quare bonitate potius noſtrorũ uerborum utamur: q̄ ſplendore Græcorum:niſi forte ſic loqui pœnitet:Qua tempeſtate Paris Helenam:& quę ſequuntur:immo uero iſta ſequamur, aſperitatemq; fugiamus:Habeo iſtam ego perterricrepam.idemq;: Verſutiloquas malitias.Nec ſolum componentur uerba ratione:ſed etiam finientur:quoniam ad iudicium eſſe alterum aurium diximus:ſed finiuntur:aut compoſitione ipſa:& quaſi ſua ſponte:aut quodam genere uerborum:in quibus ipſis concinnitas ineſt:quæ ſiue caſus habent in exitu ſimiles:ſiue paribus paria redduntur:ſiue opponuntur contraria:ſuapte natura numeroſa ſunt:ẽt ſi nihil eſt factum de induſtria.In huius concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus:quo de genere illa noſtra ſunt in Miloniana.Eſt enim iudices hæc non ſcripta:ſed nata lex:quã non didicimus:accepimus:legimus:uerum ex natura ipſa arripuimus:hauſimus:expreſſimus:ad quam non docti, ſed facti:non inſtituti, ſed imbuti ſumus.Hæc enim talia ſunt:ut quia referuntur ad ea:quæ debent referri:intelligamus non quæſitum eſſe numerum:ſed ſecutum:quod fit item in referendis cõtrariis:ut illa ſunt, quibus non modo numeroſa oratio:ſed ẽt uerſus efficitur.Eam, quam nihil accuſas, damnas, condemnas dixiſſet:qui uerſum effugere uoluiſſet:bene quam meritam eſſe autumas: dicis male mereri: id:quod ſcis, prodeſt:nihil id:quod neſcis, obeſt. Verſum efficit ipſa relatio contrariorum: id eſſet in oratione numeroſum:quod ſcis nihil prodeſt:quod neſcis, multum obeſt. Semper hæc, quæ Græci αντιθετα nominãt cum contrariis opponuntur contraria:numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt : & cum ſine induſtria. hoc genere antiqui:iam ante Iſocratem delectabantur:& maxime Gorgias:cuius in oratione plerunque efficit numerum ipſa concinnitas.Nos etiam in hoc genere frequentes:ut illa ſunt in quarto accuſationis.Conferte hanc pacem:cum illo bello:huius prætoris aduentum:cum illius imperatoris uictoria:huius cohortem impuram:cum illius exercitu inuicto:huius libidines:cum illius continentia:ab illo, qui cepit cõditas:ab hoc: qui conſtitutas accepit:captas diceretis Syracuſas. Ergo & hi numeri ſunt cogniti etia3 a latinis. Genus illud tertium explicetur:quale ſit numeroſæ:& aptæ orationis. Quod qui non ſentiunt:quas aures habeant:aut quid in his hominis ſimile ſit : neſcio. Meæ quidem & perfecto : completoque uerborum ambitu gaudent : & curta ſentiunt:nec amant redundantia:quid dico meas?conciones ſæpe exclamare uidi:cum apte uerba cecidiſſent : id enim expectant aures : ut uerbis colligetur ſententia. Non erat hoc apud antiquos : & quidem nihil aliud fere non erat. Nam & uerba eligebant : & ſententias graueis : & ſuaueis reperiebant : ſed eas aut

uinciebant:haud explebāt.parū hoc meipſum delectant inquiunt. Quid ſi antiquiſſima illa pictura paucorū
colorum magis,q̄ hæc iam perfecta delectet?illa nobis ſit,credo,repetenda:hæc ſcilicet repudianda.Nomini
bus ueterum gloriantur.Habet autem ut in ætatibus auctoritatem ſenectus:ſic in exemplis antiquitas:quæ
quidem apud meipſum ualet plurimum:nec ego id:quod deeſt antiquitati:flagito potius,q̄ laudo quod eſt:p̄
ſertim cum ea maiora iudicem:quæ ſunt:q̄ illa:quæ deſunt.Plus eſt enim in uerbis:& in ſententiis boni:qui-
bus illi excellunt:q̄ in concluſione ſententiarum:quam non habent:poſt inuenta concluſio eſt:qua credo uſu
ros ueteres illos fuiſſe:ſi iam nota:atq; uſurpata res eſſet:qua inuenta omneis uſos magnos oratores uidemus:
ſed habet nomen,inuidiam,cum in oratione iudiciali,& forenſi numerus latine:græce ῥυθμος ineſſe dicitur.
Nimis enim inſidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur:ſi etiam in dicendo numeri ab oratore quærun-
tur.hoc freti iſti:& ipſi infracta:& amputata loquuntur:& eos uituperāt:qui apta & finita pronunciant:ſi ina-
nibus uerbis:leuibuſq; ſententiis,iure,ſin probæ res:lecta uerba. Quid eſt cur claudicare:aut inſiſtere oratio-
nem malint:q̄ cum ſententia pariter excurrere?Hic enim inuidioſus numerus nihil affert aliud:niſi ut ſit apte
uerbis comprehenſa ſententia:quod fit etiam ab antiquis:ſed plerunque caſu:ſæpe natura.Et quæ ualde lau-
dantur apud illos:ea fere:quia ſunt concluſa,laudantur.& apud Græcos quidem iam anni prope quadringen-
ti ſunt:cum hoc probatur:nos nuper agnouimus.Ergo Ennio licuit uetera contemnenti dicere,Verſibus,
quos olim Fauni:uateſque canebant:mihi de antiquis eodem modo non licebit:præſertim cum dicturus non
ſim.Ante hunc:ut ille:nec quæ ſequuntur.Nos auſi reſerare.Legi enim,audiuique nonnullos:quorum prope-
modum abſolute concluderetur oratio.Quod qui non poſſunt:non eſt eis ſatis non contemni:laudari etiam
uolunt.Ego autem illos ipſos laudo:idque merito:quorum ſe iſti imitatores eſſe dicunt.Etſi in his aliquid de
ſidero:hos uero minime:qui nihil illorum niſi uitium ſequuntur:cum a bonis abſint longiſſime.Quod ſi au-
res tam inhumanas:tamque agreſtes habent:ne doctiſſimorum quidem uirorum eos mouebit auctoritas?
Omitto Iſocratem:diſcipuloſque eius:Ephorum:& Naucratem:quanquam orationis faciendæ & ornandæ
auctores locupletiſſimi,ſummique ipſi oratores eſſe debeant.Sed quis omnium doctior?quis acutior?quis in
rebus uel inueniendis:uel iudicandis acrior Ariſtotele fuit?quis porro Iſocrati etiam aduerſarius infenſior?Is
igitur uerſum in oratione uetat eſſe:numerū iubet.eius auditor Theodectes in primis(ut Ariſtoteles ſæpe ſi-
gnificat)politus ſcriptor,atque artifex:hoc idem & ſentit & præcipit.Theophraſtus uero:iiſdem de rebus eti-
am accuratius.Quis ergo iſtos ferat?qui hos auctores non probent.niſi omnino hæc eſſe ab his præcepta ne-
ſciunt.Quod ſi ita eſt(ne uero aliter exiſtimo)quia ipſi ſuis ſenſibus non mouentur:nihil nec eis inane uidetur:
nihil inconditum:nihil curtum:nihil claudicans:nihil redundans.In uerſu quidem Theatra tota exclamant:
ſi fuit una ſyllaba aut breuior:aut longior.Nec uero multitudo pedes nouit:nec ullos numeros tenet:nec il-
lud:quod offendit:aut cur:aut in quo offendat intelligit:& tamen omnium longitudinum,& breuitatum in
ſonis,ſicut acutarum:grauiumque uocum:iudicium ipſa natura in auribus noſtris collocauit.Viſne igitur
Brute totum hunc locum accuratius etiam explicemus:q̄ illi ipſi,qui & hæc & alia nobis tradiderunt?An his
cōtenti eſſe:quæ ab illis dicta ſunt:poſſumus?Sed quid quæro:uelis ne?cum literis tuis eruditiſſime ſcriptis:te
id uel maxime uelle perſpexerim.Primum ergo origo:deinde cauſa:poſt natura:tum ad extremum uſus ipſe
explicetur orationis:aptæ atque numeroſæ.Nam qui Iſocratem maxime mirantur:hoc in eius ſummis laudi
bus maxime ferunt:q; uerbis ſolutis numeros primus adiunxerit.Cum enim uideret oratores cum ſeueritate
audiri:poetas autem cum uoluptate:tum dicitur numeros ſecutus:quibus etiā in oratione uteremur:cum iu
cunditatis cāutum ut uarietas occurreret ſatietati.Quod ab his uere quadam ex parte:non totum dicitur.Nā
neminem in eo genere ſciētius uerſatum Iſocrate confitendum eſt.Sed princeps inueniendi fuit Thraſima-
chus:cuius omnia nimis etiam extant ſcripta numeroſe.Nam(ut paulo ante dixi)paria paribus adiuncta:& ſi-
militer diffinita.Itemque contrariis relata contraria:quæ ſua ſponte etiam ſi id non agas:cadunt plerunque
numeroſe:Gorgias primus inuenit:ſed his eſt uſus intemperantius:id autem eſt genus(ut ante dictum eſt)ex
tribus partibus collocationis alterum.horum uterque Iſocratem ætate præcurrit:ut eos ille moderatione,
non inuentione uicerit.Eſt enim ut in transferendis faciendiſque uerbis tranquillior:ſic in ipſis numeris ſeda-
tior.Gorgias autem auidior eſt eius generis:& his feſtiuitatibus(ſic enim ipſe cenſet)inſolētius abutitur:quas,
Iſocrates,cum tamen audiuiſſet in Theſſalia adoleſcens ſenem iam Gorgiam:moderatius temperauit.Quin
etiam ſe ipſe tantum quantum ætate procedebat(prope enim centum confecit annos)relaxarat a nimia neceſ-
ſitate numerorum:quod declarat in eo libro:quem ad Philippum Macedonem ſcripſit:cum iam admodum
eſſet ſenex:in quo dicit ſeſe minus iam ſeruire numeris:q̄ ſolitus eſſet:ita non modo ſuperiores:ſed etiam ſe ip-
ſe correxit.Quoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes:auctoreſque:quos diximus:& origo in-
uenta eſt:cauſa quæratur:quæ ſic aperta eſt:ut miror ueteres non eſſe commotos:præſertim cum,ut fit,for-
tuito ſæpe aliquid concluſe,apteq; dicerent.Quod cum animos hominum:aureiſq; pepuliſſet:ut intelligi poſ
ſet:id quod caſus effudiſſet:cecidiſſe iucunde:notandum certe genus:atq; ipſi ſibi imitandi fuerunt.Aures enī
uel animus aurium nuncio naturalem quandam in ſe continet uocum omnium menſionem.Itaq; & longio-
ra,& breuiora indicat,& perfecta,ac moderata ſemper expectat.Mutila ſentit quædam:& quaſi decurtata:qui
bus tanq̄ debito fraudet,offenditur.Productiora alia,& quaſi immoderatius excurrētia:quæ magis etiam aſ-
pernantur aures:quod cum in pleriſq;:tum in hoc genere nimium quod eſt:offendit uehementius,q̄ id,quod
uidetur parum.Vt igitur poetica,& uerſus inuentus eſt terminatione aurium:obſeruatione prudentium:ſic
in oratione animaduerſum eſt:multo illud quidem ſerius:ſed eadem natura admonente:quoſdam eſſe certos cur-
ſus:concluſioneſq; uerborum.Q m̄ igitur cauſam quoq; oſtendimus:naturam nunc(id.n.erat tertium)ſi placet,
explicemus:quæ diſputatio nō huius inſtituti ſermonis eſt:ſed artis intimæ.Quæri enim poteſt.qui ſit orato-

nis numerus:& ubi sit positus:& natus ex quo:& is unus ne sit:an duo:an plures:quaq; rõne cõponat & ad quã rẽ:& qñ:& quo loco:& quẽadmodũ adhibitus aliqd uoluptatis afferat. Sed ut in plerisq; rebus; sic in hac duplex est cõsiderandi uia:quaꝝ altera est longior:breuior altera:& eadem ẽt planior. Est aũt longioris prima illa qõ:sit ne oĩno ulla numerosa oro. Quibusdã.n. non uĩ:quia nihil insit in ea certi:ut in uersibus:& q̈ illi:qui affirmant esse numeros:rõnez:cur sint:non queant reddere. Deinde, si sit numerus in orone, qualis sit, aut quales:ex poeticis ne numeris:an ex alio gñe quodam,& si e poeticis quis coꝝ sit:aut qui. Namque aliis unus modo:aliis plures:aliis oẽs iidem uidentur. Deinde quicunq; sunt:siue unus:siue plures:cões ne sint oĩs gñis orationi:qm̃ aliud genus est narrandi:aliud persuadendi:aliud docendi:an dispares numeri cuiq; oronis gñi accommodentur. si oẽs:qui sint. si dispares:quid intersit:& cur non æque in orone, atq; in uersu numerus appareat. Deinde quod dr̃ in orõne numerosum:id utrum numero solum efficiatur:an ẽt uel compositione quadã:uel gñe uerborum:an est suum cuiusq;:ut numerus interuallis:compositio uocibus:genus ipsum uerborum quasi quædam forma:& lumen oronis appareat:sitq; oĩum fons compositio:ex eaq; & numerus efficiatur:& ea:quæ dñr:oronis quasi formæ:& lumina:quæ (ut dixi) Græci uocant σχηματα. An non est unum:nec idẽ:quod uoce iucundum est:& quod moderatione absolutum:& quod illuminatum genere uerborum:q̃q̃ id quidem finitimum est numero:quia per se plerunq; perfectum est. Compositio autem ab utroq; differt:quæ tota seruit grauitati uocum, aut suauitati. Hæc igitur fere sunt:in quibus rei natura quærẽda sit. Esse igitur in oratione numerum quendam non est difficile cognoscere. Iudicat.n. sensus:in quo iniquum est:qđ accidit nõ agnoscere:si cur id accidat reperire nequeamus. Neq;.n. ipse uersus rõne est cognitus:sed natura:atq; sensu:quem dimensa rõ docuit:quid acciderit:ita notatio naturæ:& aĩaduersio peperit artem. Sed in uersibus res est apertior:q̃q̃ ẽt a modis quibusdam cantu remoto soluta esse uideatur oro:maximeq; id in optimo quoq; eorum poetarum:qui λυρικοι a Græcis nominantur:quos cum cantu spoliaueris:nuda pene remanet oro. Quorum similia sunt quædam ẽt apud nostros:uelut ille in Thyeste. Quemnam te esse dicam?qui tarda in senectute:& q̃ sequuntur:quæ nisi cum tibicen accessit:orationi sunt solutæ simillima. At Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti:ut nõnunq̃ uix in his numerus & uersus intelligi possit:quo est ad inueniendum difficilior:in oratione numerus:q̃ in uersibus. Omnino duo sunt:quæ condiant orationem:uerborum, numerorumq; iucunditas. In uerbis inest quasi materia quædam:in numero autem expolitio:sed ut cæteris in rebus necessitatis inuenta antiquiora sunt:q̃ uoluptatis:ita & in hac re accidit:ut multis sæculis ante oratio nuda:ac rudis ad solos animoꝝ sensus exprimẽdos fuerit reperta:q̃ ratio numeroꝝ causa delectationis aurium excogitata. Itaq; & Herodotus,& eadem, superiorq; ætas numero caruit:nisi quãdo temere ac fortuito:& scriptores perueteres:de numero nihil omnino:de oratione præcepta multa nobis reliquerunt. Nam quod facilius est,& magis necessarium:id semper ante cognoscitur. Itaq; translata:aut facta:aut iuncta uerba facile sunt cognita:quia sumebantur e consuetudine:quotidianoq; sermone. Numerus autem non modo depromebatur:neq; habebat aliquam necessitudinem:aut cognationem cum oratione. Itaq; serius aliquanto notatus,& cognitus quasi quandam palæstram & extrema liniamenta orationi attulit. Quod si & angusta quædam, atq; concisa,& alia est dilatata,& diffusa oratio:necesse est id non literarum accidere natura:sed interuallorum longorum:& breuium uarietate:quibus implicata, atque permista oratio:quoniam tum stabilis est:tum uolubilis:necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quẽ sæpe iam diximus, incitatior numero ipso fertur,& labitur, quoad perueniat ad finem,& insistat. Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse debere:carere uersibus:sed hi numeri poetici ne sint:an ex alio genere quodam:deinceps est uidendum. Nullus est igitur numerus extra poeticos:propterea q̈ diffinita sunt genera numerorum:nam omnis talis est:ut unus sit e tribus. Pes.n. qui adhibetur ad numeros:partitur in tria:ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti:aut altero tanto:aut sesqui esse maiorem. Ita fit æqualis Dactylus:duplex Iambus:sesqui Pæon:qui pedes in orationem non cadere qui possunt?quibus ordine locatis:qđ efficitur numerosum fit necesse est. Sed quæritur quo numero:aut quibus potissimum sit utendum. Incidere uero oĩs in orationem etiam ex hoc intelligi potest:q̈ uersus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus:quod uehemẽter est uitiosum:sed nõ attendimus:neq; exaudimus nosmetipsos. Senarios uero,& hyponactios effugere uix possumus. Magnam.n. partez ex Iambis nostra constat oratio:sed tñ eos uersus facile agnoscit auditor:sunt.n. usitatissimi. Inculcamus aũt per imprudentiam sæpe ẽt minus usitatos:sed tñ uersus, uitiosum genus,& longa animi prouisione fugiendum. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse uersus Hieronymus:peripateticus in primis nobilis:plerosq; senarios:sed ẽt anapæsticos:quo quid potest esse turpius?& si in eligẽdo fecit malitiose. Prima.n. syllaba dempta primo uerbo sententiæ:postremum ad uerbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis. Ita factus est Anapæstus, is, qui Aristophaneus nominatur:quod ne accidat, obseruari nec potest, nec necesse est. Sed tamen hic corrector:in eoipso loco:quo reprehendit:ut a me animaduersum est studiose inquirenti in eum:immitit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum in solutis ẽt uerbis inesse numeros:eosdemq; esse oratorios:qui sint poetici. Sequitur ergo, ut qui maxime cadant in orationem aptam numeri, uidendum sit. Et sunt.n. qui Iambicum putẽt:q̈ sit orationi simillimus:qua de cã fieri:ut is potissimũ pp similitudinem ueritatis adhibeatur in fabulis:q̈ ille Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accõmodatior. Ephorus aũt leuis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina:Pæonẽ sequit:aut Dactylum:fugit aũt Spondæũ,& Trochæũ. Quod.n. Pęon habeat treis breueis:Dactylus aũt duas:breuitate:& celeritate syllabaꝝ labi putat uerba pcliuius:cõtraq; accidere in Spõdæo:& Trochæo:q̈ alter e longis cõstaret:alter e breuibus fieret:alterã nimis incitatã:alterã nimis tardã oronẽ:neutram tẽperatam. Sed & illi priores errant:& Ephorus in culpa est. Nã & qui Pæonẽ prætereunt:nõ uident mollissimũ a sese numeꝝ:eundẽq; amplissimum

plissimum

plissimum præteriri. Quod longe Aristoteli uĩ secus: qui iudicat Heroũ numerũ grandiorem: q̃ desideret soluta oĩo. Iambũ aũt nimis e uulgari esse sermone. Ita neq̃ humilẽ: nec abiectã oĩonem: nec nimis altã: & exaggeratam probat: plenam tñ eam uult esse grauitatis: ut eos: qui audient: ad maiorẽ admirationẽ possit traducere: Trochæum aũt, qui est eodem spacio, quo Choreus, Cordacẽ appellat: q̃a contractio & breuitas dignitatem nõ habeat. Ita pæonẽ ꝓbat: eoq̃ ait uti oẽs: sed ipsos nõ sentire: cũ utant̃: esse aũt tertiũ, ac mediũ inter illos: sed ita factos eos pedes esse: ut in eis singulis modus insit: aut sexq̃plex: aut duplex: aut par. Itaq̃ illi: de quibus ante dixi: tm̃mõ cõmoditatis habuerunt rõnẽ: nullã dignitatis. Iambus.n. & Dactylus in uersum cadunt maxime: itaq̃ ut uersum fugimus in oĩone: sic hi sunt euitãdi cõtinuati pedes. Aliud.n. q̃ddã est oĩo: nec q̃cq̃ inimicius: q̃ illa uersibus. Pæon aũt minime est aptus ad uersum: quo libentius eum recipit oĩo. Ephorus uero nec Spõdeũ q̃dẽ: quẽ fecit: itelligit esse æqualẽ Dactylo: quẽ ꝓbat: syllabis.n. metiẽdos pedes: nõ interuallis existimat: q̃d idẽ facit in Trochæo: q̃ tpibus: & iteruallis par est Iambo: sed eo uitiosius in oĩone: si ponat̃ extremus: q̃ uerba melius in syllabas lõgiores cadũt. Atq̃ hæc, q̃ sunt apud Aristotelẽ, eadẽ a Theophrasto: Theodecteq̃ de pæone dñr. Ego aũt sentio omnes in oĩone esse quasi permixtos, & cõfusos pedes. Nec.n. effugere possemus aĩaduersionẽ: si semper iisdẽ uteremur: q̃a nec numerosa esse, ut poema: neq̃ extra numerũ, ut sermo uulgi est, debet oĩo. Alterũ nimis est iunctum: ut de industria factũ appareat. Alterũ nimis dissolutum: ut peruagatũ, atq̃ uulgare uideat̃: ut ab altero nõ delectere: alterũ oderis. Sit igit̃ (ut supra dixi) permixta & tẽperata numeris: nec dissoluta: nec tota numerosa: pæone maxime: q̃m optimus auctor ita censet: sed reliquis ẽt numeris: quos ille præterit, tẽperata. Quos aũt numeros: cũ quibus tanq̃ purpurã misceri oporteat: nunc dicendũ est: atq̃ ẽt quibus oĩonis gñibus sint quiq̃ accõmodatissimi. Iambus.n. frequentissimus est in iis: quæ demisso atq̃ humili sermone dñr: Pæon aũt in amplioribus: in utroq̃ Dactylus: ita in uaria & perpetua oĩone hi sunt inter se miscendi & tẽperandi: sic minime aduertet̃ delectationis aucupiũ: & quadrandæ oĩonis industria: quę latebit eo magis: si & uerborũ & sententiarũ ponderibus utemur. Nã qui audiunt hæc duo aĩaduertunt: & iucunda sibi censent: uerba dico & sententias: eaq̃ dum aĩs attentis admirantes excipiunt: fugit eos: & præteruolat numerus: qui tñ si abesset: illa ipsa delectarent. Nec uero minus is cursus est numerorũ: oĩonis dico. Nam est longe aliter in uersibus: nihil ut fiat extra modum: nam id quidem esset poema. Sed oĩs nec claudicãs: nec quasi fluctuans: & æqualiter: constanterq̃ ingrediẽs numerosa habet̃ oĩo. Atq̃ in dicendo numerosum putat̃: nõ quod totũ constat e numeris: sed quod ad numeros proxime accedit: quo ẽt difficilius oĩone uti: q̃ uersibus: q̃d in illis certa quædã & diffinita lex est: quã sequi sit necesse. In dicendo aũt nihil est ꝓpositum: nisi aut ne immoderata: aut angusta: aut dissoluta: aut fluens sit oĩo. Itaq̃ non sunt in ea tanquã tibicini percussionum modi: sed uniuersa comprehensio: & species oĩonis clausa: & terminata est: quod uoluptate aurium iudicatur. Solet autem quæri toto ne in ambitu uerborum numeri tenendi sint: an in primis partibus, atq̃ in extremis? Pleri enim censent cadere tantum numerose oportere: terminariq̃ sententiam. Est autem ut id maxime deceat: non id solũ. Ponendus est.n. ille ambitus: non abiiciendus. Quare cum aures extremũ semper expectent: in eoq̃ acquiescant: id uacare numero non oportet: sed ad hunc exitum tñ a principio ferri debet uerborũ illa cõprehensio: & tota a capite ita fluere: ut ad extremũ ueniens ipsa cõsistat. Id aũt bona disciplina exercitatis: q̃ & multa scripserint: & quæcũq̃ ẽt sine scripto dicerent: similia scriptorũ effecerint: nõ erit difficillimum. Ante.n. circũscribit̃ mente sñia: cõfestimq̃ uerba concurrunt: q̃ mens eadem: qua nihil est celerius: statim dimittit: ut suo quodq̃ loco respondeat: quorũ descriptus ordo: alias alia terminatione cõcludit̃: atq̃ oĩa illa & prĩa & media uerba spectare debent ad ultimũ. Interdum.n. cursus est in oĩone incitatior: interdum moderata ingressio: ut iam a principio uidendũ sit: quẽadmodũ uelis uenire ad extremũ: nec in numeris magis: q̃ in reliquis ornamentis oĩonis: eadẽ cũ faciamus: q̃ poetæ: effugimus tñ in oĩone poematis similitudinẽ. Est.n. in utroq̃ & materia & tractatio: materia in uerbis: tractatio in collocatione uerborũ. Ternæ aũt sunt utriusq̃ partes: uerborũ: trãslatũ: nouum: priscũ: nã de propriis nihil hoc loco dicimus. Collocationis aũt eæ: quas diximus: compositio: cõcinnitas: numerus: sed in utroq̃ frequentiores sunt: & liberiores poetæ. Nam & transferũt uerba cũ crebrius: tum ẽt audacius: & priscis libentius utuntur: & liberius nouis: q̃d idem fit in numeris: in quibus quasi necessitati parere cogunt̃: sed tñ hæc nec nimis esse diuersa: neq̃ ullo mõ coniuncta intelligi licet. Ita fit: ut non itẽ in oĩone: ut in uersu numerus extet: idq̃ quod numerosum in oĩone dr̃: non semp numero fiat: sed nonnunq̃ aut concinnitate: aut cõstructione uerborũ. Ita si numerus oĩonis quærit̃ qui sit: oĩs est: sed alius alio melior, atq̃ aptior. Si locus, in oĩ parte uerborũ: si unde ortus sit, ex aurium uoluptate: si cõponendorũ rõ: dicetur alio loco: quia pertinet ad usum: q̃ pars quarta & extrema nobis in diuidendo fuit: si ad quam rem adhibeat̃: ad delectationem: si q̃ñ, semper: si quo loco, in tota continuatione uerborũ: si quæ res efficiat uoluptatẽ: eadẽ q̃ in uersibus: quorũ modum notat ars: sed aures ipsæ tacito eum sensu sine arte diffiniunt. Satis multa de natura: sequit̃ usus: de quo est accuratius disputandũ. In quo quæsitum est: in toto ne circuitu illo oĩonis: quem græci περίοδον appellant: nos tum ambitũ: tũ circuitũ: tũ cõprehensionẽ: aut cõtinuationẽ: aut circũscriptionem dicimus: an in principiis solum: an in extremis: an in utraq̃ parte numerus tenendus sit. Deinde, cũ aliud uideat̃ esse numerus: aliud numerosum: quid intersit. Tũ aũt in oĩbus ne numeris æqualiter particulas deceat incidere: an facere alias breuiores: alias longiores. idq̃ q̃ñ: aut cur: quibusq̃ partibus: pluribusue: an singulis, imparibus: an æqualibus: & q̃ñ aut istis: aut illis sit utendũ: quæq̃ inter se aptissime collocentur: & quõ: an oĩno nulla sit in eo gñe distinctio. quodq̃ ad rem maxime pertinet: qua rõne numerosa fiat oĩo. Explicandũ ẽt est unde orta sit forma uerborũ: dicendũq̃ quantos circuitus facere deceat: deq̃ eorũ particulis: & tanq̃ incisionibus disserendũ est. Quærendũq̃ utrũ una species & longitudo sit eaꝝ: an ne plures: & si plures: quo loco: aut q̃ñ: quoq̃ gñe uti oporteat. Postremo totius gñis utilitas explicanda est: quæ quidẽ patet latius: nõ ad unã n.

rem aliquam:sed ad plures accõmodat. Ac licet non ad singulas res rñdentem de uniuerso gñe sic dicere: ut ẽt singulis satis rñsum esse uideať. Remotis igiť reliquis gñibus:unum selegimus:hoc quidẽ:qđ in causis:foroq; persať:de quo diceremus. Ergo in aliis.i.in historia:& i eo:qđ appellamus ἐπιδεικτικὸν placet oĩa dici Isocrateo:Theopõpeoq; more:illa circũscriptione:ambituq;:ut tanq̃ in orbe inclusa currat oĩo:quoad insistat in singulis pfectis:absolutisq; sentẽtiis. Itaq; postea q̃ est nata hæc uel circũscriptio:uel cõprehẽsio:uel continuatio:uel ambitus:si ita licet dicere:nemo:qui aliquo esset in numero scripsit oĩonem gñis eius:qđ esset ad delectationem cõparatum:remotũq; a iudiciis : forensiq; certamine:quin redigeret omneis fere in quadrũ,numerũq; sñias. Nã cũ is est auditor:qui non uereať:ne cõpositæ oĩonis insidiis sua fides attenteť:gratiam quoq; habet oratori uoluptati aurium seruienti. Genus aũt hoc oĩonis:neq; totũ assumendũ est ad causas forenses:neq; oĩno repudiandum. Si.n.semper utare,cum satietatem affert:tũ quale sit:ẽt ab imperitis:agnosciť. Detrahit pterea actionis dolorem:aufert humanũ sensum actoris:tollit funditus ueritatem,& fidem. Sed qm̃ adhibenda nonnuq̃ est:primum uidendũ est:quo loco:deinde q̃diu retinenda sit:tum quot modis cõmutanda. Adhibenda est igiť numerosa oĩo:si aut laudandum est aliquid ornatius:ut nos in accusationis secundo: de Siciliæ laude diximus:aut in senatu de consulatu meo : aut exponenda narratio:quæ plus dignitatis desiderat: q̃ doloris:ut in quarto accusationis de Ennensi Cerere:de Segestana Diana:de Syracusarum situ diximus. Sæpe ẽt in amplificanda re concessu oĩum funditť numerose,& uolubiliter oratio. Id nos fortasse non perfecimus:conati quidem sæpissime sumus:qđ plurimis locis perorationes nr̃æ uoluisse nos:atq; aĩo contendisse declarãt. Id aũt tum ualet:cum is:qui audit:ab oratore iam obsessus est,ac tenetur. Non.n.id agit:ut isidietur:& obseruet:sed iam fauet:processumque uult : dicendiq; uim admirans: non inquirit quid reprehendat. Hæc aũt forma retinenda non diu est:nec dico in peroratione,quã ipse includit:sed in oĩonis reliquis partibus. Nam cum sis his locis usus:quibus ostendi liceret:transferenda tota dictio est ad illa:quæ nescio cur cum Græci κομματα & κωλα nominent:nos non recte incisa,& membra dicamus. Neq;.n.esse possunt rebus ignotis nota nomina:sed cum uerba:aut suauitatis:aut inopiæ cã trãsferre soleamus:in oĩbus hoc fit artibus:ut cum id appellandum sit:q̃ pp rerum ignorationem ipsarum:nullum habuerit ante nomen:necessitas cogit aut nouum facere uerbum:aut a simili mutuari. Quo aũt pacto deceat incise:membratimue dici:iam uidebimus.nũc quot modis mutentur comprehensiones:conclusionesq; dicendum est. Fluit omnino numerus a primo:tum incitatius breuitate pedum:tum proceritate tardius:cursum contentiones magis requirunt:expositiones rerum,tarditatem. Insistit aũt ambitus modis pluribus:e quibus unum est secuta Asia maxime:qui Dichoreus uocatur: cum duo extremi Chorei sunt.i.e singulis longis & breuibus. Explanandum est.n.quod ab illis iidem pedes aliis nominantur uocabulis. Dichoreus non est ille quidem sua sponte uitiosus in clausulis:sed in oĩonis numero: nihil est tam uitiosum,q̃ si semper est idem. Cadit aũt per se ille ipse præclare:quo ẽt satietas formidãda est magis.me stante C.Carbo:C.F.tribu.ple.in cõcione dixit his uerbis. O M.Druse,patrem appello. Hæc quidẽ duo binis pedibus incisim:dein membratim.tu dicere solebas:sacram esse remp.hæc item mẽbra ternis : post ambitus.quicunq; eam uiolauissent:ab omnibus esse ei pœnas persolutas. Dichoreus,nihil enim ad rem extrema illa longa sit:an breuis:deinde.patris dictum sapiens:temeritas filii comprobauit. Hoc Dichoreo tantus clamor concionis excitatus est:ut admirabile esset. Quæro nonne id numerus effecerit ? uerborum ordinem immuta:fac sic.comprobauit filii temeritas.iam nihil erit:& si temeritas ex tribus breuibus & longa est : quẽ Aristoteles:ut optimum probat:a quo dissentio. At eadem uerba:eadem sententia:animo istuc satis est:auribus non satis.sed id crebrius fieri non oportet. Primum enim numerus agnoscitur:deinde satiat:postea cognita facilitate,contemnitur. Sed sunt clausulæ plures:quæ numerose & iucunde cadant. Nam & Creticus:qui ẽ e longa & breui & longa:& eius æqualis Pæon:qui spatio par est:syllaba longior:quam commodissime putatur in solutam orationem illigari:cum sit duplex. Nam aut e longa:& tribus breuibus: qui numerus in primo uiget:iacet in extremo:aut totidem breuibus:& longa:in quem optime cadere censent ueteres:ego non plane reiicio:sed alios antepono:ne Spondeus quidem funditus est repudiandus:& si quod est e longis duabus:hebetior uidetur & tardior:habet tamen stabilem quendam,& non expertem dignitatis gradum. In incisionibus uero multo magis & in membris. Paucitatem enim pedum:grauitatis suæ tarditate compensat : sed hos cum in clausulis pedes nomino:non loquor de uno pede extremo:adiungo:quod minimum sit:proximum superiorem:sæpe etiam tertium:ne Iambus quidem:qui est e breui & longa:aut par Choreo : qui habet treis breues, sed spacio par:non syllabis:aut ẽt Dactylus:qui est e longa & duabus breuibus:si est proximus a postremo:parum uolubiliter peruenit ad extremum:si est extremus Choreus:aut Spondæus : nunquam.n. interest uter sit eorum in pede extremo.sed iidem hi tres pedes:male concludunt:siquis eorum in extremo locatus est: nisi cũ pro Cretico postremus est Dactylus. Nihil.n.interest Dactylus sit extremus:an Creticus:quia postrema syllaba breuis:an longa sit:ne in uersu quidem refert. Quare ẽt Pæonẽ qui dixit aptiorem:in quo esset longa postrema:uidit parum:quoniam nihil ad rem est postrema,q̃ longa sit. Iam Pæon:quod plures habeat syllabas q̃ treis:numerus a quibusdam non pes habetur. Est quidem,ut inter omneis constat antiquos: Aristotelem: Theophrastum:Theodectem:Ephorum unus aptissimus orationi:uel orienti:uel mediæ : putãt illi ẽt cadẽtis quo loco mihi uř aptior Creticus. Dochimus autem quinq; syllabis:breui:duabus longis:breui: longa:ut est hoc amicos tenes:quouis loco aptus est:dum semel ponatur:iteratus:aut continuatus numerum apertum,& nimis insignem facit. His igitur tot commutationibus:tanq; uariis si utemur:nec deprehendetur manifesto: quid a nobis de industria fiat:& occurretur satietati. Et quia non numero solum numerosa oĩo:sed & cõpositione fit,& gñe:quod ante dictum est:cõcinnitatis:cõpositione põt intelligi:cum ita structa uerba sunt:ut numerus non quæsitus:sed ipse secutus esse uideať:ut apud Crassum. Nam ubi lubido dominatur : innocentiæ

leue

leue præsidium est. Ordo enim uerborũ efficit numerum: sine ulla apta oratoris industria: itaq; si quę ueteres illi: Herodotum dico, & Thucydidem: totáq; eam ætatem apte, numeroseq; dixerunt: ea non numero quæsito: sed uerborum collocatione ceciderunt. Formæ uero quædam sunt orationis: in quibus ea cõcinnitas inest: ut sequatur numerus necessario. Nã, cũ aut par pari refertur: aut contrarium contrario opponitur: aut quæ similiter cadunt uerba uerbis comparantur: quicquid ita concluditur: plerũq; fit: ut numerose cadat: quo de genere cum exemplis supra diximus: ut hæc quoq; copia facultatem afferat: non semper eodem modo desinẽdi: nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta: ut ea cum uelimus laxare, nequeamus. Multum interest utrum numerosa sit: idest similis numerorum: an plane e numeris constet oratio. alterum nisi fit: intollerabile uitium est: alterum nisi fit: dissipata & inculta & fluens est oratio. Sed quoniam non modo non frequenter: uerum etiam raro in ueris causis: aut forensibus circumscripte: numeroseq; dicendum est: sequi uidetur: ut uideamus: quæ sint illa: quæ supra dixi incisa: quæ membra. Hæc enim in causis ueris maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus, & plena comprehensio e fere quatuor partibus: quæ membra dicimus: ut & aures impleat: & ne breuior sit: q̃ satis sit: neq; longior: quãquam utrunq; nonnũquã: uel potius sæpe: accidit: ut aut citius insistendum sit: aut longius procedendum: ne breuitas defraudasse aureis uideatur: neue longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis rationem. Nec enim loquor de uersu: & est liberior aliquãto oratio. E quatuor igitur: quasi hexametrorum instar uersuum quod sit: constat fere plena cõprehensio. His igitur singulis uersibus quasi nodi apparent continuationis: quos in ambitu coniungimus. Sin membratim uolumus dicere: insistimus: idq; cum opus est: ab isto cursu inuidioso facile nos, & sæpe disiungimus. Sed nihil tam debet esse numerosum: q̃ hoc quod minime apparet: & ualet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi: Missos faciant patronos: ipsi prodeant. nisi interuallo dixisset: ipsi prodeant: sensisset profecto effugisse senarium, omnino melius caderet: prodeant ipsi. sed de genere nunc disputo. cur clandestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Prima sunt illa duo: quæ κομματα Græci uocant: nos incisa dicimus. deinde tertium κωλον illi: nos membrum. Sequitur non longa: ex duobus enim uersibus: idest membris perfecta comprehensio est: & in Spondæos cadit: & Crassus quidem sic plerunq; dicebat: idq; ipse genus dicendi maxime probo. Sed quæ incisim, aut mẽbratim efferuntur: ea uel aptissime cadere debent: ut est apud me. Domus tibi deerat: at habebas: pecunia superabat: at egebas. hæc incisa dicta sunt quatuor. At mẽbratim quæ sequuntur duo. Incurristi amens in colũnas: in alienos insanus insanisti. Deinde omnia tanq̃ crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur. Depressam: cæcam: iacentem domum pluris, q̃ te, & q̃ fortunas tuas æstimasti. Dichoreo finitur. At Spondæus maximũ illud: nam in iis: quibus ut pugiunculis uti oportet: breuitas facit ipsa liberiores pedes. Sæpe eni singulis utendum est plerunq; binis: & utrisq; addi pedis pars potest: non fere ternis amplius. Incisim autẽ & membratim tractata oratio in ueris causis plurimũ ualet: maximeq; his locis: cum aut arguas, aut refellas: ut nostra in Corneliana secunda. O callidos homines: o rem excogitatam: o ingenia metuenda. Membratim adhuc: deinde cæsim diximus. Rursus membratim. testes dare uolumus. extrema sequitur comprehensio: sed ex duobus membris: quæ non potest esse breuior. quem quasi nostrum fefellit: ita uos esse facturos? Nec ullũ genus est dicendi aut melius: aut fortius: binis, aut ternis fere uerbis: nõnunq̃ singulis: paulo alias pluribus: inter quas uariis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio: quã peruerse fugiens Egesias: dum ille quoq; imitari Lysiam uult: alterũ pene Demosthenem saltat: incidens particulas: & is quidem non minus sententiis peccat: q̃ uerbis: ut non quærat quem appellet ineptum: qui illum cognouerit. Sed ego illa Crassi: & nostra posui: ut qui uelet auribus ipsis: quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. Et quoniam plura de numerosa oratione diximus: quã quisquã ante nos: nunc de eius generis utilitate dicemus. Nihil enim est aliud Brute (quod quidem tu minime omnium ignoras) pulchre & oratorie dicere: nisi optimis sententiis: uerbisq; lectissime dicere. Et nec sententia ulla est: quæ fructum oratori ferat: nisi apte exposita: atq; absolute: nec uerborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum: & horum utrunq; numerus illustrat. Numerus autem (sæpe enim hoc testandum est) non modo non poetice iunctus: uerumetiam fugiens illum: eiq; omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri: non modo oratorum & poetarum: uerum omnino loquentium: denique etiam sonantium omniũ: quæ metiri auribus possumus: sed ordo pedum facit: ut id quod pronunciatur: aut orationis: aut poematis simile uideatur. Hanc igitur siue compositionem: siue perfectionem: siue numerum uocari placet: & adhibere necesse est: si ornate uelis dicere: non solum: quod ait Aristoteles: & Theophrastus: ne infinite feratur: ut flumen oratio: quæ non aut spiritu pronunciantis: aut interductu librarii: sed numero coacta debet insistere: uerumetiam: quod multo maiorem habent apta uim: q̃ soluta. Ut enim athletas: nec multo secus gladiatores uidemus nihil nec uitando facere caute: nec petendo uehementer: in quo non motus hic habeat palæstram quandam: ut quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam: idem ad aspectũ etiam sit uenustum: sic oratio nec plagam grauem facit: nisi petitio fuerit apta: nec satis tecte declinat impetum: nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaq; qualis eorum motus: quos ἀπαλαίστους Græci uocãt: talis horũ mihi uidetur oratio: qui non claudunt numeris sententias: tantũq; abest: ne: q̃d ii: qui hoc aut magistrorũ inopia: aut ingenii tarditate: aut laboris fuga nõ sunt assecuti: solent dicere: eneruetur oratio cõpositione uerborũ: ut aliter in ea: nec impetus ullus: nec uis esse possit. Sed magnã exercitationẽ res flagitat: nequid eorũ: qui genus hoc secuti non tenuerũt: simile faciamus: ne aut uerba traiiciamus aperte quo melius aut cadat: aut uoluatur oratio. Quod se L. Cælius antipater in procemio belli Punici: nisi necessario facturum negat. O, uirum simplicem: qui nos nihil celat: sapientẽ, qui seruiendum necessitati putet: sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo, atq; in dicendo necessitatis excusatio nõ probatur. Nihil est enim necesse: & siquid esset: id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem: qui hanc a Lælio: ad quem scri

pŭt:cui se purgat:ueniam petit:& utitur ea traiectione uerborum:& nihilo tñ aptius explet:concluditq; sentẽtias. Apud alios aũt:& Asiaticos maxime numero seruientes:inculcata reperias inania quædã uerba:quasi cõplemẽta numerorum. Sunt etiã q illo uitio:quod ab Egesia maxime fluxit:in frigendis:cõcidendisq; numeris in quoddam genus abiectũ incidant Siculoꝝ simillimũ. Tertiũ est in quo fuerunt fratres illi Asiaticoꝝ rhetorũ principes Hierocles & Menecles:minime mea sententia contẽnendi. Et si enĩ a forma ueritatis:& ab atticorũ regula absunt:tamen hoc uitiũ compensant uel facultate:uel copia:sed apud eos uarietas non erat:q; oĩa se re cõcludebant uno modo. quæ uitia qui fugerit:ut neq; uerbum ita traiiciat:ut id de industria factum intelligatur:neq; inferciẽs uerba quasi rimas expleat:nec minutos numeros sequens concidat: delumbetq; sententias:nec sine ulla cõmutatione in eodem semper uersetur genere numeroꝝ:is omnia fere uitia uitauerit. nam de laudibus multa diximus:quibus sunt alia perspicue uitia contraria. Quãtum autem sit apte dicere: experiri licet:si aut compositio oratoris bene structam collocationem dissoluas permutatione uerborũ. Corrumpatur enim tota res:ut & hæc nostra in Corneliana:& deinceps omnia:neq; me diuitiæ mouẽt: qbus oẽis Africanos:& Lælios multi uenalitii:mercatoresq; superarũt. Immuta paulũ ut sit. multi superarunt mercatores:uenalitiique: perierit tota res: & quæ sequuntur. neq; uestis:aut cælatum aurum:& argentum:quo nostros ueteres Marcellos:Maximosq; multi eunuchi e Syria: Aegyptoq; uicerũt. Verba permuta sic ut sit. Vicerunt eunuchi e Syria: Aegyptoq;. Adde tertiũ. Neq; uero ornamenta ista uillarum:quibus L. Paulum: & L. Mummium:qui rebus his urbem, Italiamque omnem referserunt:ab aliquo uideo perfacile Deliaco:aut Syro potuisse superari. Fac ita: potuisse superari ab aliquo Syro:aut Deliaco. Vides ne:ut ordine uerborum paulum commutato iisdem uerbis stante sententia ad nihilum omnia recidant: cum sint ex aptis dissoluta: aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam: eamq; ordine uerborum paulum commutato in quadrum redigas:efficiatur aptum illud:quod fuerit antea defluens, ac solutum. Age summe de Gracchi apud censores illud. abesse non potest:quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui iprobos probet. Quanto aptius:si ita dixisset:qui eiusdẽ hominis sit:q improbos ꝓbet:probos improbare. hoc modo dicere nemo unq̃ uoluit:nemoq; potuit:quin dixerit. Qui autem aliter dixerunt:hoc assequi non potuerunt:ita facti sunt repente Attici:quasi uero Trallianus fuerit Demosthenes:cuius non tã uibrarent fulmina illa:nisi numeris contorta ferrentur. Sed siquos magis delectant soluta:sequantur ea. Sane modo siquis Phidiæ clypeum dissoluerit: collocationis uniuersam speciem sustulerit:non singulorum operum uenustatem:ut in Thucydide:orbẽ modo orationis desidero:ornamenta comparent. isti aũt:cũ dissoluunt orationem:in qua nec res:nec uerbum ullũ est nisi abiectũ:non clypeum:sed ut in prouerbio est: & si humilius dictum est:tamen consimile est: scopas (ut ita dicam) mihi uidentur dissoluere. Atq; ut plane genus hoc: qđ ego laudo contẽpsisse uideantur:aut scribant aliquid uel Isocrateo more:uel quo Aeschines:aut Demosthenes utitur:tum illos existimabo non desperatiõe reformidauisse genus hoc:sed iudicio refugisse:aut reperiam ipsa eadem conditione:qui uti uelit:ut aut dicat: aut scribat:utra uoles lingua:eo gñe quo illi uolunt. Facilius est enim apta dissoluere: q̃ dissipata connectere. Res autẽ se sic habet (ut breuissime dicã:quod sentio) cõposite:& apte:sine sentẽtiis dicere insania est:sentẽtiose autẽ sine uerboꝝ & ordine:& modo:infantia. Sed eiusmodi tñ infantia:ut ea:qui utant non stulti homines haberi possint:etiã plerũq; prudentes:quo q est contẽtus:utatur. Eloquẽs uero:qui nõ approbationes solum: sed admirationes:clamores:plausus:si liceat:mouere debet:oĩbus oportet ita rebus excellat:ut ei turpe sit qcq̃ aut spectari:aut audire libentius. Habes meum de oratore Brute iudiciũ:quod aut sequere:si probaueris: aut tuo stabis:si aliud quoddam est tuum:in quo neq; pugnabo tecum:neq; hoc meum:de quo tantopere hoc libro asseueraui:unq̃ affirmabo esse uerius q̃ tuum. Potest enim non solum aliud mihi:ac tibi:sed mihi ipsi aliud alias uideri. Nec in hac modo re:quæ ad uulgi assensum spectet:& ad aurium uoluptatem:quæ duo sunt ad iudicandum leuissima. Sed ne i maximis qdẽ rebus quicq̃ adhuc inueni firmius qđ tenerem:aut quo iudiciũ meũ dirigerem:q̃ illud quodcunq; mihi quãsimillimum ueri uideretur: cum ipsum illud uerum in occulto lateret. Tu autẽ uelim si tibi ea:quæ disputata sunt:minus ꝓbabunt:ut aut maius opus institutum putes: q̃ effici potuerit:aut:dũ tibi roganti uoluerim obsequi:uerecundia negandi:scribendi me impudentiam suscepisse.

De perfecto Oratore:qui Brutus nuncupatur finit.

MARCVS TVLLIVS CICERO C. TREBATIO S. D.

Vide quanti apud me scis:& si iure id quidem. Non enim te amore uinco: uerumtamen quod praesenti tibi proprie subnegarem:non tribuerem certe id absenti debere non potui. Itaq; ut primum Velia nauigare cœpi:institui Topica Aristotelica cõscribere: ab ipsa urbe commonitus amantissima tui. Eum librum tibi misi Rhegio scriptum:quãplenissime res illa scribi potuit. Sin tibi quædã uidebuntur obscuriora:cogitare debebis: nullam artem sine literis: sine interprete:& sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris. Num ius ciuile uestrum ex libris cognosci potest? Qui quãquã plurimi sunt: doctorem tamen desiderant: quãquã si tu attẽte leges sæpius:per te oĩa consequere:ut certe intelligas. Vt uero etiã tibi ipsi loci proposita quæstione occurrant:exercitatione consequere. In qua quidẽ nos te continebimus: si & salui redierimus:& salua ista offenderimus. Vale. Quinto Cal. Sextil. Rhegio.

MARCI TVLLII CICERONIS TOPICORVM LIBER AD CAIVM TREBATIVM.



AIORes nos res scribere igressos C. Trebati:& iis libris:qoos breui tpe satis multos edidimus, digniores, e curso ipso reuocauit uolũtas tua. Cũ.n.mecũ in Tusculano eẽs:& ĩ Bibliotheca sepatĩ oiercp nostrõ ad suũ studiũ libellos:quos uellet: euolueret:icidisti in Aristotelis Topica q̃dã:q̄ sunt ab illo pluribus libris explicata. Qua ĩscriptiõe cõmotus cõtinuo a me eoꝝ libroꝝ sñiã ʒ reqsisti. quã tibi cum exposuisseʒ disciplinã ĩueniẽdoꝝ argumẽtoꝝ:ut sine ullo errore ad eã rõnẽ : uia puenire mus ab Aristotele ĩuẽta libris illis cõtineri uerecũde tu qdẽ, ut oĩa, sed tamẽ:ut facile cernerẽ te ardere studio, mecũ:ut tibi illa traderẽ, egisti. Cũ aũt ego te nõ iã uitandi laboris mei cã:q̄ q̄ interesse tua arbitrarer:uel ut eos p te ipse legeres:uel ut totã rõnẽ a doctissimo quodã rhetore acciperes hortatus eẽʒ:utrũq; ut a te audiebã:es expt⁹. Sed a libris te obscuritas reiecit:rhetor aũt ille, magnus ut opinor, Aristotelica se ignorare rñdit. Q ḋ qdẽ minĩe soʒ admiratus, eũ philosophũ rhetori nõ eẽ cognitũ:q ab ipsis phis p̃ter admodũ paucos:ignoret:qb⁹ eo min⁹ ignoscẽdũ est:q̄ nõ mõ rebus iis:q̄ ab illo dictæ & inuẽtæ sunt:allici debuerũt:sed dicẽdi quoq; incredibili q̃dã:cũ copia:tũ ẽt suauitate. Nõ potui igit tibi sæpius hoc rogãti:& tñ uerẽti:ne mihi grauis eẽs(facile.n.id cernebã)debere diutius:ne ipsi iuris interp̃ti fieri uideret iniuria. Eteni cũ tu mihi, meisq; multa sæpe cauisses:ueritus suʒ:ne si ego grauarer:aut igratũ id:aut supbũ uideret. Sed dũ fuimus una:tu optimus es testis:q̃ fuerim occupatus. Vt aũt a te discessi in Græciã p̃ficiscẽs:cũ opa mea nec resp.nec amici uterentur:nec honeste inter arma uersari possem:ne si tuto id qdẽ mihi liceret:ut ueni Veliã:tuaq;:& tuos uidi:admonitus huius æris alieni:nolui deesse:ne tacitæ quidẽ flagitationi tuæ. Itaq; hæc:cõ mecũ libros nõ haberẽ:memoria repetita in ipsa nauigatione conscripsi:tibiq; ex itinere misi:ut mea diligentia mãdatorũ tuoꝝ:te quoq;:& si admonitore nõ eges:ad memoriã nostrarũ rerũ excitarẽ. Sed iã tempus est ad id, qḋ instituimus, accedere.

CVM oĩs rõ diligẽs dissẽrẽdi:duas habeat ptes:unã ĩueniẽdi:alterã iudicãdi:utriusq; princeps:ut mihi qdẽ uĩ:Aristoteles fuit. Stoici aũt in altera elaborauerũt. Iudicãdi enĩ uias diligẽter psecuti sunt: eã sciẽtiã:quã dialecticẽ appellãt. Inueniẽdi uero artẽ:q̄ Topice dr̃:q̄ ad usum potior erat: & ordine naturæ certe prior:totã reliquerũt. Nos aũt, qm̃ in utraq; summa utilitas est:& utrãq;, si erit otiuʒ, psequi cogitam⁹: ab ea:q̄ prior est:ordiemur. Vt igit eaꝝ reꝝ:q̄ abscõditæ sunt:demõstrato:& notato loco facilis ĩuẽtio est:sic cũ puestigare argumẽtũ aliqḋ uolumus:locos nosse debemus:sic.n.appellatæ ab Aristotele sunt hæ q̃si sedes:e qbus argumẽta p̃muñt. Itaq; licet diffinire:locũ eẽ argumẽti sedẽ: argumẽtũ aũt rõnẽ: q̄ rei dubię faciat fidẽ. Sed ex his locis:i qb⁹ argumẽta ĩclusa sunt:alii in eoipso:de quo agit:herẽt:alii assumũtur extrinsecus. In ipso:tũ ex toto:tũ e ptibus eius:tũ ex nota:tũ ex iis rebus:q̄ quodãmõ affectæ sunt ad id:de quo q̄rit. Extrinsecus aũt ea dicunt:q̄ absunt:lõgeq; disiũcta sunt. Sed ad id totũ:de quo disserit : tũ diffinitio adhibet:q̄ q̃si ĩuolutũ euoluit id:de quo q̄rit. Eius argumẽti talis est formula. Ius ciuile est ęqtas cõstituta iis:q eiusdẽ ciuitatis sũt:ad res suas obtinẽdas. Eius ãt æqtatis utilis ẽ cognitio:utilis est ergo iuris ciuilis scia. Tũ ptiõ enũeratio:q̄ tractat hoc mõ. Si neq; censu:neq; uindicta:nec testamẽto liber factus est:non est liber. neq; ulla est eaꝝ reꝝ:nõ est igit liber. Tũ notatio:cũ ex ui uerbi argumentũ aliqḋ eliciť:hoc mõ:Cũ lex Aelia sancita assiduo uidicẽ assiduũ eẽ iubeat:locupletẽ iubet locupleti:locuplex enĩ assiduus:ut ait Aelius : appellatus ab ære dando. Ducunt etiã argumẽta ex iis rebus : quæ quodãmodo affectę sunt:ad id:de quo q̄ritur :sed hoc genus in plures partes distributũ est. Nã alia coniugata appellamus:alia ex genere:alia ex forma:alia ex similitudine: alia ex differẽtia:alia ex contrario:alia ex adiũctis: alia ex antecedentibus:alia ex consequentibus: alia ex repugnantibus:alia ex causis:alia ex effectis:alia ex cõparatione maioꝝ: aut pariũ: aut minoꝝ. Coniugata dicunt : quæ sunt ex uerbis gñis eiusdẽ. Eiusdẽ aũt gñis uerba sunt:q̄ orta ab uno uarie cõmutant : ut sapiẽs: sapienter:sapiẽtia:hæc uerboꝝ cõiugatio σνζυγία dicit : ex q̃ hmõi est argumẽtũ. Si cõpascuus ager est: ius est cõpascere. A genere sic ducit : qm̃ argẽtũ oẽ mulieri legatũ est:non põt ei pecunia:quæ numerata domi relicta est:non esse legata. Forma.n.a genere quoad suum nomen retinet: nunq̃ seiungitur. Numerata autẽ pecunia nomen argẽti retinet:legata igitur uidet. A forma gñis:quæ interdũ:quo planius accipiatur:partes enumerare licet.hoc modo. Si ita Fabiæ pecunia legata est a uiro:si ea:uxor materfamilias esset:si ea in manum uiri nõ conuenerat: nihil debetur. Genus est enĩ uxor:eius duæ formæ:una matrũfamilias : hæ sunt: quæ in manum conuenerũt:altera earũ:quæ tantũmõ uxores habent. Qua in pte cũ fuerit Fabia:legatũ ei nõ uidet. A similitudine:hoc mõ. Si ædes eęsę corruerũt:uitiũue fecerũt:quarũ ususfructus legat⁹ est:hæres restituere non debet:nec reficere:non magis, q̃ seruum restituere: si is:cuius usufructus legatus est:deperisset. A differentia:nõ si uxori uir legauit oẽ argẽtũ:qḋ suũ eẽt:iccirco q̄ in noibus fuerũt legata sunt. Multũ.n.differt in arca ne positum sit argentũ:an in tabulis debeat. Ex contrario aũt sic:Nõ debet ea mulier cui uir bonoꝝ suoꝝ usum fructũ legauit:cellis uinariis: & oleariis plenis relictis:putare id ad se ptinere. usus eni non abusus legatus est. Ea sunt inter se cõtraria. Ab adiunctis:Si ea mulier testm̃ fecit:quæ se capite nunq̃ diminuit:nõ uidet ex edicto p̃toris secũdũ eas tabulas possessio dari:adiungit.n.ut scd̃m seruoꝝ:scd̃m exulũ:scd̃m puerulorũ tabulas possessio uideat ex edicto dari. Ab antecedentibus aũt:& consequentibus: & repugnantibus:hoc modo. Ab antecedentibus Si uiri culpa factũ est diuortiũ:& si mulier nũciũ remisit:tñ p liberis manere nihil oportet. A consequẽtibus: Si mulier cũ fuisset nupta cũ eo:cui cõnubii ius non esset:nuncium remisit:qm̃ qui nati sunt : patrẽ nõ sequunt :pro liberis manere nihil oportet. A repugnantibus:Si paterfamilias uxori ancillarũ usufru-

ctũ legauit a filio:neq̧ a secũdo hærede legauit:mortuo filio:mulier usũfructũ nõ amittet. Quod enim semel
testamẽto alicui datũ est:id ab eo inuito:cui datũ est:auferri nõ potest.repugnat.n.recte accipere:& inuitũ red
dere. Ab efficientibus causis:hoc mõ. Oĩbus est ius parietẽ directũ ad parietẽ cõem adiungere:uel solidum:uel
fornicatũ. At si qs in pariete cõi demoliẽdo damni infecti pmiserit:nõ debebit præstare qđ fornix uitio fecerit.
Nõ.n.eius uitio:qui demolitus est:damnũ factũ est:sed eius operis uitio:q̃ ita ædificatum est:ut suspendi non
possit. Ab effectis rebus:hoc modo. Cũ mulier uiro in manũ conuenit:oĩa,q̃ mulieris fuerunt,uiri fiunt dotis
nomine. Ex cõparatione autẽ oĩa ualent:quæ sunt eiusmodi:qđ in re maiore ualet : ualeat in minore . Vt si in
urbe fines non reguntur:neq̧ aq̃ in urbe arceat. Itẽ contra:qđ in minore ualet:ualeat in maiore.licet idẽ exem
plũ. Itẽ qđ in re pari ualet:ualeat in hac:q̃ par est:ut q̃m usus auctoritas fundi bienniũ est:sit ẽt ædiũ. At in le
ge ædes non appellant:& sunt cæterarũ oĩum:quarũ annuus est usus:ualeat æquitas:q̃ pibus in causis paria iu
ra desiderat. Quæ aũt extrinsecus assumunt:ea maxime ex auctoritate ducunt. Itaq̧ Græci tales argumenta
tiones ατεχνους uocant.i.artis expertes:ut si ita respondeas. Quoniã P. Scæuola id solũ esse ambitus ædiũ di
xerit:quãtũ parietis cõmunis tegẽdi causa tectũ proiiceret:ex quo in tectũ eius:ædeis qui protexisset:aqua de
flueret:id tibi ius uideri. His igit locis:q sunt expositi:ad omne argumẽtũ reperiendũ tanq̃ elementis quibus
dam significatio:& demonstratio datur. Vtrum igitur hactenus satis est?tibi:qdẽ tã acuto:& tã occupato pu
to. Sed q̃m auidũ hoiem ad has discendi epulas recepi:sic accipiam:ut reliquiæ sit potius aliqd:q̃ te hinc pa
tiar non satiatũ discedere. Quando ergo unusq̧sq̧ eorũ locorũ:quos exposui:sua q̃dã mẽbra habet:ea q̃subtilis
sime persequmur:& primũ de ipsa diffinitiõe dicat. Diffinitio est oratio:q̃ id:qđ diffinit:explicat qđ sit. Diffini
tionũ aũt duo sunt gña prima:unũ earũ rerũ:q̃ sunt.alterũ earũ:q̃ intelligunt. Esse ea dico:q̃ cerni : tangiue pos
sunt:ut fundũ:ædes:parietem:stillicidium:mãcipiũ:pecudes:supellectilẽ:penus:& cætera:quo ex genere q̃dã
interdũ uobis diffinienda sunt.nõn esse rursus ea dico:q̃ tangi:demonstrariue non possunt: cerni tamen ani
mo:atq̧ intelligi possunt:ut si usucapionem:si tutelã:si gentem:si agnationem diffinias:q̃rum rerũ nullũ sub
est q̃si corpus:est tñ q̃dã cõformatio isignita:& ipsa i intelligẽtia:quã notionẽ uoco:ea sæpe in argumentando
diffinitione explicanda est. Atq̧ ẽt diffinitiões : aliæ sunt partitionũ:aliæ diuisionũ. Partitionũ cũ res ea: q̃ pro
posita est:q̃si in mẽbra discerpitur.ut siqs ius ciuile dicat id esse:qđ in legibus:senatuscõsultis:rebus iudicatis:
iurisperitorũ auctoritate:edictis magistratuũ:more:æqtate consistat. Diuisionũ aũt diffinitio formas oẽs com
plectit:q̃ sub eo genere sunt:qđ diffinit,hoc modo. Abalienatio est eius rei:quæ mancipi est:aut traditio alte
ri nexu:aut in iure cessio:inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Sunt et alia gña diffinitionum:sed ad huius libri
institutũ illa nihil pertinẽt:tñ est dicendũ q sit diffinitionis modus. Sic igitur ueteres p̃cipiũt:cũ sumpseris ea:
q̃ sunt ei rei:quã diffinire uelis cũ aliis cõia:usq̧ eo psequi: dũ pprtũ efficiatur:q̃ nullã in aliam rẽ trãsferri pos
sit. Vt hoc:hæreditas est pecunia. Cõe adhuc:multa.n.gña sunt pecuniæ. Adde qđ sequit:q̃ morte alicuius ad
quẽpiã puenit: nondum est diffinitio:multis.n.modis sine hæreditate teneri mortuorũ pecuniæ possunt. Vnũ
adde uerbũ,iure.iã a cõitate res disiũcta uidebit:ut sit explicata diffinitio sic.hæreditas est pecunia:q̃ morte ali
cuius ad quẽpiã puenit iure. Nõdũ.n.satis est:adde:nec ea aut legata testamẽto:aut possessione retẽta. cõfectũ
est. Itẽq̧ ut illud. Gẽtiles sunt:q eodẽ noie sunt inter se.non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt.ne id qdem
satis est.quorũ maiorũ nemo seruitutem seruiuit. Abest ẽt nunc.q capite non sunt diminuti. hoc fortasse satis
est. Nihil.n.uideo Scæuolã pontificem ad hanc diffinitionem addidisse:atq̧ hæc rõ ualet in utroq̧ gñe diffini
tionũ:siue id:qđ est:siue id qđ intelligit:diffiniẽdũ est. Partitionũ aũt,& diuisionũ genus q̃le eẽt:oñdimus: sed
qd iter se differãt:planius dicẽdũ est. In ptitiõe q̃si mẽbra sunt:ut corpis:caput:humeri:manus:latera:crura:pe
des:&c. In diuisiõe formæ sunt q̃s græci ιδέαι uocãt:nri,siq forte hæc tractãt,spẽs appellãt:nõ pessime id q
dẽ:sed inutiliter ad mutãdos casus in dicendo. Nolĩ.n.ne si latine qdẽ dici possit: spẽrũ & spẽbus dicere:& sæpe
his casibus utẽdũ est. At formis & formarũ ueli.cũ aũt utroq̧ uerbo idẽ significet:cõmoditatẽ in dicẽdo non
arbitror negligẽdã. Gen⁹ & formã diffiniũt hoc mõ:Genus est notio ad plures dĩas ptinẽs. Forma est notio
cuius dĩa ad caput gñis:& q̃si fontẽ referri põt. Notionẽ appello:qđ Græci tũ εννοιαν:tũ προληψιν dicunt.
Ea est isita:& añ pcepta cuiusq̧ formæ cognitio enodatiõis idigẽs. Formæ igit sunt hæ:in.q̃s genus sine ulli⁹
pternissiõe diuidit:ut siqs ius in legẽ:morẽ:æqtatẽ diuidat. Formas q putat idẽ eẽ:qđ ptes:cõfundit artẽ:& si
militudine q̃dã cõturbat⁹:nõ satis acute:q̃ sunt secernẽda,distĩguit. Sæpe ẽt diffiniũt & oratores & poetæ per
trãslatiões uerbi ex similitudine cũ q̃dã suauitate. Sed ego a uestris exẽplis nisi necessario nõ recedam. Solebat
igit Aqlius collega & familiaris meus:cũ de litorib⁹ ageret:q̃ oia publica esse uultis:q̃rentibus iis: ad quos
id ptinebat:qđ eẽt littus:ita diffinire:q̃ fluctus eluderet:hoc est q̃si q adulescẽtiã florẽ ætatis : senectutẽ occa
sum uitæ uelit diffinire. Trãslatiõe.n.utẽs discedebat a uerbis pprus rerũ,ac suis. Quod ad diffinitiões attinet
hacten⁹:reliq̃ uideam⁹. Partitiõe ãt sic utẽdũ ẽ:nullã ut partẽ reliq̃s:ut si ptiri uelis tutelas:iscieter facias:si ullã
ptermittas. At si stipulationũ:aut iudiciorũ formulas ptiare:nõ est uitiosum in re ifinita ptermitter aliqd:qđ
idẽ in diuisiõe uitiosum ẽ. Formarũ.n.cert⁹ numer⁹:q̃ cuiq̧ gñi subiiciant. Partiũ distributio semp ẽ ifinitior:
tanq̃ riuorũ a fonte deductio. Itaq̧ in oratoris artibus q̃nis gñe ppositio:quot ei⁹ formę sint:subiugit absolu
te. At cũ de ornamẽtis uerborũ:sniarũq̧ p̃cipit:q̃ uocant σχήματα:non sit idẽ:res.n.est infinitior:ut ex hoc
quoq̧ intelligat:qđ uelimus iter ptitionẽ & diuisionẽ interesse. Quãq̃.n.uocabula ppe idẽ ualere uideant:tñ
q̃a res differebãt:noĩa rerũ distare uoluerũt. Multa ẽt ex notatiõe sequuntur. Ea est autem,cum ex ui nois ar
gumẽtũ elicit:quã Græci ετυμολογίαν uocant.i.uerbi ex uerbo ueriloquiũ. Nos aũt nouitatẽ uerbi non satis
apti fugientes:genus hoc notationẽ appellamus:q̃a sunt uerba rerũ notæ. Itaq̧ hoc idẽ Aristoteles σύμβολον
appellat:qđ latine est nota. Sed cũ intelligit qđ significet:min⁹ laborãdũ est de noĩe. Multa igitur in disputã
do notatiõe eliciunt ex uerbo:ut cum q̃ritur postliminiũ qđ sit:nõ dico q̃ sint postliminii:nã id caderet in di

uisionem

teritū aut nō satis laudatū q̄ri posset de Cæsare tñ potuisti dicere: præsertim cū & tuū de illius ingenio notissi
mū iudició esset: nec illius de tuo obscorū. Sed tñ Brute inq́t Atticus de Cæsare: & ipse ita iudico: & de hoc hu
ius gñis acerrimo existimatore sæpissime aodio: illū oium fere oratorū latine loq elegātissime: nec id solū do
mestica cōsuetudine ut dudū de Læliorū, & Mutiorū familiis audiebam⁹: sz q̄q̄ id quoq́ credo fuisse: tamē ut
eēt perfecta illa bñ loquēdi laus: multis lr̄is: & iis qdem reconditis & exq̄sitis: summoq́ studio & diligentia est
cōsecutus. q̄n ēt in maximis occupatiomb⁹: cō ad te ipsum inq́t in me intuēs de rōne latine loquēdi accuratissi
me scripserit: primoq́ in libro dixerit uerborū delectū origiņē esse eloquentiæ: tribuerit q́ mi Brute huic nro:
q me de illo maluit: q̄ se dicere, laudē singularē. Nam scripsit his uerbis: cū hūc nomine esset affatus. ac si cogi
tata p̄clare eloqoi possent: nōnulli studio & usu elaborauerūt: cuius te principē copiæ: atq́ inuentorez bñ de
nomine: ac dignitate po. Ro. meritū esse existimare debemus: hūc facile & quotidianū nouisse sermonē: nūc p
relicto est habēdū. Tū Brutus: Amice hercule inq́t: & magnifice te laudatū puto: quē nō solū principem: atq́
inuentorē copiæ dixerit: q̄ erat magna laos: sed etiā bene meritū de po. Ro. nomine: & dignitate: quo eniz uno
uincebamur a uicta Græcia: id aut ereptū illis est: aut certe nobis cū illis cōicatū. Hanc aūt inq́t gloriam: testi
moniūq́ Cæsaris tuæ qdem supplicationi nō solū: sed triūphis multorū antepono. Et recte qdem inq̄ Brute:
modo sit hoc Cæsaris iudicii: nō beneuolētiæ testimoniū: plus enī certe attulit huic populo dignitatis: q́sq́s est
ille, si mō est aliq́s, q nō illustrauit mō: sed ēt genuit in hac urbe dicēdi copiam: q̄ illi q Ligurum castella expu
gnauerunt: ex q́bus multi sunt, ut scitis, triūphi. Verū qdē si aodire uolumus: omissis illis diuinis cōsiliis: q́bus
sæpe cōstituta est iperatorū sapia salus ciuitatis: aot belli: aut domi: multo magis orator p̄stat minutis iperato
ribus. At p̄dest plus iperator: q́s negat? sed tñ: nō metuo ne mihi acclametis: est aūt qđ sentias dicēdi liber lo
cus. Malim mihi L. Crassi onā pro M. Curio dictionē: q̄ castellanos triumphos duos. At plus interfuit reip. ca
stellū capi Ligurū: q̄ bñ defendi cām M. Curii. credo. Sed Atheniensiū quoq́ plus interfuit firma tecta i domi
ciliis hr̄e: q̄ Mineruæ signū ex ebore pulcherrimū: tamē ego me Phidiā eē mallē: q̄ uel optimū fabrū tignariū.
q̄re nō quātū q́sq́ p̄sit: sed q̄ti q́sq́ sit: pōderandū est: p̄sertim cū pauci pingere egregie possint: aut fingere: ope
rarii aūt: aut baiuli deesse nō possint. Sed p̄ge Pōponi de Cæsare: & redde q̄ restant. Solū qdem inquit ille: & q̄
si fundamētum oratoris uides locotionē emendatā: & latinā: cuius penes quos laus adhuc fuit: non fuit rōnis:
aut sciētiæ: sed q̄si bonæ cōsuetodinis. Mitto C. Læliū. P. Scipionē: ætatis illius ista fuit laus: tāq̄ innocētiæ: sic
latine loq̄ndi: nō oium tñ: nā illorū æq̄les Cæciliū, & Pacuuiū male locutos uidemus. sed oēs tū fere: qui nec ex
tra urbē hanc uixerāt: nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat: recte loquebant᷑. sed hāc certe rem de
teriorē uetustas fecit: & Romæ: & in Græcia. Cōfluxerunt. n. & Athenas: & in hanc urbē multi inq́nate loquē
tes ex diuersis locis: quo magis expurgādus est sermo: & adhibēda quāobtrusa ratio: q̄ mutari nō pōt: nec utē
dū prauissima cōsuetudinis regula. T. Flaminiū: qui cū Qu. Metello cōsul fuit: pueri uidimus. Existimabat᷑ bñ
latine: sed lr̄as nesciebat. Catollus erat ille qdē minime idoctus: ut a te paulo rs̄t añdictū: sed tñ suauitas uocis:
& lenis appellatio lr̄arū bñ loquēdi famā cōfecerat. Cotta, q a se ualde dilatādis lr̄is a similitudine græcæ locu
tiōis abstraxerat: sonabatq́ cōtrariū Catullo subagreste qdā: planeq́ subrusticū: alia qdē q̄si iculta: & siluestri
uia ad eādē laudē p̄uenerat. Sisenna aūt q̄si emēdator sermōis usitati cū eē uellet: ne C. Ruscio qdē accusatore
deterreri potuit: quo min⁹ inusitatis uerbis uteret᷑. Quidnā istuc est inq́t Brutus? aut q́s est iste C. Ruscius? Et
ille fuit accusator inq́t uetus: quo accusante Chitiliū. Sisenna defendēs dixit q̄dā eius spuratilica eē crimina:
tū C. Ruscius circūuenior iquit iudices: nisi subuenitis. Sisenna qd dicas nescio. metuo īsidias. sputatilica. qđ ē
hoc? spota qd sit scio: tilica nescio. maximi risus: sed ille tñ familiaris meus recte loq putabat eē: insitare logoi.
Cæsar aūt rōnē adhibēs: cōsuetudinē uitiosam: & corruptā: pura: & icorrupta cōsuetudine emēdat. Itaq́ cū ad
hāc elegātiā uerborū latinorū: q̄ ēt si orator nō sis: & sis ingenu⁹ ciuis Romanus: tñ necessaria ē: adiūgit illa ora
toria ornamēta dicēdi: tū uīr tanq̄ tabulas bñ pictas collocare in bono lumine: hāc cū hēat p̄cipuā laudē in cōi
bus: nō uideo: cui debeat cedere: splendidā q̄dā: minimeq́ ueteratoriaz rōnē dicendi tenet: uoce: motu: forma
etiā magnifica: & generosa quodāmodo. Tum Brutus: Orationes qdē eius mihi uehementer p̄bant᷑: cōplures
aūt legi. Atq́ ēt cōmentarios quosdā scripsit rerū suarū: ualde qdē inquā p̄bandos. nudi eni sunt: recti: & uenu
sti: oī ornatu orōnis: tanq̄ ueste detracta: sed uoloit alios habere parata: onde sumerēt: qui uellent scribere histo
riā: ineptis gratū fortasse fecit: qui uolūt illa calamistris inurere: sanos quidē hoies a scribēdo deterruit. Nihil
enī est in historia: pura: & illustri breuitate dulcius. sed ad eos, si placet, q uita excesserūt, reuertamur. C. Sicini⁹
igit᷑ Qu. Pōpeii illius: qui cēsor fuit: ex filia nepos: q̄storius mortuus est: p̄babilis orator: iāuero ēt p̄batus ex
hac inopi ad ornandū: sed ad inueniēdū expedita Hermagoræ disciplina. ea dat rōnes certas: & p̄cepta dicēdi:
q̄ si minorē habent apparatū (sunt. n. exilia) tñ habēt ordinē: & quasdā errare in dicēdo nō patiētes uias. has il
le tenēs: & paratus ad cās ueniēs: uerborū nō egēs: ipsa illa cōparatiōe: disciplinaq́ dicēdi iā in patronorū nume
rū p̄uenerat. Erat ēt uir doctus i primis C. Visellius Varro cōsobrinus meus: qui fuit cū Sicinio ætate coniun
ctos. is cū post curulē ædilitatē iudex q̄onis eēt: est mortuus: in quo fateor uulgi iudiciū a iudicio meo dissensis
se: nā populo nō erat satis uendibilis: p̄ceps q̄dā: & cō iccirco obscura: quia peracuta: tū rapida: & celeritate cæ
cata oratio: sed neq́ uerbis aptiorem cito alium dixerim: neq́ sententiis crebriorem. Præterea p̄fectus in lite
ris: iurisq́ ciuilis iam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinā. Reliqui sunt: qui mortui sunt: L. Torquat⁹:
quem tu nō tam cito rhetorē dixisses: & si nō deerat oratio: quā, ut græci dicunt, πολιτικόν. Erant in eo plu
rimæ lr̄æ: nec eæ uulgares: sed interiores q̄dā: & recōditæ: diuina memoria: summa uerborū & grauitas: & ele
gantia: atq́ hęc oia uitæ decorabat grauitas: & integritas. me quidem admoduz delectabat etiā Triarii in illa

ætate

ætate plena literatę senectutis oratio: quãta seueritas in uultu: quãtũ pondus in uerbis: q̃ nihil non consideratum exibat ex ore. Tũ Brutus: Torquati: & Triarii mẽtiõe cõmotus (utrũq; enim eorũ admodũ dilexerat) næ ego inqt, ut omittã cætera, q̃ sunt innumerabilia: de istis duobus cũ cogito: doleo mihi ppetuã tuã auctoritatẽ de pace ualuisse. nam nec istos excellentes uiros: nec multos alios p̃stãteis ciues resp. perdidisset. Sileamus inq̃ Brute de istis: ne augeamus dolorẽ. nam de p̃teritoꝝ recordatio est acerba & acerbior expectatio reliquoruz. Itaq; omittamus lugere: & tñ q̃d quisq; dicẽdo potuerit: qm̃ id q̃rimus, p̄dicemus. Sunt ẽt ex iis: qui eodẽ bello occiderũt: M. Bibulus: qui & scriptitauit accurate: cũ p̃sertim nõ esset orator: & egit multa constanter. Appius Claudius socer tuus: collega, & familiaris meus: hic iã & satis studiosus: & ualde cũ doctus: tum etiã exercitatus orator: & cũ auguralis: tũ oĩs publici iuris: antiq̃tatisq; nostrę bñ peritus fuit. L. Domitius nulla ille quidem arte: sed latine tñ: & multa cũ libertate dicebat. Duo p̃terea Lẽtuli cõsulares: quorũ Publius ille nostrarũ iniuriarũ ultor: auctor salutis: quicq̃d habuit: quantũcunq; fuit: illud totũ habuit e disciplina. instrumẽta naturæ deerãt: sed tantus aĩ splendor: & tãta magnitudo: ut sibi oĩa: q̃ clarorũ uirorũ essent: nõ dubitaret asciscere: eaq; oĩ dignitate obtineret. L. aũt Lentulus satis erat fortis orator: si mõ orator: sed cogitandi nõ ferebat laborem: uox canora: uerba nõ horrida sane: ut plena esset aĩ, & terroris oro. Quæreres in iudiciis fortasse melius: in repu. q̃d̕ erat: esse iudicares satis. Ne Titus quidẽ posthumius cõtẽnendus in dicendo. de repub. uero non minus uehemẽs orator: q̃ bellator fuit. Effrenatus: & acer nimis: sed bñ iuris publici leges: atq; istituta cognouerat. Hoc loco Atticus: Putarem te inquit ambitiosum esse: si (ut dixisti) ii: quos iãdiu colligis, uiuerent. Oẽs enim cõmemoras: qui ausi aliquãdo sunt stantes loqui: ut mihi iprudens M. Seruiliũ p̃terisse uideare. Non inquã ego istuc ignoro Põponi multos fuisse: qui uerbũ nũq̃ in publico fecissent: cũ melius aliq̃to possent: q̃ isti oratores: quos colligo: dicere. Sed his cõmemorãdis ẽt illud assequor: ut intelligatis primũ ex oĩ numero: q̃ nõ multi ausi sint dicere. deinde ex iis ipsis q̃ pauci fuerint laude digni. Itaq; ne hos quidẽ equites Romanos amicos nostros: qui nup mortui sunt: P. Cominiũ Spoletinũ: quo accusante defendi C. Cornelium: in quo & compositũ dicendi genus: & acre: & expeditũ fuit. T. Accium Pisaurẽsem: cuius accusationi rñdi pro A. Cluentio: qui & accurate dicebat: & satis copiose: eratq; p̃terea doctus Hærmagoræ p̄ceptis: q̃bus & si ornamẽta nõ satis opima dicẽdi: tñ, ut hastæ uelitibus amẽtatæ, sic apta q̃dã, & pata singulis cãꝝ gñibus argumẽta tradunt. Studio aũt neminẽ: nec industria maiore cognoui: q̃q̃ ne ingenio q̃dẽ: qui p̃stiterit: facile dixerim C. Pisoni genero meo: nullũ tẽpus illi unq̃ uacabat: aut forensi dictiõe: aut a cõmentatiõe domestica: aut a scribẽdo: aut a cogitando: itaq; tantos p̄cessus efficiebat: ut euolare: non excurrere uideret. Eratq; uerborũ & delectus elegans: & apta: & quasi totũ da cõstructio: cũ argumẽta excogitabant ab eo multa: & firma ad p̄bandũ: tũ cõcinnæ: acutæq; sñiæ: gestusq; natura ita uenustus: ut ars etiã q̃ non erat: & e disciplina motus quidã uideret accedere: uereor ne amore uidear plura: q̃ fuerint in illo, dicere. q̃d̕ nõ ita est: alia enim de illo maiora dici possunt: nam nec cõtinentia: nec pietate: nec ullo gñe uirtutis quẽquã eiusdẽ ætatis: cũ illo cõferẽdũ puto. Nec uero M. Cæliũ p̃tereũdũ arbitror: q̃cũq; eius in exitu uel fortuna: uel mẽs fuit: qui quãdiu auctoritati meæ paruit: talis tribu. ple. fuit: ut nemo cõtra ciuiũ perditoꝝ popularẽ: turbulẽtãq; dementiã a senatu: & a bonoꝝ cã steterit constãtius: q̃ eius actionẽ: multũ tñ & splẽdida: & grandis: & eadẽ in primis faceta: & perurbana cõmẽdabat oro. Graues eius cõciones aliquot fuerunt: acres accusatiões tres: eęq; oẽs ex reipu cõtẽtiõe susceptæ: defensiões: & si illa erãt in eo meliora, q̃ dixi, nõ contẽnendæ tñ: saneq; tolerabiles. hic cum summa uoluntate bonorũ ædilis curulis factus eẽt: nescio quo discessu meo discessit a sese: ceciditq; postea: cũ eos imitari cœpit: quos ipe peruerterat. Sed de M. Calidio dicamus aliq̃d q̃ non fuit orator unus e multis: potius inter multos p̄pe singularis fuit. Ita recõditas: exq̃sitasq; sñias mollis: & pellucẽs uestiebat oro: nihil tã teneꝝ: q̃ illios cõprehẽsio uerboꝝ: nihil tã flexibile: nihil q̃d magis ipsius arbitrio fingeret: ut nullius oratoris æq̃ in potestate fuerit: q̃ primũ ita pura erat: ut nihil liquidius: ita libere fluebat: ut nusq̃ adhæresceret: nullũ nisi loco positũ: & tãquã in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structũ uerbũ uideres: nec uero ullum aut duꝝ: aut insolẽs: aut humile: aut in longius ductũ: ac nõ p̄pria uerba reꝝ: sed pleraq; translata: sic tñ: ut ea nõ irruisse in alienũ locũ: sed immigrasse in suũ diceres: nec uero hęc soluta: nec diffluentia: sed astricta numeris: nõ aperte: nec eodẽ mõ semp: sed uarie: dissimulãterq; conclusis. Erãt aũt & uerboꝝ: & sñiarum illa lumina: q̃ uocãt græci σχήματα: quibus tanq̃ insignibus in ornatu distinguebatur oĩs oratio: qua de re agitur aũt: illud quod multis locis in iuriscõsultoruz includitur formulis: & ubi eẽt, uidebat. Accedebat ordo reꝝ plenꝰ artis: actio liberalis: totũq; dicẽdi placidũ: & sanũ genus. Quod si est optimũ suauiter dicere: nihil est: quod melius hoc q̃rendũ putes. Sed cũ a nobis paulo ante dictũ sit: tria uideri eẽ: quę orator efficere deberet: ut doceret: ut delectaret: ut moueret: duo summe tenuit: ut & rẽ illustraret differendo: & aĩos eoꝝ: q̃ audirẽt, deuinciret uoluptate. Aberat tertia illa laus: qua p̄moueret: atq; incitaret aĩos: quã plurimũ pollere diximus: nec erat ulla uis: atq; cõtentio: siue consilio: q̄ eos: quoꝝ altior oratio: actioq; eẽt ardentior furere: & bacchari arbitraret: siue q̄ natura nõ esset ita factus: siue q̄ nõ consuesset: siue q̄ nõ posset: hoc unũ illi: si nihil utilitatis habebat, abfuit: si opus erat, defuit. Quinetiã memini: cũ accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset: sibi eũ uenenum parauisse: idq; a se esse deprehensum: seseq; chirographa: testificatiões: indicia: quæstiones: manifestã rem: deferre diceret: deq; eo crimine accurate: & exquisite disputauisset: me in respõdẽdo: cũ essem argumentatus: quãtum res ferebat: hoc ipsum ẽt posuisse p̄ argumento: q̄ ille: cũ pestem capitis sui: cum indicia mortis se cõperisse manifesto: & manu tenere: diceret: tam solute egisset: tam leniter: tam oscitanter. Tu istuc M. Calidi: nisi fingeres: sic ageres? p̃sertim cum ista eloquentia alienorum hoĩum pericula defendere acerrime soleas: tuum negligeres? ubi dolor? ubi ardor animi? qui ẽt ex infantium ingeniis elicere uoces: & querelas solet: nulla perturbatio aĩ: nulla corporis: frons non percussa: non femur: pedis (q̃d minimum est) nulla supplosio. Itaq; tantũ afuisti: ut inflãmares nostros animos: somnum

isto loco uix tenebamus.sic nos summi oratoris:uel sanitate:uel uitio ꝑ argumẽto ad diluendum crimen usi
sumus. Tum Brutus: Atq; dubitamus inqt:utrum ista sanitas fuerit:an uitiũ?quis enim non fateatur?Cum ex
oibus oratoris laudibus lõge ista sit maxima:inflãmare alos audientiũ:& quocũq; res postulet:modo flectere:
qui hac uirtute caruerit:id ei:qđ maximũ fuerit, defuisse. Sit sane ita inq̃:sed redeamus ad eum:qui iam unus
restat:Hortẽsiũ:tũ de nobismetipsis:quoniã id ẽi Brute postulas:pauca dicemus:quãquã facienda mentio est:
ut quidem mihi uidetur:duoꝝ adulescentiũ:q si diutius uixissent:magnam essent eloquentiæ laudẽ consecu-
ti. C. Curionem te inquit Brutus:& C. Licinium Caluũ arbitror dicere. Recte inq̃ arbitraris:quorũ quidẽ al-
ter:qđ uerisimile dixisset:ita facile:soluteq; uerbis uoluebat:satis interdum acutas:crebras qdem certe snias:
ut nihil posset ornatius esse:nihil expeditius. Atq; hic a magistris paꝝ institutus naturã habuit admirabilẽ ad
dicẽdũ:industriam nõ sum expertus:studiũ certe fuit:qui si me audire uoluisset:ut cœperat:honores:q̃ opes con
sequi maluisset. Quidnã est inquit istuc?& quẽadmodũ distinguis?Hoc mõ inquã. Cũ honos sit ꝑmium uirtu-
tis iudicio:studioq; ciuiũ delatũ ad aliquẽ:qui eũ sentẽtiis:q suffragiis adeptus est:is mihi & honestus:& hono
ratus uideť. Qui aũt occasione aliqua etiã inuitis suis ciuibus nactus est imperiũ:ut ille cupiebat:hunc nomẽ
honoris adeptum:non honorem puto:q̃ si ille audire uoluisset:maxima cũ gratia:& gloria ad summam am-
plitudinem peruenisset:ascendens gradibus magistratuum:ut pater eius fecerat:ut reliqui clariores uiri. Quæ
quidẽ ẽt cũ P. Crasso M. F. cum initio ætatis ad amicitiã se meã cõtulisset:sæpe egisse me arbitror:cũ eum ue-
hementer hortarer:ut eã laudis uiam rectissimã esse duceret:quã maiores eius ei tritam reliquissent. Erat.n.cũ
institutus optime:tũ etiã perfecte:planeq; eruditus. Ineratq; & ingenio satis acre:& orationis nõ inelegans co-
pia.prætereaq; sine arrogantia grauis esse uidebať:& sine segnitia uerecundus:sed hunc quoq; absorbuit æstus
quidam insolitæ adulescentibus gloriæ:qui q a nauarat miles operã imperatori:imperatorẽ se statim esse cupie
bat:cui muneri mos maiorũ ætatem certam:sortẽ incertã reliquit. Ita grauissimo suo casu dum Cyri:& Alexã
dri similis eẽ uoluit:q suũ cursũ trãscurrerãt:& L. Crassi:& multoꝝ Crassoꝝ inuentus est dissimillimus. Sed ad
Caluũ(is eni nobis erat propositus)reuertamur:qui orator fuisset:cũ literis eruditior:q̃ Curio:tũ ẽt accuratius
quoddã dicẽdi:& exquisitius afferebat genus:qđ quãquã scienter:eleganterq; tractabat:nimium tñ inquirẽs
in se:atq; ipse sese obseruans:metuensq; ne uitiosum colligeret:etiã uerũ sanguinẽ dependebat. Itaq; eius ora-
tio nimia religione attenuata doctis:& attente audientibus erat illustris.a multitudine autẽ:& a foro:cui nata
eloquentia est, deuorabať. Tũ Brutus: Atticũ se inquit Caluus noster dici oratorẽ uolebat:inde erat ista exili-
tas:quã ille de industria consequebatur. Dicebat inquã ita:sed & ipse errabat:& alios etiã errare cogebat. Naꝫ
siquis eos:qui nec inepte dicunt:nec odiose:nec putide:Attice putat dicere:is recte:nisi Atticũ:probat neminẽ.
Insulsitatẽ.n.& insolentiam tanquã insaniã quãdã orationis odit:sanitatẽ aũt:& integritatẽ quasi religionem:
& uerecondiam oratoris probat:hæc omniũ debet oratoꝝ eadẽ esse sententia. Si nauiẽ ieiunitatẽ:& siccitatẽ:
& inopiam dũmodo sit polita:dũ urbana:dum elegans:in Attico genere ponit:hoc recte dũtaxat:sed quia sũt
in atticis alia meliora:uideat:ne ignoret & gradus:& dissimilitudines:& uim:& uarietatẽ Atticorum. Atticos
inquit uolo imitari:quos?nec enim est unum genus:nam quid est tam dissimile:q̃ Demosthenes, & Lysias?q̃
idem:& Hyperides:q̃ omniũ hoꝝ Aeschines?quẽ igitur imitaris? Si aliquẽ:cæteri ergo Attice nõ dicebant. Si
oẽs:qui potes?cũ sint ipsi dissimillimi inter se. In quo illud etiã quæro:Phalereus ille Demetrius Attice ne di-
xerit?mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ uidenť. At est floridior(ut ita dicam)q̃ Hyperi
des:q̃ Lysias.natura quædam:aut uoluntas ita dicendi fuit. Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimi
les inter se:sed Attici tamen:quorum Charisius multarum orationum:quas scribebat aliis:cum cupere uidere
tur imitari Lysiam. Demochares aũt qui fuit Demosthenis sororis filius:& orationes scripsit aliquot:& earũ
rerum historiã:quæ erãt Athenis ipsius ætate gestæ:non tam historico:q̃ oratorio genere ꝑscripsit. At Chari-
sii uult Hegesias esse similis:isq; se ita putat Atticũ:ut ueros illos ꝑ se pene agresteis putet. At quid est tam fra-
ctum:tam minutum:tã in ipsa:quã tñ cõsequiť:cõcinnitate puerile?Atticoruꝫ similes esse uolumus. optime.
Sunt oẽ igiť ii Attici oratores?quis negare potest?hos imitamur qui modo?qui sunt & inter se dissimiles,& alio
rum. Thucydidem inquit imitamur:optime. Si historiam scribere:nõ si cãs dicere cogitatis. Thucydides.n.re-
rum gestaꝝ pronũciator synceros,& grandis ẽt fuit:hoc forense cõcertatorium iudiciale nõ tractauit genus.
Orones aũt,q̃s interposuit(multæ.n.sunt)eas ego laudare soleo:imitari neq; possim:si uelĩ:nec uelĩ fortasse:si
possim:ut si quis falerno uino delectet:sed eo nec ita nouo:ut ꝓximis consulibus natum uelit:nec rursus ita ue
tere:ut Opimiũ:aut Anitiũ cõsulẽ quærat. At qui eæ notæ sunt optimę.credo:sed nimia uetustas nec hẽt eaꝫ,
quã q̃rimus,suauitatẽ:nec est iã sane tolerabilis. Num igiť:q hoc sentiat:si is potare uelit:de dolio sibi haurien
dum putet?minime:sed quandã sequať ætatẽ:sic ego istis censuerim:& nouã istam quasi de musto:ac lacu fer-
uidã orõnem fugiendã:nec illã ꝑclarã Thucydidis nimis ueterẽ tanq̃ Anitianam notã ꝑsequẽdã. Ipse.n. Thucy
dides si posterius fuisset:multo maturior fuisset & mitior. Demosthenẽ igitur imitemur. O Dii boni qđ quasi
nos aliud agimus:aut quid aliud optamus?at nõ assequimur. Isti.n.uidelicet Attici nostri:qđ uolunt:assequũ-
tur:ne illud quidem intelligunt:nõ mõ ita memoriæ proditũ esse:sed ita necesse fuisse:cum Demosthenes di-
cturus esset:ut concursus:audiendi cã:ex tota Græcia fierent. At cũ isti Attici dicũt:nõ mõ a corona(qđ est ip-
sum miserabile)sed ẽt ab aduocatis relinquunť. Quare si anguste:& exiliter dicere est Atticoꝝ:sint sane Atti-
ci:sed in comitiũ ueniant:ad stantẽ iudicẽ dicãt. Subsellia grandiorẽ:& pleniorẽ uocẽ desiderãt. Volo hoc ora
tori cõtingat:ut cũ auditũ sit eum esse dicturum:locus in subselliis occupeť:compleatur tribunal:gratiosi scri
bę sint in dando:& cedendo loco. Corona multiplex:iudex erectus:cum surgit is:qui dicturus sit:significetur
a corona silentium:deinde crebrę assensiones:multæ admirationes:risus cũ uelit:cũ uelit, fletus:ut qui hæc ꝓ-
cul uideat:etiam siquid agatur,nesciat:at placere tñ:& in scæna esse Roscium intelligat. Hæc cui cõtingãt:eũ

scito

soluto Attice dicere:ut de Pericle audiuimus:ut de Hyperide:ut de Aeschine:de ipso qdẽ Demosthene maxie. Sin autẽ acutũ:prudẽs:& idem syncerũ:& solidũ:& exsiccatum genus oronis probant:nec illo grauiore ornatu oratorio utunt:& hoc propriũ esse atticoꝝ uolũt:recte laudant. Est.n.in arte tãta:tãq; uaria:et huic minutæ subtilitati locus:ita fiet:ut nõ oẽs:q attice:idẽ bñ:sed ut oẽs:q bñ:idẽ et Attice dicãt. Sed redeamus rursus ad Hortẽsiũ. Sane quidẽ inqt Brutus:quãquã ista mihi tua fuit piucunda a ꝓposita orone digressio. Tum Atticus:aliquoties sum inqt conatus:sed interpellare nolui. Nunc qm̃ ad perorãdũ spectare uĩ sermo tuus:dicã,opinor,qd sentio. Tu uero inq̃ Tite. Tum ille:Ego inquit ironiam illam:quam in Socrate dicunt fuisse:qua ille in Platonis & Xenophontis:& Aeschinis libris utit̃:facetam:& elegãtẽ puto. Est.n.& minime inepti hois:& eiusdem et faceti:cũ de sapientia disceptet̃:hãc sibi ipsum detrahere:eis tribuere illudẽtẽ:qui eam sibi arrogant:ut apud Platonẽ Socrates in cælum effert laudibus Protagorã:Hippiã:Prodicũ:Gorgiã:cæteros: se aũt omniũ rerũ inscium fingit:& rudem:decet hoc nescio quomodo illum:nec Epicuro:qui id reprehendit,assentior:sed in historia:qua tu es usus in omni sermone:cũ q̃lisquisq; orator fuisset,exponeres:uide q̃so inquit:ne tam reprehendenda sit ironia:q̃ in testimonio. Quorsus inq̃ istuc?nõ eñi ĩtelligo. Quia primũ inqt ita laudauisti quosdã oratores:ut imperitos posses in errorẽ inducere. Equidẽ in qbusdã risum uix tenebã:cũ Attico Lysiæ Catonẽ nostrũ cõparabas:magnũ mehercule hoiem:uel potius summũ & singularẽ uirũ:nemo dicet secus:sꝫ oratorẽ:sed et Lysiæ similẽ:quo nihil potest eẽ pictius:bella ironia si iocaremur:sin asseueramus:uide; ne religio nobis tã adhibenda sit:q̃ si testimoniũ diceremus. Ego.n.Catonẽ tuũ:ut ciuẽ:ut senatorẽ:ut impatorẽ:ut uirũ deniq; cũ prudẽtia & diligentia:tum oĩ uirtute excellentẽ probo:orationes aũt eius:ut illis temporibus:ualde laudo:significant.n.quandã formam ingenii:sed admodũ impolitam:& plane rudem. Origines uero cũ omnibus oratoris laudibus refertas diceres:& Catonem cũ Philisto & Thucydide cõparares:Bruto ne id censebas: an mihi probaturũ?quos enim ne e græcis qdẽ quisquã imitari põt:iis tu comparas hoiem Tusculanum:nondũ suspicãtem quale esset copiose:& ornate dicere. Galbã laudas:si ut illius ætatis principẽ,assentior: sic enim accepimus:sin ut oratorẽ; cedo quæso orationes(sunt.n.)& dic hunc:quẽ tu plos:q̃ te amas,Brutum:uelle te illo modo dicere. Probas Lepidi orationes:paulũ hic tibi assentior:mõ ita laudes:ut antiquas:qd itẽ de Africano:de Lælio:cuius tu orone negas fieri qcq̃ posse dulcius. addis et nescio qd augustius. noĩe nos capi summi uiri:uitæq; elegantissimæ uerissimis laudibus.remoue hæc.ne ista dulcis oratio ita sit abiecta:ut eam aspicere nemo uelit. Carbonem in summis oratoribus habitũ scio:sed cũ in cæteris rebus:tum in dicẽdo semper: qm̃ nihil est melius:id laudari:qualecunq; est,solet. Dico idẽ de Gracchis:& si de eis ea sunt a te dicta: quibus ego assentior. Omitto cæteros:uenis ad eos:in qbus iam pfectam putas eẽ eloquẽtiã,quos ego audiui,sine cõtrouersia magnos oratores Crassum:& Antoniũ:de hoꝝ laudibus tibi prorsus assentior:sed tñ nõ isto mõ: ut Polycleti Doryphorũ sibi Lysippus aiebat:sic tu suasionẽ legis Seruiliæ tibi magistrã fuisse. hæc germana ironia est:cur ita sentiã nõ dicã:ne me tibi assentari putes. Omitto igit̃:quæ de iis ipsis:quæ de Cotta:quæ de Sulpitio:quæ mõ de Cælio dixeris:ii eñi fuerũt certe oratores:quãti aũt & quales:tu uideris. Nã illud minus curo: q congessisti operarios oẽs:ut mihi uideant̃ mori uoluisse nõnulli:ut a te oratoꝝ numerũ referrẽt̃. Hæc cum ille dixisset:longi sermonis initium depulisti inquã Attice:remq; cõmouisti noua disputatione dignã:quãꝫ in aliud tẽpus differamus. Voluẽdi enim sunt libri:cũ aliorũ:tum in primis Catonis ĩtelliges nihil illius lineamẽtis:nisi eoꝝ pigmẽtoꝝ:quæ inuenta nõdum erant:florẽ & colorẽ defuisse. Nã de Crassi orone sic existimo:ipsum fortasse melius potuisse scribere:aliũ,ut arbitror,neminẽ.nec in hoc ironiã duxeris esse:q eã oronem mihi magistram fuisse dixerim. Nã & si tu melius existimare uideris:de ea,si quã nunc habemus,facultate:tamen adulescentes:quid in latinis potius imitaremur:nõ habebamus.q autẽ plures a nobis noiati sunt:eo pertinuit (ut paulo ante dixi)qd intelligi uolui in eo:cuius oẽs cupidissimi essent:q̃ pauci digni nomine euaderent. Quare εἴρωνα me:ne:si Africanus quidem fuit(ut ait in historia sua C.Fãnius)existimari uelim. Vt uoles inquit Atticus. Ego enim nõ alienũ a te putabam:qd & in Africano fuisset:& in Socrate. Tum Brutus de isto postea: sed tu inquit me intuẽs orones nobis ueteres explicabis?Vero inq̃ Brute:sed in Cumano:aut in Tusculano aliquãdo:si modo licebit:qm̃ utroq; in loco uicini sumus. Sed iam ad id,unde digressi sumus,reuertamur. Hortẽsius igitur cũ admodum adulescẽs orsus eẽt in foro dicere:celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est:quãquã inciderat in Cottæ & Sulpitii ætatẽ:qui annis decem maiores:excellente tũ Crasso & Antonio:deinde Philippo:post Iulio:cũ iis ipsis dicẽdi gloria cõparabat̃. Primũ memoria tãta:quãta in uiro cognouisse me arbitror: ut quæ secũ cõmẽtatus eẽt:ea sine scripto uerbis eisdẽ redderet:quibus cogitauisset:hoc adiumẽto ille tanto: sic utebat̃:ut sua & cõmẽtata:& scripta:& nullo referente:oĩa aduersariorũ dicta meminisset. Ardebat autẽ cupiditate sic:ut in nullo unquã flagrãtius studiũ uiderim:nullũ eñi patiebat̃ eẽ diẽ:quin aut in foro diceret: aut meditaret̃ extra forũ. Sæpissime autẽ eodẽ die utrũq; faciebat:attuleratq; minime uulgare genus dicẽdi: duas quidẽ res:quas nemo alius:partitiões quibus de rebus dicturus esset:& collectiones:memor & quæ eẽnt dicta cõtra:quæq; ipse dixisset. Erat in uerboꝝ splẽdore elegans:compositione aptus:facultate copiosus: eaq; erat cũ summo ĩgenio:tũ exercitatiõibus maximis consecutus:rẽ cõplectebatur memoriter:diuidebat acute: nec ꝑtermittebat fere quicq̃:qd̃ esset in causa:aut ad cõfirmandũ:aut ad refellendũ:uox canora & suauis:motus & gestus et plus artis habebat:q̃ erat oratori satis. Hoc igit̃ florescẽte Crassus est mortuus: Cotta pulsus: iudicia intermissa bello:nos in forum uenimus. Erat Hortẽsius in bello primo anno miles:altero tribunus militũ:Sulpitius legatus aberat:etiam M. Antonius:exercebat̃ una lege iudicium Varia:cæteris propter bellum intermissis.qui freqũetes aderãt:q̃q̃ pro se ipsi dicebãt:oratores nõ illi quidẽ principes L. Mẽmius:& Qu. Põpeius:sed oratores tñ:teste diserto uterq; Philippo:cuius in testimonio contẽtio:& uim accusatoris habebat, & copiã. Reliqui,qui tũ principes numerabant̃, in magistratibus erãt:quotidieq; fere a nobis in concionibus

audiebant. Erat enim tri. ple. tunc C. Curio: q̃q̃ is quidẽ ſilebat: ut erat ſemel a cõcione uniuerſa relictus. Qu. Metellus celer nõ ille quidẽ orator: ſed tñ nõ infans: diſerti aũt Qu. Varius: C. Carbo: Cn. Põponius: & hi quoq; habitabãt in roſtris. C. etiã Iulius: ædilis curulis quotidie fere accuratas cõciones habebat: ſed me cupidiſſimũ audiẽdi primus dolor percuſſit: Cotta cũ eſt expulſus. reliquos frequẽter audiẽs acerrimo ſtudio tenebar: quotidieq; & ſcribens, & legens, & cõmẽtãs: oratoriis tñ exercitatiõibus cõtẽtus nõ erã. Iam conſeq̃nte anno Qu. Varius ſua lege dãnatus exceſſerat. Ego aũt iuris ciuilis ſtudio multũ opæ dabã. Q. Scæuolæ P. F. q q̃q̃ nemini ſe ad docẽdũ dabat: tñ cõſulẽtibus rñdẽdo: ſtudioſos audiẽdi docebat. Atq; huic anno proximus Sylla cõſule: & Põpeio fui: tũ P. Sulpitii in tribunatu quotidie cõcionãtis totũ genus dicẽdi penitus cognouimus: eodẽq; tpe cũ princeps Academiæ Philo cũ Athenienſiũ optimatibus Mithridatico bello domo pfugiſſet: Romamq; ueniſſet: totũ ei me tradidi admirabili quodã ad phiam ſtudio cõcitatus: in quo etiã cõmorabor attẽtius: & ſi rerũ ipſaꝝ uarietas: & magnitudo ſumma me delectatiõe retinebat: ſed tñ ſublata iã eſſe in ppetuũ ratio iudiciorũ uidebat. Occiderat Sulpitius illo anno: treſq; proximo triũ ætatũ oratores erãt crudeliſſime iterfecti. Qu. Catullus. M. Antonius. C. Iulius. Eodẽ anno etiã Moloni Rhodio Romæ dedimus operã: & actori ſummo cãꝝ: & magiſtro. Hæc & ſi uident eſſe a propoſita rõne diuerſa: tñ iccirco a me pferunt: ut noſtrũ curſum pſpicere: q m̃ uoluiſti: Brute poſſis: nã Attico hæc nota ſunt: & uidere quẽadmodũ iimus in ſpatio Qu. Hortenſiũ ipſius ueſtigiis perſecuti. Trienniũ fere fuit urbs ſine armis: ſed oratorum aut interitu: aut diſceſſu: aut fuga (nam aberãt etiã adoleſcẽtes M. Craſſus: & Lentuli duo) primas in cauſis agebat Hortẽſius: magis, magiſq; quotidie pbabat. Antiſtius Piſo ſæpe dicebat: minus ſæpe Põponius: raro Carbo: ſemel, aut iterũ Philippus. At uero ego hoc tẽpore omni: noctes & dies: in omniũ doctrinarũ meditatione uerſabar. Eram cũ ſtoico Diodoro: qui: cũ habitauiſſet apud me: cũq; uixiſſet: nup eſt domi meæ mortuus: a quo cũ in aliis rebus: tũ ſtudioſiſſime in dialectica exercebar: quæ q̃ſi cõtracta, & aſtricta eloquẽtia putanda eſt: ſine qua etiã tu Brute iudicauiſti: te illam iuſtam eloquẽtiam: quã dialecticã dilatatam eſſe putant: cõſequi nõ poſſe. Huic ego doctori: & eius artibus uariis: atq; multis ita erã tñ deditus: ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies uacuus eẽt. Cõmentabar declamitans (ſic enim nũc loquunt) ſæpe cũ M. Piſone: & cum Qu. Põpeio: aut cũ aliquo quotidie: idq; faciebã multum etiam latine: ſed græce ſæpius: uel q græca oratio plura ornamẽta ſuppeditans conſuetudinem ſimiliter latine dicendi afferebat; uel q a Græcis ſummis doctoribus: niſi græce dicerem: neq; corrigi poſſim: neq; doceri. Tumultus interim pro recuperanda republi. & crudelis interitus oratorũ triũ: Scæuolæ: Carbonis: Antiſtii: reditus Cottæ: Curionis: Craſſi: Lentuloꝝ: Põpei: leges & iudicia conſtituta: recuperata reſpu. ex numero autẽ oratoꝝ Põponius, Cenſorinus, Murena ſublati: tũ primũ nos ad cauſas & priuatas, & publicas adire cœpimus: nõ ut in foro diſceremus. qd plerIq; fecerunt: ſed ut quãtũ nos efficere potuiſſemus: docti in forum ueniremus. Eodẽ tẽpore Moloni dedimus operã: dictatore enim Sylla legatus ad ſenatũ de Rhodiorũ præmiis uenerat. Itaq; prima cauſa publica pro Sexto Roſcio dicta tm̃ cõmẽdationis habuit: ut nõ ulla eſſet: quæ non noſtro digna patrocinio uideretur: deinceps inde multæ, quas nõ diligẽter elaboratas: etiã q̃ſi lucubratas afferebamus. nunc, q m̃ totũ me nõ nęuo aliquo, aut crepũdiis: ſed corpore omni uideris uelle cognoſcere: complectar: nonnulla etiam: quæ fortaſſe uideantur minus neceſſaria. Erat eo tẽpore in nobis ſumma gracilitas: & infirmitas corporis: procerũ: & tenue collũ: qui habitus: & quæ figura non pcul abeſſe putatur a uitæ periculo: ſi accedit labor, & laterum magna cõtentio. Eoq; magis hoc eos: quibus eram carus, commouebat: q omnia ſine remiſſione: ſine uarietate: ui ſumma uocis: & totius corporis cõtentione dicebam. Itaq; cũ me & amici: & medici hortarentur: ut cauſas agere deſiſterẽ: qd uis potius periculum mihi adeundum: q̃ a ſperata dicendi gloria diſcedendũ putaui. Sed cum cenſerem remiſſione: & moderatione uocis: & cõmutato genere dicendi me & periculum uitare poſſe: & temperatius dicere: ut conſuetudinem dicendi mutarem: ea cauſa mihi in Aſiam proficiſcendi fuit. Itaq; cũ eſſem biennium uerſatus in cauſis: & iam in foro celebratum meum nomen eſſet a Roma ſum profectus. Cum ueniſſem Athenas ſex menſes cum Anthiocq ueteris Academiæ nobiliſſimo: & prudentiſſimo philoſopho fui: ſtudiumq; philoſophiæ nunq̃ intermiſſum a prima adoleſcentia cultũ: & ſemp auctum: hoc rurſus ſummo auctore, & doctore renouaui. Eodem tamẽ tempore Athenis apud Demetriũ Syrũ ueterem: & non ignobilem dicendi magiſtrum: ſtudioſe exerceri ſolebam: poſt a me Aſia tota peragrata eſt: cũ ſummis quidem oratoribus: quibus cum exercebar ipſis lubentibus: quorum erat priceps Menippus Stratonicenſis: meo iudicio tota Aſia illis temporibus diſertiſſimus: & ſi nihil habere moleſtiarum: nec ineptiarum atticorum eſt: hic orator in illis numerari recte poteſt. Aſſiduiſſime autem mecum fuit Dionyſius Magnes: erat etiam Aeſchylus Gnidius: Adramitenus Xenocles: hi tum in Aſia rhetorum principes numerabantur: quibus non cõtentus Rhodum ueni: meq; ad eundẽ: quem Romæ audieram: Molonem applicaui: cum actorem in ueris cauſis: ſcriptoremq; præſtantem: tũ in notandis: animaduertendiſq; uitiis: & inſtituendo: docendoq; prudentiſſimum. Is dedit operam: ſi modo id conſequi potuit: ut nimis redundantes nos: & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate: & licentia, reprimeret: & quaſi extra ripas difluentem coerceret. Ita recepi me bienio poſt non modo exercitatior: ſed prope mutatus. Nam & contentio nimia uocis reciderat: & quaſi referuerat oratio: lateribuſq; uires: & corporis mediocris habitus acceſſerat: duo tũ excellebant oratores: qui me imitandi cupiditate incitarent: Cotta, & Hortenſius: quorum alter remiſſus: & lenis: & propriis uerbis comprehẽdens ſolute: & facile ſententiam: alter ornatus: acer: & non talis: qualem tu eum Brute iam defloreſcentem cognouiſti: ſed uerborum: & actionis genere commotior. Itaq; cum Hortenſio mihi magis arbitrabar rem eſſe: q & dicendi ardore eram propior: & ætate coniunctior. Etenim uideram in iiſdem cauſis: ut pro M. Canuelio: pro Cn. Dolobella conſulari: cum Cotta princeps adhibitus eſſet: priores tamen agere partes Hortenſiũ: acrem enim oratorem; incenſum: & agentem: & canorum: concurſus hominũ: foriq; ſtrepitus deſiderat. Vnũ

Igitur annum cum rediissemus ex Asia causas nobileis egimus: cum quæsturam nos: consulatum Cotta: ædilitatē peteret Hortensius. interim me quęstorem Siciliensis excepit annus. Cotta ex consulatu est profectus in Galliam. princeps & erat, & habebatur Hortensius. Cum aūt anno post e Sicilia me recepissem: iam uidebatur illud in me: quicquid esset: esse perfectum: & habere maturitatē quandam suam. Nam si multa uideor de me, ipse præsertim, sed omni huic sermoni propositum est: non ut ingeniū, & eloquentiam meam perspicias: unde longe absum: sed ut laborem, & industriam. Cū igitur essem in plurimis causis: & in principibus patronis quinquennium fere uersatus: tum in patrocinio Siciliensi maxime in certamen ueni designatus ædilis cū designato consule Hortensio. Sed quoniā omnis hic sermo noster non solum enumerationē oratoriam: uerūetiam præcepta quædam desiderat: quid tanq̄ notandum, & animaduertendū sit in Hortensio: breuiter licet dicere. Nā is post consulatum (credo q̄ uideret ex consularibus neminē esse secū comparandum, negligeret aūt eos, qui consules non fuissent) summū illud suū studium remisit: quo a puero fuerat incensus: atq; in omnium rerum abundantia uoluit beatius: ut ipse putabat: remissius certe uiuere. primus: & secundus annus: & tertius tantū quasi de picturæ ueteris colore detraxerat: quantū non quiuis unus ex populo: sed existimator doctus: & intelligens posset cognoscere. Longius autem procedens: & in cæteris eloquentiæ partibus: tum maxime in celeritate: & concinnatione uerborum adhærescens sui dissimilior uidebatur fieri quotidie. Nos autem non desistebamus: cū omni genere exercitationis: tum maxime stilo nostrū illud quod erat, augere, quātumcūq; erat. Atq; (ut multa omittam) in hoc spatio: & in iis post ædilitatē annis: & prætor primus: & incredibili populari uoluntate sum factus. Nam: cū propter assiduitatem in causis: & industriam: tū propter exquisitius: & minime uulgare orationis genus: animos hominum ad me dicendi nouitate conuerteram. Nihil de me dicam: dicam de cæteris: quorum nemo erat: qui uideretur exquisitius q̄ uulgus hominum studuisse literis: quibus fons perfectæ eloquentiæ continetur. nemo, qui philosophiam complexus esset: matrem omniū benefactorū: beneq; dictorū. nemo, qui ius ciuile didicisset: rem ad priuatas causas: & ad oratoris prudentiā maxime necessariā. nemo, q̄ memoriā rerum Romanarum teneret: ex qua si quando opus esset, ab inferis locupletissimos testes excitaret. nemo, qui breuiter: arguteq; incluso aduersario laxaret iudicū animos: atq; a seueritate paulisper ad hilaritatē: risumq; traduceret. nemo, qui dilatare posset: atq; a propria: ac diffinita disputatione hominis: ac temporis: ad cōem quæstionem uniuersi generis orationem traduceret. nemo, qui delectandi gratia digredi parūper a causa. nemo, qui iracundiam magnopere iudicem. nemo, qui ad fletum posset adducere. nemo, qui animum eius (quod unū est oratoris maxime propriū) quocunq; res postularet: impelleret. Itaq; cū iam pene euanuisset Hortensius: & ego anno meo: sexto autē post illum consulē consul factus essem: reuocare se ad industriā cœpit: ne cū pares honore essemus: aliqua re superiores uideremur. Sic duodecī post meū consulatū annos in maximis causis: cū ego mihi illum: sibi me ille anteferret: coniunctissime uersati sumus: consulatusq; meus: qui illū primo leuiter perstrinxerat: idem nos rerum mearum gestarū: quas ille admirabatur: laude coniunxerat. Maxime uero perspecta est utriusq; nostrū exercitatio: paulo ante q̄ perterritū armis hoc studiū Brute nostrū conticuit subito: & obmutuit: cū lege Pōpeia ternis horis ad dicendū datis ad causas simillimas inter se: uel potius easdē noui ueniebamus quotidie: quibus quidē causis tu etiā Brute præsto fuisti: cōpluresq; & nobiscū: & solus egisti: ut qui non satis diu uixerit Hortensius: tamen hunc cursū confecerit: annis ante decē causas agere cœpit q̄ tu es natus: idē quarto sexagesimo anno perpaucis ante mortē diebus una tecū socerū tuū defendit Appiū. Dicendi aūt genus quod fuerit in utroq; orationes utriusq; etiā posteris nostris indicabūt. Sed si quærimus: cur adulescens magis floruerit dicendo: q̄ senior Hortensius: causas reperiemus uerissimas duas: primū qd' genus erat orationis Asiaticū: adulescentiæ magis concessū: q̄ senectuti. Genera aūt asiaticæ dictionis duo sunt. Vnū sententiosū: & argutū: sententiis non tā grauibus: & seueris: q̄ concinnis. & uenustis: qualis in historia Timæus: in dicendo aūt pueris nobis Hierocles Alabandeus: magis etiā Menecles frater eius fuit: quorū utriusq; orationes sunt in primis: ut asiatico in genere laudabiles. Aliud autē genus est non tā sententiis frequentatū: q̄ uerbis uolucre: atq; incitatū: quale est nunc Asia tota: nec flumine solū orationis. sed etiam exornato & faceto genere uerborū: in quo fuit Aeschylus Gnidius: & meus æqualis Milesius Aeschines. In iis erat admirabilis orationis cursus: ornata sententiarum concinnitas non erat. Hæc aūt (ut dixi) genera dicendi aptiora sunt adulescentibus: in senibus grauitatē non habent. Itaq; Hortensius utroq; genere florens: clamores faciebat adulescens. Habebat enī & Menechū illud studiū crebrarum: uenustarūq; sententiarū. in quibus, ut in illo græco. sic in hoc erant quædā magis uenustæ: dulcesq; sententiæ: q̄ aut necessariæ: aut interdū utiles. Et erat oratio cū incitata & uibrans: tū etiā accurata: & polita. Non probantur hæc senibus: sæpe uidebā cū irridentē: tū etiam irascentē: & stomachantē Philippū: sed mirabantur adulescentes: multitudo mouebatur. Erat excellens iudicio uulgi: & facile primas tenebat adulescens. Et si enī genus illud dicendi auctoritatis habebat parum: tamen aptū esse ætati uidebatur: & certe q̄ & ingenii quædam forma lucebat: & exercitatione perfecta erat: uerborūq; astricta cōprehensio: summā hominū admirationē excitabat. Sed cum iam honores: & illa senior auctoritas grauius quiddā requireret: remanebat idē: nec decebat idē: q̄q; exercitationē, studiumq; dimiserat: qd' in eo fuerat acerrimū: cōcinnitas illa: crebritasq; sententiarum pristina manebat. sed ea uestitu illo orationis: quo consueuerat: ornata non erat. Hoc tibi ille Brute minus fortasse placuit: q̄ placuisset: si illū flagrantē studio: & florentē facultate audire potuisses. Tum Brutus: Ego uero, inquit & ista, quæ dicis uideo qualia sint: & Hortensiū magnū oratorē semper putaui. maximeq; probaui pro Messalla dicentem: cum tu abfuisti. Sic ferunt inq̄. Itaq; declarat totidem: quod dixit (ut aiunt) scripta uerbis oratio. Ergo ille Crasso consule: & Scæuola usq; ad Paulum: & Marcellum consules floruit: nos in eodem cursu fuimus a Sylla dictatore ad eosdem fere consules. Sic Qu. Hortensii uox extincta fato suo est: nostra publico. Melius quęso ominare inquit Brutus. Sit sane, ut uis

inq̃,& id nõ tã mea cã:q̃ tua:ſed fortunatus illius exitus:q ea nõ uidit:cũ fierẽt:quæ prouidit futura.Sæpe eni inter nos ĩpendẽtes caſus defleuimus:cũ belli ciuilis cãs in priuatorũ cupiditatibus ĩcluſas:pacis ſpem a publico cõſilio eẽ excluſam uideremus.ſed illũ uẽ felicitas ipſius:qua ſemp eſt uſus:ab eis miſeriis:quæ cõſecutę ſũt: morte uindicaſſe.Nos aũt Brute:quoniã poſt Hortẽſii clariſſimi oratoris mortẽ orbæ eloquẽtiæ quaſi tutores relicti ſumus:domi teneamus eã ſeptã liberali cuſtodia:& hos ignotos:atq; ĩpudẽtes procos repudiemus: tueamurq; ut adultã uirginẽ caſte:& ab armatoꝝ ĩpetu q̃tũ poſſumus,ꝓhibeamus.Equidẽ,& ſi doleo, me in uitã paulo ſerius tanq̃ in uiã ĩgreſſum priuſq̃ cõfectũ iter ſit:in hãc reipu noctẽ incidiſſe:tñ ea cõſolatiõe ſuſtẽtor:quã tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſſimis lr̃is:qbus:me forti aio eſſe oportere cẽſebas:q ea geſſiſſem:q de me ẽt me tacente ipſa loqueretur,mortuoq; uiuerent.Quæ ſi recte eſſet,ſalute reipub.ſin ſecus:interitu ipo teſtimoniũ meorũ de republi.conſiliorũ darẽt:ſed in te intuẽs Brute doleo:cuius in adoleſcẽtiã per medias laudes:quaſi quadrigis uehementẽ tranſuerſa incurrit miſera fortuna reipubli.hic me dolor tangit:hæc me cura ſolicitat:& hunc mecũ ſociũ eiuſdem & amoris,& iudicii. Tibi fauemus:te tua frui uirtute cupimus:tibi optamus eam rempubli.in qua duorũ generũ ampliſſimorũ renouare memoriã:atq; augere poſſis.Tuũ enim forũ tuum erat illud curriculũ:tu illuc ueneras unus:qui non linguã mõ acuiſſes exercitatione dicendi:ſed & ipſam eloquentiã locupletauiſſes grauiorũ artium inſtrumento:& iiſdem artibus decus omnẽ uirtutis cum ſumma eloquentiæ laude iunxiſſes.Ex te duplex nos afficit ſolicitudo:q & ipſe repu.careas:& illa te.Tu tamẽ,& ſi cur ſum ingenii tui Brute ꝓmit hæc importuna clades ciuitatis:contine te in tuis perẽnibus ſtudiis:& effice id:qđ iam propemodũ:uel plane potius effeceras:ut te eripias ex ea:quã ego congeſſi in hunc ſermonẽ:turba patronorum.Nec enim decet te ornatum uberrimis artibus:quas cum domo haurire nõ poſſes:acceriuiſti ex urbe ea:quæ domus eſt ſemper habita doctrinæ:numerari in uulgo patronorũ.Nam quid te exercuit Pãmenes uir lõge eloquẽtiſſimus Græciæ?Quid illa uetus Academia:atq; eius hæres Ariſtus hoſpes:& familiaris meus:ſi quidem ſimiles maioris partis oratorũ futuri ſumus?nõne cernimus uix ſingulis ætatibus binos oratores laudabileis conſtitiſſe?Galba fuit inter tot æquales unus excellens:cui,quemadmodũ accepimus, & Cato cedebat ſenior:& qui temporibus illis ætate inferiores fuerunt:Lepidus poſtea:deinde Carbo.Nam Gracchi in cõcionibus multo faciliore:& liberiore genere dicendi:quorum tamen ipſorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit:Antonius,Craſſus,poſt Cotta,Sulpitius,Hortenſius:nihil dico amplius:tantum dico:ſi mihi accidiſſet:ut numerarer in multis:✠ ſi operoſa eſt concurſatio magis opportunorum. FINIS.

MARCI TVLLII CICERONIS DE OPTIMO GENERE ORATORVM.



RATORVM genera eſſe dicuntur tanq̃ poetarum.id ſecus eſt:nam alterum eſt multiplex.Poematis enim Tragici:Comici:Epici:Mellici etiã:ac Dithyrambici: qđ magis eſt tractatũ a latinis:ſuum quoduis eſt diuerſum a reliquis .Itaq; & in Tragœdia comicum uitioſum eſt:& in Comœdia turpe tragicum. Et in cæteris ſuus eſt cuiuſq; certus ſonus:& quædã intelligentibus nota uox.Oratorũ autẽ ſi qs ita numerat plura gña:ut alios grãdeis:aut graueis:aut copioſos.alios tenueis: aut ſubtileis:aut breueis.alios eis interiectos:& tanq̃ medios putet:de hoibus dicet aliquid:de re parũ.In re eni quod optimũ ſit:quęrit:in homine dicitur qđ eſt. Itaq; licet dicere & Enniũ ſummũ Epicũ poetã:ſicui ita uidet.& Pacuuium tragicum:& Cæciliũ fortaſſe comicũ.Oratorem genere non diuido:perfectum enim quæro. Vnum eſt autẽ genus perfecti:a quo qui abſunt:non genere differunt: ut ab Accio Terentius: ſed in eodem non ſunt pares . Optimus eſt enim orator : qui dicendo animos audientium & docet,& delectat,& permouet. Docere debitũ eſt: delectare honorariũ:permouere neceſſarium:hæc ut alius melius q̃ alius:concedẽdũ eſt.uerũ id fit nõ genere: ſed gradu.Optimũ qdẽ unũ eſt.& proximũ:qđ ei ſimillimũ:ex quo perſpicuũ eſt:qđ optimo diſſimillimũ ſit:id eſſe deterrimũ.Nã quoniã eloquẽtia cõſtat ex uerbis:& ſentẽtiis:perficiendũ eſt:ut pure:& emẽdate loquẽtes: qđ eſt latine:uerborũ ꝑterea & propriorũ:& tranſlatorũ elegantiã ꝓſequamur.In propriis:ut aptiſſima eligamus.In tranſlatis:ut ſimilitudinẽ ſecuti uerecũde utamur alienis.Sẽtentiarũ aũt tot idẽ genera ſunt:quot diximus eẽ laudũ.Sunt eni docendi,acutę.delectãdi,q̃ſi argutę.cõmouẽdi,graues.Sed & uerboꝝ eſt ſtructura quędam duas res efficiens,numerum,& lenitatẽ:& ſententiæ ſuã cõpoſitionẽ habent ad probãdã rẽ accõmodatũ ordinẽ.ſed eaꝝ omnium rerum:ut ædificiorum:memoria eſt quaſi fundamẽtũ:lumen actio.Ea igitur omnia in quo ſumma:erit orator peritiſſimus:in quo media,mediocris:in quo minima,deterrimus.Et appellabũtur omnes oratores:ut pictores appellantur:etiã mali:nec generibus inter ſeſe:ſed facultatibus differunt. Itaq; nemo eſt orator:qui ſe Demoſthenis ſimilem eſſe nolit:at Menander Homeri noluit.genus eni erat aliud.id nõ eſt in oratoribus:aut etiam ſi eſt:ut alius grauitatem ſequens ſubtilitatem fugiat:contra:alius acutiorem ſe q̃ ornatiorem uelit:etiã ſi eſt in genere tolerabili:certe nõ eſt in optimo:ſiqdem qđ omnes laudes habet:id ẽ optimũ.Hæc dixi breuius equidem:q̃ res petebat:ſed ad id:quod agimus:non fuit dicendũ pluribus. Vnum enim cum ſit genus:id quale ſit:q̃rimus.Eſt aũt tale:q̃le floruit Athenis:ex quo atticoꝝ oratoꝝ ipſa uis ignota eſt: nota gloria:nã alteꝝ multi uiderunt:ulterius nihil apud eos:alterũ pauci:laudabilia eſſe multa.Eſt.n.uitioſum in ſñia:ſiqd abſurdum:aut alienũ:aut nõ acutũ:aut ſubinſulſum ẽ.In uerbis:ſi iquinatũ:ſi abiectũ:ſi nõ aptũ:ſi durũ:ſi lõge petitũ.hæc uitauerũt fere oẽs:q aut attici numerantur:aut dicũt attice:ſed q̃tenus ualuerunt:ſani & ſicci dumtaxat habeantur:ſed ita:ut Palæſtricę ſpatiari in xyſto ut liceat:nõ ab olympiis coronã petant. qui

cum careant omni uitio:non sunt contenti quasi bona ualetudine:sed uires:lacertos:sanguinẽ quærunt:quan
dã ẽt suauitatem coloris:eos imitemur:si possumus:sin minus:illos potius:qui incorr upta sanitate sunt:qđ est
proprium atticoꝝ:q̃ eos:quoꝝ uitiosa abundantia est:quales Asia multos tulit.qđ cum faciemus si modo id
ipsum assequemur(est.n.permagnum)imitemur,si poterimus,Lysiam:& eius quidem tenuitatem potissimũ.
Est.n.multis in locis grandior:sed quia & priuatas ille plerasq;& easipas alus:& paruaꝝ reꝝ causulas scripsit:
uĩ esse ieiunior:qm̃ se ipse consulto ad minutaꝝ gñra causaruꝫ limauerit. Quod qui ita faciet:ut si cupiat ube
rior esse:non possit:habeatur sane orator:sed de minoribus:magno aũt oratori ẽt illo modo sæpe dicendum
est in tali gñe causarum.Ita fit:ut Demosthenes certe possit summisse dicere : elate Lysias fortasse non possit.
Sed si eodem modo putant:exercitu ir. foro:& in oĩbus templis;quæ circum foꝝ sunt:collocato:dici pro Mi
lone decuisse:ut si de re priuata ad unum iudicem diceremus:uim eloquentiæ sua facultate:non rei natura me
tiuntur. Quare qm̃ nonnulloꝝ sermo iam increbuit:partim seipsos Attice dicere:partim neminem nostrum
dicere:alteros negligamus:satis.n.his res ipsa rñdet:cuꝫ aut non adhibeantur ad causas:aut adhibiti derideã
tur: nam si arrideantur esset idipsum atticorum. Sed qui dici a nobis attico more nolunt : ipsi autem se non
oratores esse profitentur . si teretes aures haberent : intelligensq; iudicium : tanq̃ ad picturam probãdam ad-
hibentur ẽt inscii faciendi:cum aliqua solertia iudicandi.Sin aũt intelligentiã ponunt in audiendi fastidio:ne-
q; eos quicq̃ excelsum:magnificũq; delectat:dicant se subtile quiddã & politum uelle:graue: ornatũq; conte-
nere:id uero desinant dicere:qui subtiliter dicunt:eos solos attice dicere.i.quasi sicce:& integre:& ample:& or-
nate:& copiose:cum eadem integritate atticoꝝ est:quid dubium est utrum oꝛonem nostram tolerabilem tm̃
an ẽt admirabilem esse cupiamus?Non.n.iam quærimus:quid sit attice:sed quid sit optime dicere:ex quo itel-
ligitur:qm̃ Grçcoꝝ oratoꝝ præstantissimi sunt ii:qui fuerũt Athenis:eoꝝ aũt princeps facile Demosthenes:
hunc siquis imitetur:eum & attice dicturum:& optime:ut qm̃ attici nobis ꝓpositi sunt ad imitandum:bñ di-
cere id sit attice dicere:sed cum in eo magnus error esset:quale esset id dicendi genus:putaui mihi suscipiendũ
laborem utilem studiosis:mihi quidẽ ipsi non necessarium.Conuerti.n.ex atticis duoꝝ eloquentissimoꝝ no-
bilissimas oꝛones inter se contrarias:Aeschinis,Demosthenisq; : nec conuerti:ut interpres:sed ut orator sen-
tentiis iisdem:& eaꝝ formis tanq̃ figuris:uerbis ad nostram consuetudinem aptis:in quibus non uerbum pro
uerbo necesse habui reddere:sed genus oĩum uerboꝝ:uimq; seruaui:non.n.ea me annumerare lectori putaui
oportere:sed tanq̃ appendere.hic labor meus hoc assequetur:ut nostri hoĩes:quid ab illis exigant: qui se atti-
cos uolunt:& ad quam eos quasi formulam dicendi reuocent:intelligant.sed exoriẽ Thucydides:eius.n. qui-
dam eloquentiã admirantur:id quidem recte:sed nihil ad eum oratorem:quem quærimus. Aliud est.n.expli-
care res gestas narrando:aliud argumentando criminari:crimenue dissoluere:aliud narratione tenere audito
rẽ:aliud concitare. At loquiẽ pulchre:nũ melius q̃ Plato?necesse tñ est oratori:quẽ quærimus : controuersias
explicare forẽses dicẽdi gñe apto ad docẽdũ:ad delectãdũ:ad pmouendũ.Quare siquis erit:q Thucydidio gñe
causas in foro se dictuꝝ esse profiteaẽ:is abhorreat ẽt a suspitione eius:quæ uersatur in iure ciuili:& forensi.q
Thucydidem laudauit:ascribat suæ nostram sñiam.quin ipsum Isocratem:quem diuinus auctor Plato suũ te
re æqualem admirabiliter in Phædro laudari fecit a Socrate:quẽq; oẽs docti summũ oratorẽ esse dixerunt:iñ
hunc in numero non repono.Non.n.in acie uersatur:& ferro:quasi rudibus eius eludit oꝛo.a me aũt : ut cum
maximis minima conferam:gladiatoꝝ par nobilissimum induciẽ.Aeschines tanq̃ æserninus(ut ait Lucilius)
Non spurcus hõ:sed doctus & acer:Cum Pacidiano hic componiẽ optimu longe Post hoĩes natos:nihil.n.illo
oratore arbitror cogitari posse diuinius. Huic labori nostro duo gñra reprehensoꝝ opponũtur:unũ hoc,ueꝝ
melius Græci. a quo quæratur:ecquid possint ipsi melius latine?alteꝝ.quid istas potius legã:q̃ græcasẽ iidem
Andriam & Synephæbos:nec minus Terentium:& Cæcilium:q̃ Mænandrũ legunt nec Andromacham:aut
Anthiopã:aut Epigonos latinos recipiãt:sed tñ Enniũ,& Pacuuiũ,& Acciũ potius:q̃ Euripideꝫ:& Sophoclẽ
legunt.Quod igitur est eoꝝ in oꝛonibus a græco conuersis fastidiũ:nullũ cũ sit in uersibus?Sed aggrediamur
iam qđ suscepimus: si prius exposuerimus:quæ cã in iudicium deducta sit.Cũ esset lex Athenis:nequis populi
scitũ faceret:ut quisq̃ corona donareẽ in magistratu prius;q̃ oꝛones retulisset.Et altera lex:eos:q a populo do
nareẽ:in concione donari debere.quia in senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit:eosq; refecit pe
cunia sua: de hoc igitur Cthesiphon scitum fecit:nullis ab ipso rõnibus relatis:ut corona aurea donareẽ: eaq;
donatio fieret in theatro populo conuocato:qui locus nõ est concionis legitimæ:atq; ita prædicaretur:eũ do-
nari uirtutis ergo,beneuolentiæq;:quã erga populũ Athenienſem haberet.Hunc igẽ Cthesiphonẽ in iudiciũ
adduxit Aeschines:q contra leges scripsisset:ut & rõnibus nõ relatis corona donaretur:& ut in theatro:& q de
uirtute eius:& beneuolentia falsa scripsisset:qm̃ Demosthenes nec uir bonus esset:nec benemeritus de ciuita-
te.Cã ipsa abhorret illa quidẽ formula consuetudinis nostræ:sed est magna:habet.n.& legũ interpretationẽ
satis acutam in utranq; partem:& meritorum in rempu.contentionem sane grauem.itaq; causa fuit Aeschini
quoniam ipse a Demosthene esset capitis accusatus: q legationem ementitus esset:ut ulciscendi inimici causa
nomine Cthesiphontis iudicium fieret de factis:famaq; Demosthenis.Non enim tam multa dixit de rõnibus
non relatis:q̃ de eo:q ciuis improbus:ut optimus laudatus esset.Hanc multam Aeschines a Cthesiphonte pe
tiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem:sed iudicium factum est aliquot annis post Alexãdro iam
Asiam tenente:ad quod iudicium concursus dicitur e tota Græcia factus esse. Quid.n.aut tã uisendũ:aut audi
endũ fuit:q̃ summoꝝ oratorum in grauissima cã accurata:& inimicitiis incensa contẽtio?Quorum ego oꝛo
nes si,ut spero,ita expressero uirtutibꝰ utẽs illorũ oĩbꝰ.i.sñiis:& earũ figuris:& rerũ ordĩe:uerba psequẽs eatenꝰ:
ut ea si abhorreãt a moẽ nr̃o: q̃ si e grçcis oĩa ↄuersa nõ erũt:tñ ut gñis eiusdẽ sint:elaborauimus:erit regula:ad
quã eoꝝ dirigãẽ oꝛones:q attice uolũt diceẽ:sed de nobis satis,Aliqñ.n.Aeschinẽ ipꝫ latine dicẽtẽ audiamus.

QV. CICERO DE PETITIONE CONSVLATVS AD M. T. CICERONEM FRATREM SVVM.



TSI TIBI oĩa suppetunt: quæ consequi ingenio: aut usu: aut diligentia possunt: tñ ab amore nostro non sum alienum arbitratus ad te perscribere ea: quæ mihi ueniebant in mentem: dies ac noctes de petitione tua cogitanti: non ut aliquid ex iis noui addiscerem; sed ut ea: quæ in re dispersa: atq; infinita uidẽtur esse: rõne: & distributione sub uno aspectu ponerentur: q̃q̃ plurimum natura ualet: tñ uĩ in paucoꝝ mensium negocio posse simulatio naturá uincere. Ciuitas quæ sit cogita: qd petas: qui sis: prope quotidie ad foꝝ tibi descendenti meditandum hoc sit: nouus sum: consulatum peto: Roma est: nominis nouitatem dicendi gloria maxime subleuabis: semper ea res plurimum dignitatis habuit: nõ potest qui dignus habetur patronus consularium: indignus consulatu putari. Quamobrẽ qm̃ ab hac laude ꝓficisceris: & quicquid es ex hoc es: ita paratus ad dicendũ uenito: quasi in singulis causis iudicium de oĩ negocio futuꝝ sit. Eius facultatis adiumenta: quæ scio tibi esse seposita: ut parata ac prompta sint, cura: & sæpe quę Demosthenis studio & exercitatione scripsit Demetrius, recordare: deinde & amicoꝝ multitudo: & gña appareant. Habes. n. ea quæ nõ habuerunt uẽs publicani: totum fere equestrẽ ordinem: multa ꝑterea municipia: multos abs te defensos hoĩes cuiusq; ordinis: aliquot collegia: ꝑterea studio dicendi conciliatos plurimos adulescentulos: quotidianá amicoꝝ assiduitatẽ & frequentiam. Hæc cura: & ut teneas cõmendando: & rogãdo: & oĩ rõne efficiendo ut intelligant: qui debent tua cã referendæ gratiæ: & qui uolunt obligandi tui tp̃s: sibi aliud nullum fore. Etiam hoc multũ uidentur adiuuare posse nouũ hoiem: hoĩum nobiliũ uoluntas: & maxime consulariũ prodest: quoꝝ in locum: ac numeꝝ si peruenire uelis ab iis ipsis: illo loco: ac numero dignum putari. Ii rogandi oẽs sunt diligenter: & ad eos allegandũ: persuadendumq; est iis. Nos semper cũ optimatibus de rep. sensisse minime populares fuisse: siqd locuti populariter fuerimus: id nos eo cõsilio fecisse: ut nobis Cn. Pompeiũ adiungeremus: ut eum: qui plurimũ posset: aut amicum in nostra petitione haberemus: aut certe nõ aduersariũ. Prætere a adulescentes nobiles elabora ut habeas: uel teneas studiosos: quos habes: multũ dignitatis afferent; plurimos habes: perfice ut sciant q̃tum in his putes esse si adduxeris: ut iis qui non uolunt, cupiant: plurimũ quidem proderunt. Ac multũ ẽt nouitatẽ tuam adiuuant: qd' eiusmodi nobiles tecũ petunt: ut nemo sit: qui audeat dicere plus illis nobilitatem: q̃ tibi uirtutẽ prodesse oportere. Iam P. Galbã: & L. Crassum summo loco natos: quis est: qui petere consulatũ putet? Vides igitur ex amplissimis familiis hoĩes: qui sine neruis sint; tibi pares non esse. At Antonius & Catilina molesti sunt: imo homini nouo industrio: inocẽti: diserto: gratioso: apud eos: qui res iudicant: optandi cõpetitores: ambo sicarii: ambo libidinosi: ambo egentes: coꝝ alteri⁹ bona ꝓscripta uidimus, uocẽ denique audiuimus iurantis se Romæ iudicio æquo: cũ hoie græco certare non posse: & ex senatu eiectum scimus. Optima uero censoꝝ existimatione in prætura competitorem habuimus: amicu Sabidio: & Panthera: qd' ad tabulam: quos poneret: nõ habebat. Quo tñ in magistratu amicá: quá palá domi haberet: de machinis emit. In petitione aũt consulatus caupones oẽs hic cõpilare per turpissimá legationem maluit: q̃ adesse: & P. R. supplicare. Alter uero (Dii boni) quo splendore est? primũ nobilitate eadẽ: qua Catilina nũ maiore? nõ: sed uirtute. Quãobrem quá Manius umbrá suam metuit: hunc negliges quidẽ natũ in patris egestate: educatũ in sororis stupris: corroboratũ in cæde ciuiũ: cuius primus ad rẽp. aditus in equitibus Romanis occidendis fuit. Nã illis (quos meminimus) Gallis: qui tũ Titinioꝝ ac Nanniorũ ac Tanusiorũ capita demebãt. Sylla unũ Catilinã ꝑfecerat: in quibus ille hoiem unũ: optimũq; Catullũ sororis suæ uirũ equitẽ Ro. nullarũq; partiũ: cũ semp natura: tum ẽt ætate iam quietũ suis manibus occidit. Quid ego nũc dicã petere cũ eo te consulatũ? qui hoiem carissimũ po. Ro. M. Mariũ inspectante po. Ro. uirgis per totá urbẽ ceciderit: ad bustũ egerit: ibi oĩ cruciatu lacerarit: uiuo statim collũ gladio sua dextra secuerit: cũ sinistrá capillũ eius a uertice teneret caput sua manu tulerit: cũ inter digitos eius riui sanguinis fluerẽt: qui postea cũ histrionibus: & cũ gladiatoribus ita uixit; ut alteros libidinis: alteros facinoris adiutores haberet: qui nullũ in locũ tã sanctũ: ac tã religiosum accessit: in quo nõ: & si in aliis culpa nõ esset: tñ ex sua neqtia dedecoris suspitionẽ relinqueret: q ex curia Curios, & Annios: ab atriis Sapalas, & Camillos: ex eq̃stri ordine Põpilios & Cnæios sibi amicissimos cõparauit: q tm̃ habet audaciæ: tm̃ nequitiæ: tm̃ denique in libidine artis: & efficacitatis: ut ꝓpe in parentũ gremiis ꝑtextatos liberos cõstuprauerit. Quid ego nũc tibi de Africa? Quid de testiũ dictis scribã? nota sũt: & tu ea sæpius legito: sed tñ hoc mihi nõ ꝑtermittendũ uĩ: qd' primũ ex eo iudicio tam egens discessit: q̃ iudices eius ante illud iudiciũ fuerũt: deinde tã inuidiosus: ut aliud in eum iudiciũ quotidie flagitet. hic sic se habet: ut magis timeat, ẽt si quieuerit, q̃ ut cõtemnat, siquid cõmouerit: q̃to melior tibi fortuna petitionis data est: quá nuper homini nouo C. Cælio? ille cũ duobus hoĩbus ita nobilissimis petebat: ut tñ in iis oĩa pluris essent: q̃ ipsa nobilitas: summa ingenia: summus pudor: plurima beneficia: summa ratio, ac diligentia petendi: tamen eorum alterum cũ deesset alter, Cælius ẽt cum multo esset inferior: gñe superior nulla re pene superauit. Quare si facies ea: quæ tibi natura & studia, quibus es usus, semp largiuntur: quæ temporis tui ratio desiderat: quæ potes; quæ debes: non erit difficile certamen iis competitoribus: qui nequaq̃ sunt tam genere insignes: q̃ uitiis nobiles. Quis enim reperiri potest tam improbus ciuis: qui uelit uno suffragio duas in rempu. sicas distringere? Quoniam igitur quæ subsidia nouitatis haberes: & habere posses, exposui. Nunc de magnitudine petitionis dicendum uidetur. Consulatum petis: quo honore nemo est: qui te nõ dignum arbitretur: sed sunt multi: qui

inuideant

inuideant. Petis.n.hõ ex equestri loco locũ summũ ciuitatis:atq; ita summũ:ut forti homini:diserto: innocenti:multo idem ille honos plus amplitudinis:q̃ cæteris afferat. Noli putare eos:qui sunt eo honore usi:nõ uidere tu cũ idẽ sis adeptus:quid dignitatis habiturus sis:eos uero:q cõsularibus familiis nati:locũ maioꝝ cõsecuti nõ sunt:suspicor tibi, nisi q admodũ te amant, inuidere:ẽt nouos hoies ꝑtorios existimo:nisi, q tuo bñficio uincti sunt, nolle abs te se honore superari. Iam in populo quãmulti iuidi sunt:quãmulti cõsuetudine hoꝝ annoꝝ ab hoibus nouis alienati:uenire tibi in mentẽ certe scio esse ẽt nõnullos tibi iratos ex iis causis: quas egisti necesse est. Iam illud tu te circũspicito:q ad Cn. Põpei gloriã augendã tãto studio te dedisti:nũ quos tibi putes ob eã causam esse amicos? Quãobrẽ cũ & summũ locũ ciuitatis petas:& uideas esse studia: q̃ tibi aduersentur:adhibeas necesse est oẽm rõnem, & curã, & laborẽ, & diligentiã in petitione magistratuũ: quaꝝ altera in amicoꝝ studiis:altera in populari uoluntate ponenda est. Amicoꝝ studia beneficiis, & officiis, & uetustate, & facilitate, ac iucunditate naturæ parta esse oportet:sed hoc nomen amicoꝝ in petitione latius patet q̃ in cætera uita. Quisquis est.n.qui oñdat aliquid in te uoluntatis:qui colat:qui domum uentitet:is in amicoꝝ numero est habedus. Sed tñ qui sunt amici ex cã honestiore cognationis:aut affinitatis: aut sodalitatis:aut alicuius necessitudinis:his caꝝ:ac iucundũ esse maxime prodest:deinde, ut quisq; optimus, ac domesticus: maxime uelit amet:quiq; fidelissimũ esse te cupiat:ualde elaborãdũ puto: ut tribules:ut uicini:ut cliẽtes:ut deniq; liberti: postremo & seruitus. Nã fere ois sermo ad forensem famaʒ a domesticis emanat auctoribus:deinde sunt instituendi cuiusq; gñis amici ad spẽ hominis illustris honore, ac noie:qui ẽt si suffragandi studia non nouerint:tñ afferunt petitori aliquid dignitatis ad iustitiam obtinendam. Magistratus ex ciuibus maxime consules: deinde tri. ple. ad conficiendum centurias;homines excellenti gratia:qui abs,te tribunatum:aut centuriam:aut aliquod beneficium:aut haberent:aut, ut habeant, sperent:eos prorsus magnopere cõpara:& confirma:nã p hos annos hoies ambitiosi uehementer omni studio:atq; opere laborarunt:ut possent a tribulibus suis ea: quæ peterent impetrare:hos tu hoies:quibuscunq; rõnibus poteris:ut ex animo:atq; ex illa summa uoluntate tui studiosi sint laborato. Quod si satis grati homines essent:ea oia parata esse debẽt:sicut parata esse concerno: naʒ hoc biẽnio quatuor sodalitates ciuium ad ambitionem gratiosissimoꝝ tibi obligasti. Fundani. Qu. Galli. C. Cornelii. L. Coruini:& horum in causis ad te deferendis:quid nam eorum sodales receperint, & confirmarint, scio:nã interfui. quare hoc tibi faciendũ est:ut idem ab his, qđ debent, exigas:sæpe cõmonendo:rogando:cõfirmando:curando:ut intelligant nullũ se aliud tp̃s unq̃ habituros restituendæ gratiæ: profecto hoies & spe reliquoꝝ tuoꝝ officioꝝ:ẽt recentibus beneficiis ad studium seruandum excitabunt. Et oĩo:qm̃ eo gñe amicitiaꝝ petitio tua maxime initiata est:quo cãrum defensionibus adeptus es:fac ut plane iis in rebus: quos deuinctos tenes descriptũ:ac depositum suum cuiq; munus sit. Et quemadmodũ memini: q nulla in re illis unq̃ molestus fuisti:sic cura ut intelligant oia te:q̃ ab illis tibi deberi putaris:ad hoc tp̃s reseruasse. Sed qm̃ tribus rebus hoies maxime ad bñuolentiam:atq; hæc suffragandi studia ducunt: bñficio:spe:adiunctione ai: uel uoluntate:aĩaduertendum est:quemadmodũ cuiq; hoꝝ gñi sit inseruiẽdũ. Minimis beneficiis hoies adducunt: ut satis causæ putẽt se ad studiũ suffragationis dedisse:nedũ hi:quibus saluti fuisti:quos tu habes plurimos:& intelligant:si hoc tuo tpe nõ satisfecerint:se ꝓbatos nemini unq̃ fore:qđ cum ita sit:tñ rogandi sunt:atq; ẽt in hanc opinionẽ adducendi:ut q nobis adhuc obligati fuerint:his uicissim nos obligari adhuc posse uideamur. Qui aũt spe tenent:qđ genus hoium multo est diligẽtius atq; officiosius:his fac ut ꝓpositũ:ac paratũ auxiliũ tuũ eẽ uideat:deniq; ut spectatorẽ te suoꝝ uel officioꝝ esse intelligãt diligentẽ:ut uidere te plane:atq; aĩaduertere q̃tum ab unoquoq; ꝓficiscat, appareat. Tertiũ illud genus est studioꝝ uoluntariũ:qđ agendis gratiis accõmodandis sermonibus:ad eas rõnes ꝑ quas q̃sq; studiosus esse uidebit:significando erga illos pari uoluntate adducendã amicitiã in spem familiaritatis, & cõsuetudinis cõformari oportebit. Atq; in iis oibus gñibus iudicato & perpẽdito q̃tum quisq; possit:ut scias & quẽadmodũ cuiq; inseruias:& qd a quoq; expectes, ac postules. Sũt.n. quidã hoies in suis ciuitatibus:& municipiis gratiosi:sunt diligẽtes & copiosi:q & si antea nõ studuerũt huic grẽ:tñ ex tpe elaborare eius cã, cui debent, & uolũt, facile pñt. His hoium gñibus sic inseruiendũ est: ut ipsi intelligant te uidere quid a quoq; expectes:sentire quid accipias:meminisse quid acceperis. Sunt aũt, q aut nihil pñt:aut ẽt odio sunt tribulibus suis:nec habent tm̃ ai, aut facultatis:ut eniṫatur ex tpe. Hos internoscas, & uideto:ne spe in aliquo maiore posita:præsidii paꝝ cõparetur. Et q̃q̃ partis, & fundatis amicitiis fretũ, ac munitum esse oporteret:tñ in ipsa petitione amicitiæ permultæ, ac perutiles cõparãtur. Nam in cæteris molestiis habet hæc tñ petitio id cõmodi:ut possis honeste:qđ in cætera uita non queas:quoscunq; uelis:adiungere ad amicitiam:quibus cum si alio tpe agas:ut te utantur:absurde facere uideare. In petitione aũt nisi id agas: & cum multis, & diligẽter:nullius petitor esse uideare. Ego aũt tibi hoc cõfirmo:esse neminem:nisi aliqua necessitudine cõpetitoꝝ alicui tuoꝝ sit adiũctus: a quo nõ facile si cõtenderis:impetrare possis:ut suo beneficio promereat se, ut ames:& sibi, ut debeas:modo ut intelligat te magni existimare ex aĩo agere:bene se ponere:fore ex eo nõ breuem:& suffragatoriã:sed firmam & perpetuam amicitiaʒ. Nemo erit (mihi crede) in quo mõ aliquid uirtutis sit:qui hoc tp̃s sibi oblatum amicitiæ tecum constituendæ, ꝑtermittat: præsertim cũ tibi hoc casus afferat:uti tecum petant:quoꝝ amicitia aut contẽnenda, aut fugienda sit:& qui hoc, qđ ego te hortor, nõ mõ non assequi:sed ne icipere quidem possint. Nam quid incipiat Antonius hoies adiungere:atq; inuitare ad amicitiam:quos per se suo noie appellare non possit. Mihi quidem stultius nil uĩ:q̃ existimare eum studiosum tui, quem non noris. Eximiam quandam gloriam:ac dignitatem:ac reꝝ gestarum magnitudinem esse oportet in eo:quem hoies ignoti:nullis suffragantibus meritis honore afficiant. Namq; ut homo iners sine officio: sine ingenio:cũ infamia:nullis amicis septus: hominem plurimorum studio:atq; omnium bona existimatione munitũ præcurrat;sine magna culpa negligentiæ fieri non põt. Quamobrem omnes centurias multis &

paris amicitiis:cura ut confirmatas habeas:& primũ id qđ ante oculos situm est:senatores:equitesq́ R o:cęte roꝝ hoium oarios hoies,& gratiosos cõplectere.Multi hoies urbani industrii:multi libertini:in foro gratiosi, uariiq́ uersant᷑ quos per te:quos per cões amicos poteris sumere:cura ut tui cupidi sint:elaborato appetito:assegato studio:& summo beneficio te afficere ostidito:deinde habe oratores urbis totius:collegiũ ostum pagoꝝ & ciuitatũ.Ex iis principes ad amicitiá tuá si adiunxeris:per eos reliquá multitudiné facile tenebis:postea totá Italiá fac:ut in aío:& in memoria tibi distributá:cõprehensamq́ habeas:ne qđ municipiũ:coloniá:præfectoŕá:locũ deniq́ Italiæ:ne qué esse patiare:in quo non habeas firmamenti:qđ satis esse possit.Perquiras ẽt: & inuestiges hoies ex oi regione:eosq́ cognoscas:appetas:confirmes:cures:ut in suis ciuitatibus tibi aliquos petãt: & tua cã:quasi candidati sint:uolent te amicũ:si suá a te amicitiá expeti uidebunt:id ut intelligant orone: q̄ ad rõnem pertinet: cõsequere hoies municipales:ac rusticani noie tm̃ noti in amicitia se esse arbitrent᷑.Si uero ẽt præsidii se aliquid sibi constituere putant:non amittunt occasioné promerendi:hos cæteri, & maxime tui cõpetitores,ne norunt quidem:tu & nosti:& facile cognosces:sine quis amicitia esse non põt:neq́ id tñ satis est: tametsi magnũ est:sed ut consequat᷑ spes utilitatis:atq́ amicitiæ:ne nomenclator solũ:sed amicus ẽt bonus cẽ uideare.Ita & cũ hos ipsos pp suam ambitioné:qui apud tribules suos plurimũ gratia possint:studiosos in centuriis habebis: & cæteros:qui apud aliquam parté tribuũ pp municipii:aut ciuitatis: aut collegii rõnem ualent:cupidos tui constitueris:in optima spe esse debebis.Iam equitũ centuriæ multo facilius mihi diligentia posse teneri uident᷑.Primum cognoscẽdi sunt equites:deinde adipiscendi:multo.n.facilius illa adulescentulorũ ad amicitiá ætas adiungit᷑:deinde habebis tecũ ex iuuẽtute optimũ quemq́: & studiosissimũ humanitatis: tũ equester ordo sequet᷑ illius auctoritaté ordinis:si abs te adhibebit᷑ ea diligentia:ut non ordinis illius auctoritatem solũ uoluntate:sed ẽt singuloꝝ amicitiis eas centurias confirmatas habeas.Iam studia adulescentulorum in suffragando:in obeundo:in nunciando:in assando mirifice:& magna & honesta sunt:& qm̃ assectationis mentio facta est:id quoq́ curandũ est:ut quotidiana cuiusq́ gñis & ordinis & ætatis utare.Nam ex ea ipsa copia:coniectura fieri poterit:q̃to sis in ipso cãpo uirió ac facultatis habiturus.Huius aũt rei tres partes sunt. Vna salutatoꝝ dũ domũ ueniunt.Altera deductoꝝ.Tertia assectatoꝝ.In salutatoribus,qui magis uulgares sunt:& ad hanc consuetudiné,q̄ nunc est,plures ueniunt:hoc efficiendũ est:ut hoc ipsum minimũ offm̃ eoꝝ tibi gratissimũ esse uideat᷑.Qui domũ tuã ueniunt:his significato:te aíaduertere:& eoꝝ amicis:qui illis renũcient:ostendito:sæpe ipsis dicito:sic hoies sæpe cũ obeunt plures cõpetitores:& uident unum esse aliqué: qui hæc officia maxime aíaduertat:ei se dedunt:deserunt cęteros:minutatim ex cõibus proprii:ex fucosis firmi suffragatores euadunt.Iam illud teneto diligenter:si eum:qui tibi pmiserit fucum(ut dr̃)facere uelle senseris:ut te id audisse:& scire dissimules.Siquis tibi se purgare uolet:q̄ suspectũ esse arbitretur:affirmes te de illius uoluntate nunq̄ dubitasse:nec debere dubitare.Is.n.qui se non putat satisfacere:amicus esse nullo mõ põt. Scire aũt oportet quo quisq́ aío sit:ut & q̃tum cuiq́ cõfidas,constituere possit.Iam deductoꝝ officium: qđ maius est: q̄ salutatoꝝ:hoc gratius tibi esse significato:atq́ ostidito:& quoad eius fieri poterit certis tpibus descendito. Magná affert opinioné:magnã dignitaté:quotidiana in deducẽdo frequẽtia. Tertia est ex hoc gñe assidua assẽtatoꝝ copia:in ea:quos uolũtarios habes:cura ut intelligant te sibi in perpetuũ summo bñficio obligari.Qui aũt tibi debẽt:ab iis plane hoc munus exige:qui p ætatem:ac negociũ poterũt:sibi tecũ:ut assidui sint:qui si sectari nõ poterunt:necessarios suos in hoc munere cõstituant. Valde ego te uolo:& ad ré ptinere arbitror: semper cũ multitudine esse:pterea magnam affert laudem:& summá dignitaté:si ii tecum erunt : qui a te defensi: & qui per te seruati:ac iudiciis liberati sunt.Hæc tu plane ab iis postulato:ut qm̃ nulla impensa per te alii rem honestá:alii saluté ac fortunas omneis obtinuerunt:nec aliud ullũ tps futuꝝ sit:ubi tibi referre gr̃am possint: hoc te officio remunerent.Et qm̃ in amicoꝝ studiis:hæc omnis oratio uersat᷑:qui locus in hoc gñe cauendus sit:prætermittendum non ẽ:fraudis:atq́ insidiaꝝ:& perfidiæ plena sunt oĩa.Non est huius tpis perpetua illa de hoc gñe disputatio.Quibus rebus beneuolus:& simulator diiudicari possit,tm̃ est huius tpis admonere.Sũma tua uirtus eosdem hoies:& simulare tibi esse amicos:& inuidere coegit . Quãobrem επιχαρμειον illud teneto:neruos:atq́ artus esse sapientiæ:non temére credere.Et cũ tuoꝝ amicoꝝ studia constitueris: tũ ẽt obtrectatoꝝ:atq́ aduersarioꝝ rõnes:& gña cognoscito.Hæc tria sunt:unum ex iis:quos læsisti:alteꝝ : qui sine cã non amant:tertium:qui cõpetitoꝝ ualde amici sunt:quos læsisti:cũ contra eos pro amico diceres:iis te purgato plane:necessitudines commemorato:in spem adducito:te in eoꝝ rebus si se in amicitiam contulerint:pari studio atq́ officio futuꝝ spondeto:qui sine cã non amant eos:aut beneficio:aut spe:aut significando:tua erga illos studia futura delinies:dans operam:ut de illa al prauitate deducas:quoꝝ uoluntas erit abs te:pp cõpetitoꝝ amicitias alienior:his quoq́ inseruí orone : qua superioribus:& si pbare poteris te in eos ipsos cõpetitores tuos beneuolo esse aío:ostendito:qm̃ de amicitiis cõstituendis satis dictũ est:dicendũ est de illa altera parte petitionis:quæ in populari ratione uersatur.Ea desiderat nomenclationé:blanditiam:assiduitatem:benignitatem:rumorem:spem:in rempu.Primũ id qđ facis:ut hoies noris:significa ut appareat:& age:ut quotidie melius fiat.Nihil mihi tam populare:neq́ tam gratum uĩ: deinde id qđ natura non habes:induc in aíum ita simulandum esse:ut natura facere uideare:non cõmitas tibi necesse est:ea: quæ bono:ac suaui hoie digna sunt: sed opus est magnopere blanditia:quæ ẽt si uitiosa est:& turpis in cætera uita:tñ in petitione necessaria . Tibi .n.cum deteriorem aliquem assentando facit:improba est:cum amiciorem:non tam uituperanda:petitori uero necessaria est:cuius & frons:& uultus:& sermo ad eoꝝ quoscunq́ conuenerit sensus: & uoluntatem cõmutandus est.Iam assiduitatis nullum est præceptum:uerbumq́ ipsum docet:quæ res sit:prodest quidem uehementer nusquã deesse:sed tñ hic fructus est assiduitatis:non solum esse Romæ:atq́ in foro:sed assidue petere: sæpe eosdem appellare:non cõmittere:ut quisquam possit dicere:quid eius sit:consequi possis : si abs te non sit

rogatum

rogatum:& ualde:ac diligenter rogatum:benignitas aūt late patet:& est in re familiari:quæ q̄q̄ ad multitudinē peruenire non pōt:tñ ab amicis laudatur:multitudini grata est. Est in conuiuiis: q̄ facere te oportet & amicis tuis concelebreñt:& passim:& tributim:est ēt in opera quā peruulga & cōmunica Cura ut aditus ad te diurni:atq; nocturni pateant:neq; solū foribus ædiū tuarum:sed ēt & uultu:& fronte:q̄ est aī ianua : q̄ si significāt uoluntatē abditā esse:ac retrusam:parui refert patere hostium. Hoies.n.non mō prompti:sibi præsertim : q̄ a candidato petant:sed ēt large:ac honorifice promitti uolunt:quare hoc quidem facile p̄ceptum est:ut qđ acturus sis:id significes te studiose:ac libenter esse facturum. Illud difficilius, & magis ad tps:q̄ ad naturam accōmodatum tuam:qđ facere non possis:ut id iucunde neges:quorum alterum est boni uiri:alterum boni petitoris. Nā cū id petitur:qđ honeste:aut sine detrimento nr̄o promittere non possumus:quo si quis roget:ut contra amicum aliquam causam recipiamus:belle negandū est:ōñdas necessitudinem:demonstres quā moleste feras:aliis te id rebus exacturū esse persuadeas. Audiui hoc dicere quendam de quibusdam oratoribus:ad quos causam suam detulisset:gratiorem sibi orōnem fuisse:qui negasset:q̄ illius, qui recepisset:sic hoies fronte : & orōne magis:q̄ ipso beneficio:re q; capiuntur. Verum hoc probabile est:illud alterum subdurum tibi homini Platonico suadere: sed tñ tpi tuo consulam:quibus.n.te pp aliqđ officium necessitudinis affuturum negaris:tñ ii pñt abs te placati:æquiq; discedere:quibus autē iccirco negaris:q̄ te impeditum esse dixeris:aut amicorum negociis:aut grauioribus causis:aut ante susceptis: inimici discedūt oēs:hoc aio sunt:ut sibi te mentiri malint:q̄ negare. C. Cotta ī ambitione artifex dicere solebat:se operam suam:quod non contra officium rogaretur:polliceri solere oibus: impartire iis:apud quos optime poni arbitraretur. Ideoq; se negare nemini:qđ sæpe acciderent cā : cur is qui pollicitus esset:uacuus foret:plusq̄ putasset:neq; posse domum eius compleri:qui tantummodo reciperet : q̄tum uideret se obire posse:casu fieri:ut agantur ea q̄ non putaris:illa q̄ credideris in manibus esse:ut aliqua de cā non agant. Deinde esse extremum:ut irascat is cui mendacium dixeris:id si promittas:& incertum est:& in dicm:& in paucioribus:sin aūt id negas:statim abalienant se, & inimicant. Plures.n.multo sunt:qui rogāt : ut uti liceat opera alterius:q̄ qui utant. Quare satis est ex iis:quos aliqñ in foro tibi irasci:q̄ oēs continuo domi, præsertim cū multo magis irascant iis, qui negent:q̄ iis:qui uideant ea cā impeditum:ut facere qđ p̄misit, cupiat, si ullo mō possit. At ne uidear aberrasse a distributione mea:qui hæc in hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor. Hæc oia non tā ad amicorum studia:q̄ ad popularem famā pertinere:& si inest aliqđ dictum ex illo gñe:benigne rñdere, studiose inseruire negociis amicorum, ac periculi:tñ hoc loco ea dico:quibus multitudine capere possis:ut de nocte domus cōpleatur:ut multi spe tui præsidii teneant:ut amiciores abs te discedant : q̄ accesserunt:ut quāplurimorum aures optimo sermone compleant. Sequit.n.ut de rumore dicēdum sit: cui maxime seruiendum est. Sed quæ dicta sunt oi superiori oratione: eadem ad celebrādum rumorem ualēt: dicendi laus:studia publicanorum:& equestris ordinis hoium nobilium uoluntas:adulescentulorum frequētia:eorum:qui abs te defensi sunt:assiduitas:ex municipiis multitudo eorum:quos tua cā uenisse appareat:bene homines nosse:comiter appellare:assidue ac diligenter petere:benignū ac liberalem esse : bene loqui existimare: domus ut multa nocte cōpleatur:oīum generū frequentia adsit:satisfiat oratione oibus:re, operaq; multis p̄ficiat:in id, qđ fieri pōt, laborare & arte:ac diligentia:nō ut ad populum ab iis oibus fama perueniat:sed ut iis studiis populus ipse uersetur. Iam urbanam illam multitudinem:& eorum studia:qui conciones tenent:quæ adeptus es in Pompeio ornando:in Manlii cā recipienda:Cornelio defendendo:excitanda nobis sunt:quæ adhuc habuit nemo:ut simul idem splendorem omnium:uoluntatesq; haberet. Efficiendumq; ēt illud est, ut sciant oēs C. Pompei summam erga te esse uoluntatem:& uehementer ad illius rationes te id assequi:qđ petis, pertinere. Postremo tota petitio:cura:ut pompæ plena sit:ut illustris:ut splendida:ut popularis: ut habeat summā spēm, ac dignitatē:ut ēt siquid possit:ne cōpetitoribus tuis existat:aut sceleris:aut libidinis:aut largitionis accōmodata ad eorum mores infamia:atq; ēt in hāc petitionem maxime uidendum est:ut spes.r.p.bona de te sit: & honesta opinio. Nec tñ in petendo.r.p.capescenda est:neq; in senatu:neq; in concione:sed hæc sunt tibi retinenda:ut senatus te existimet ex eo:q̄ ita uixeris defensorem auctoritatis suæ fore. Et equites romani:boni & locupletes:& uita acta:te studiosum otii:atq; rerum tranquillarum:multitudo ex eo dūtaxat:q̄ orōne in concionibus: ac iudicio popularis fuisti:te a suis cōmodis alienū nō futurum. Hæc mihi ueniebat in mentem de duabus illis cōmotionibus matutinis:quo tibi quotidie ad forum descendenti:meditādū esse diximus : nouus sum:cōsulatū peto. Tertiū restat:Roma est ciuitas ex nationū cōuentu cōstituta:in qua multæ insidię:multa fallaciæ: multa in oi gñe uitia uersant:multorum arrogantia:multorum cōtumacia:multorum maleuolentia:multorum superbia:multorum odia : ac molestia pferenda est. Video esse magni consilii:atq; artis in tot hoium cuiusmodi uitiis:tantisq; uersantem:uitare offensionē:uitare fabulā:uitare insidias:esse unū hoium accōmodatū ad tātā uarietatem morū, ac sermonum, & uoluntatū uarietatem. Quare ēt, atq; ēt perge tenere istam uiam:quā instituisti. Excellere dicendo:hoc ēt tenent Romæ hoies:& alliciunt:& ab impediendo:ac lædendo repelluntur. Et qm̄ in hoc maxime uitiosa est ciuitas:q̄ largitione interposita uirtutis & dignitatis obliuisci solet:in hoc fac:ut te bene noras.i.ut intelligas eum esse te:qui iudicii ac periculi metum maximum cōpetitoribus afferre possis. Fac itaq; ut se abs te custodiri:atq; obseruari sciant:cum diligentiam tuā:tum auctoritatē, uimq; dicendi:tū profecto equestris ordinis erga te studiū pertimescent. Atq; hæc ita te uolo illis proponere : ut uideare occasionem non meditari:sed ut hoc terrore facilius hoc ipsum, qđ agis, consequare:& plane sic contende oibus neruis ac facultatibus:ut adipiscamur:qđ petimus. Video esse nulla comitia tam inquinata largitione:quibus non gratis aliquæ centuriæ renuncient suos maxime necessarios. Quare si aduigilamus p̄ rei dignitate : & si nostros ad summum studium beneuolos excitamus:& si hominibus studiosis:gratiosisq; nostri:suum cuiq; munus describimus:& si cōpetitoribus iudicia proponimus:si ex equestribus metū iniicimus:diuisores ratione aliqua coer

cemus, p̃fici põt, ut largitio nulla fiat: aut nihil ualeat. Hæc sunt q̃ putaui, nõ melius scire q̃ te: sed facilius his tuis occupationibus colligere unũ in locũ posse: & ad te perscripta mittere: q̃ tñ ita scripta sunt: ut nõ ad oẽs q̃ honores petant: sed ad te ꝓprie, & ad hanc petitionẽ tuã ualeãt: tñ tu siq̃d mutandũ eẽ uidebit: aut oĩno tollendũ: aut siq̃d erit p̃teritũ uelim hoc mihi dicas. Volo. n. hoc cõmentariolũ petitionis haberi oĩ rõne p̃fectũ.

❡ Ex dictis Ciceronis apertissime constat orationes Aeschinis: & Demosthenis pro Cthesiphonte græco in latinum per ipsum conuersas: sed quia incuria: & iniuria temporum intercidere: operęprętium fuit illarum orõnum traductionem, quam Leonardus Aretinus edidit, subnectere: ne imperfectum opus esse uideretur.

AESCHINIS Contra Cthesiphontem de Demosthenis coronatione per Leonardum Aretinum in latinam Orationem interpretata, Oratio incipit.



VANTI conatus parentur uiri Athenienses ad hoc iudicium oppugnandum: quantisq̃ precibus nitantur quidam circa forum: ne iusta & consueta in ciuitate fiant, uidetis. Ego aũt cõfisus uenio primum Diis: secundum legibus. & uobis: mihi nullius conatum plus ualiturum esse: q̃ iura, & leges. Vellẽ igitur Athenienses: ut senatus, & conciones ab his: qui præsident: recte administrarentur: utq̃ leges, quas tulit Solon, de oratorum honestate seruarentur. Vt liceret primum utiq̃ antiquissimo omnium ciuium: quemadmodum iura præcipiunt: modeste pulpitum adeunti: sine tumultu: & turba ex reꝝ usu: atq̃ experientia: q̃ utilia forẽt reip. consulere. Deinde ab reliq̃s ciuibus: ꝓut cuiusq̃ ætas exigit: sniæ dicerent. Sic eq̃dem arbitror ciuitas recte gubernaret: nec multũ iudiciis egeremus. Sed q̃m cuncta illa: q̃ bñ: & laudabiliter hactenus instituta uidebant: nũc defluxere: ut decernũt quidã faciliter cõtra leges: & alii hæc ipsa decreta cõfirmant: nõ dubito: mõ p̃rogatiuã sortiti: sed ex cõposito assidentes: & siquis alioꝝ p̃fit: ac snias rite dici uelit: huic qui rẽp. non amplius cõem: sed ꝓpriã ꝑutãt: minitant iudicia: dissoluerunt snias ex cõtentione iudicant. Silet uox illa p̃conis honestissima: quis cõsulere uult ex his: qui supra quinquagesimũ sint annũ: & rursus ex aliis gradatim ciuibus. Oratoꝝ impudentiã: neq̃ leges: neq̃ magistratus: neq̃ tribus p̃rogatiuã hñs: neq̃ tribuli ipsi coercere iam pñt: his ita se hñtibus, & melius: una reliqua est rẽp. pars: siquid ego intelligo: iudicia eoꝝ: qui cõtra leges scribunt: quã si uos nunc dissoluetis uiri Athenienses: uel dissoluẽtibus assentimini: p̃dico uobis aperte nullã uos amplius rẽp. habituros. Scitis. n. uiri Athenienses administrandaꝝ ciuitatũ tres esse modos: nã aut Tyrannus ciuitatẽ occupat: aut potentes aliqui: aut populus iam obtinet. Cũ Tyrannus: aut potens dñatur: cuncta ex eoꝝ arbitrio, uoluntateq̃ geruntur. Cũ uero populus obtinet: tunc leges ualent. Nullus ergo nostrũ ignoret: quoties de his: qui contra leges scribunt: iudicat: toties de libertate uestra iudicari. quãobrem in eo iureiurando qđ iudices p̃stant: primo loco positũ est: s̃m leges sniam dicturos. Vidit. n. legũlator: quoties leges in ciuitate seruant: toties & libertatẽ seruari. Quoꝝ memores: odisse debeti: eos: qui contra leges scribunt: nec quicq̃ tale cõmissum paruipẽdere: nec ob ullius gratiam ab huius iudicii seueritate recedere. Non prætoꝝ: qui iampridem quibusdã oratoribus additi remp. euerterunt: nou hospitum: quoꝝ preces colligunt quidam ad iudicia euitanda. Sed quemadmodum in bello quisq̃ nostrum: locum sibi cõmissum deserere erubesceret: sic nunc eam partem reip. cuius custodia hodie uobis comissa est, non deseratis. Considerare. n. debetis ciues uestros: uobis hodie rempu. credidisse: alios adesse ad negocia obeunda: quos ueriti & iurisiurandi, & legum memores: si ostẽdemus Cthesiphontẽ & contraria legibus, & mendacia, & inutilia reip. decreuisse: rescindite hmõi decreta: conseruate libertatem: cõpescite eos: qui contra leges: & contra utilitatem reip. gerunt: qđ si ita aĩati: ea: q̃ dicentur: audire uoletis: aperte scio uos & iustam: & piam: & utilem uobis metipsis: & huic populo sniam laturos. De uniuersa igitur accusatione mediocriter mihi dixisse uideor: de legibus aũt cõtra quas Cthesipon scripsit: pauca dicere uolo. Superioribus quidem temporibus: gerentes quidam amplissimos magistratus: & pecunias publicas tractantes: suis largitionibus efficiebant: ut in senatu: & apud populum ab oratoribus laudarentur: coronasq̃: & cõmendationes publice haberent. Itaq̃ postea cũ ratio administratoꝝ ab eis reposcere turicã accusatores: q̃ iudices ad summam difficultatem adducebantur. Multisq̃ in manifesto furto reprehensi: contingebat absolui: nec immerito. Absurdum. n. credo putabant iudices eundem hominem in eadem urbe: ac eodem forte ãno reperiri a populo iustitiæ: ac uirtutis gratia coronatum: deinde paulopost in iudicio furti damnatum. Quare hi: qui iudicabant: non de proposito crimine: sed de uerecundia populi sniam ferre cogebantur. Hæc igitur legum contemplans: legem tulit: & nimium quidem optimam: neminem coronari licere: qui ob magistratum gestum reddendis rationibus obnoxius esset. Sed licet his, cum omni diligentia a latore legum, præscriptis tamen reperiuntur contra hæc rationes quædam: quas nisi quis nobis exponat: faciliter deciperemini. Sunt enim qui in huiusmodi decretis mediocritatem quaudam sequuntur: siquid mediocre potest esse in his: quæ contra legem fiunt. Attamen sunt aliqui: qui ita moderantur sententiam suam: ut addiciant: tum demum fore coronandos: cum orationem reddiderint. Et ciuitas quidem eodem modo iniuriam patitur. Nam anticipatur laudibus: & coronis examen de eis futurum: illud dumtaxat interest: quod in illa adiectione pudor & modestia quædam scribentis ostenditur. Cthesiphon autem istas leges conculcans: nec ullum honestatis uelamentum opponens: antequam rationes redderentur: antequam examen subiretur: in magistratu adhuc constitutum: coronari Demosthenem scripsit. Dicent contra hæc alio modo asserentes: quoties electus quis ex decreto quicquam gerat: non esse eum magistratum: sed procurationem: ac ministerium quoddam. Magistratus autem eos esse: qui ex sortione publica gerunt: & qui suffragiis populi creantur: ut prætores: ut præfecti equitum: ut alii deinceps magistratus. Alia uero cuncta procuratores esse: & opera ex decretis commissa. Aduersus ista ego legem afferam: quam uos Athenienses uelut ex proposito tulistis: ad huiusmodi cauillationes pro-

pellendas

pellandas:in qua ſcriptum eſt oēs magiſtratus iudicio populi creatos:& præfectos publicis operibus. Eſt aūt Demoſthenes publico muroꝝ opere præfectus:oēs qui tractant aliquid publicum ſupra triginta dies: & qui iudicioꝝ ptātem accipiunt. Oēs autē qui publicis operibus præſunt:iudicioꝝ ptāte fruuntur. Non.n.ſubeſſe: ſed præeſſe diutius lex iubet. Nam qui ſorte perueniunt magiſtratus non obſcuri:ſed clari ſunt:eoſqȝ orationibus reddendis obnoxios:quemadmodum alios magiſtratus lex facit. Quod aūt uera dico:leges ipſę uobis oñdent. Recita leges. LEGES. Quñ igitur uiri Athenienſes:quos lator legum magiſtratus appellat:iſti ꝓcuratores:& miniſteria uocabunt:ueſtrum erit opus meminiſſe:& aduerſus eoꝝ impudentiam legem opponere:eiſqȝ oñdere non eſſe locum apud nos ſophiſtæ aſtuto:uerboꝝ cauillationibus leges euertere adnitenti. Sed q̄to quis eloquentior eſt:tanto ſi is contra legem dicat:maiori odio dignum puniri oportet. Deber.n.uiri Athenienſes una & eadem uox eſſe oratoris,& legis. Cū aūt aliam lex:aliā orator uocē emittit:legi aſſentiendū eſt:nō impudentiæ oratoris dicentis. Ad illud aūt qd' Demoſthenes:uelut fortiſſimū iactabit:pauca dicere nolo. Dicet.n.ꝑfectus operi muroꝝ ſum:fateor. Sed ego centū minas reip.ſuplargitus ſum:& opus maius eſt factum. Quid ergo reddēdis rōnibus obnoxius ſum: niſi forte ꝓpriæ liberalitatis rōnē quis reddere obnoxius eſt? Ad hæc uidetis q̄ iuſte rñdeam in hac tam exigua:tamqȝ uetuſta urbe. Nemo nō obnoxius eſt:qui quoquo mō ad remp.ſe contulerit. Docebo aūt primo in his:q̄ quis minime putaret. Sacerdotes tā mares,q̄ fœminas obnoxios eſſe lex iubet:nec ſingulos ſolū:uerumetiā uniuerſos:ut euolopidas:caduceatores:& alios oēs. Rurſus ꝑfectos nauiū lex obnoxios facit:non publicas tractantes pecunias:nec ueſtros reditus miniſtrantes:ſed patrimoniū ſuū ꝓ uobis liberaliter conſumentes. Nec ſolū præfecti nauium:ſed maximū oīum collegioꝝ calculis iudicium ſubiicit. Nā & conſiliū Ariopagi apud rōnes ſibi lex iubet:& examen ueſtrū ſubire. Non ergo coronabit quis ex Ariopagi conſilio nec patriū illis eſt:nec affectant id quidē:nec ſatis eſſe putant:ſi apud eos quis iniuriam non fecerit:ſed ſi delinquat:pœnis afficiunt. At ueſtri oratores nimia licentia exultant. Rurſus conſiliū quingentoꝝ obnoxium facit legumlator:atqȝ ita obnoxius diffidit:ut eum:qui reddendis rōnibus obnoxius ſit:abſentem fieri prohibeat. Dii boni dicet quiſpiā:an quia magiſtratum geſſi,urbem exire non potero. Ita ne pecuniis publicis ſubtractis fuga utaris? Inſuper eius patrimonium:qui obnoxius ſit dedicari: aut afferri: aut alienari uetat. Deniqȝ & uno uerbo comprehendam ſubſtantias eoꝝ:qui obnoxii ſunt:non liberas:ſed obligatas legumlator eſſe uoluit:quoad rationem reddiderunt. At eſt aliquis:qui in dignitate conſtitutus: neqȝ tetigit quicquam ex publico:neqȝ conſumpſit:num ergo rationem is reddet? Ita.n.dicit lex: hunc ſcribere debere ſe:nec accepiſſe ex publico:neqȝ conſumpſiſſe. Sine calculo autem:& ſine examine nihil relinquitur:quod ad rē pu.ſpectet. Quod autem uera dico:leges ipſas audite. LEGES. Cum ergo iactabit ſe Demoſthenes in uerbis afferens propter illa:quæ ſuperlargitus eſt:obnoxium non eſſe:illud ei ſubiicete. At oportebat te Demoſthenes ſinere patrium illud:& legitimum præconium apud rōnales fieri:quis accuſare uult. Permitte:ut is:qui uelit ex ciuibus:tecum diſceptet:quod ex multis:quæ a rep.habes:pauca in muroꝝ confectione expendiſti. Noli hunc honorem præripere:noli de manibus iudicum calculos extorquere:nec ante leges incedas:ſed poſt eas ſequaris. Hoc.n popularis ſtatus ciuitatis efflagitat. Aduerſus itaqȝ cauillationes:quibus iſti utūtur:huculqȝ mihi reſponſum ſit. Quod aūt tunc obnoxius erat Demoſthenes:cum iſte coronaꝫ ei decreuit:qꝗ per id ipſ ſpectaculorum:& muroꝝ faciendoꝝ præfectus erat:nec alicuius eoꝝ magiſtratuum rationem reddiderat: hoc ex publicis literis docere conabor. Lege mihi ſuper quo prętore:& quo menſe:& qua die:& in qua cōcione Demoſthenes creatus eſt ſpectaculoꝝ curator:ut uideatis in medio magiſtratu decretā ſibi a Cteſiphonte coronam. Lege computus dieꝝ. DIERVM. Si igitur nihil ultra hoc oſtenderem:iuſte Cteſiphon damnaretur. Capiunt.n.ipſum non accuſatio mea:ſed publicæ literæ. Primum quidem uiri Athenienſes computator eligi publice conſueuit: qui reditus ciuitatis per ſingulos magiſtratus populo reſignabat. Deinde pp fidem Eubolo habitam:q̄ ſpectaculis ꝑerant ante legem Agemonis:cōputatoris officium:ptātemqȝ exequebant:iidem & naualium curā gerebant:& ſi quid opus erat ad eam rē,ædificabant. Erant ꝓterea uiaꝝ curatores: & fere uniuerſæ ciuitatis adminiſtrationem habebant. Nec reprehendens iſta dico:neqȝ increpans:ſed illud oñdere uolēs: quod legūlator:ſiquis ꝓ uno minimo magiſtratu obnoxius ſit:eum ante rōnem redditaꝫ coronari uetant. Demoſtheni uero oēs ſimul magiſtratus Athenis gerenti,non formidauit Cteſiphō coronā decernere. Qđ aūt & muris faciendis ꝑfectus erat Demoſthenes:cū hic huiuſmodi decretum de eo ꝑſcripſit:qꝗ publicas tractauit pecunias:& iudicioꝝ ptātem acceperat:ipſum Demoſthenem ac Cteſiphontem uobis teſtem adducam. Cherunda.n.ꝑtore ſecunda die Februarii exeuntis:cuꝫ haberetur cōcio:ſcripſit Demoſthenes in ea concione: conuocandas eſſe tribus ad tertiādecimam diē Martii:utqȝ ſingulæ tribus curatores eligerēt ad opus muroꝝ: utqȝ ſuper ea re q̄ſtores crearent. Et recte id quidem:ut eſſent a quibus rōnem ciuitas repoſceret. Recita mihi illa decreta. DECRETA. Ita ſed reclamabat Demoſthenes:ſtatimqȝ contendet ſe neqȝ ex ſortione: neqȝ ſuffragio populi creatum:& de hoc tam ipſe:q̄ Cteſiphon multa facient uerba. Ego aūt probationem afferā & dilucidā:& iſtoꝝ artes funditus euertentem:cuius gr̄a pauca ꝑmittam. Sunt.n.uiri Athenienſes magiſtratuū ſpēs tres. Vna eoꝝ:qui ſortione uel ſuffragio populi creantur. Secunda eoꝝ:qui aliqd publice adminiſtrant ſupra triginta dies:& eoꝝ:qui præfecti ſunt publicis operibus. Tertia in lege exprimit:& ſiqui alii electi iudicioꝝ ptātem accipiant. Cum ergo excipit quis ex ſuffragio:ac ſortione creatos:reſtat quos tribus eligūt ad publicas pecunias pertractandas:eos eſſe electicios magiſtratus. Hoc aūt ſit quoties,ut nunc, aliquid tribubus cōmittit:ueluti uallum facere:aut naues. Quod aūt uera dico:ex ipſis legibus intelligite. LEGES. Memento igitur eorum:quæ in lege ſupradicta ſunt. Lex electos a tribubus magiſtratum gerere ſtatuit: & iudiciorum ptātem habere. Pandionis uero tribus Demoſthenem elegit ad murorūꝫ opus:cuius gratia paulominus q̄ decēꝫ talenta ex publico accepit. Altera lex uetat obnoxiū coronari:iudicare ſecūdū leges iurati eſtis. Cte-

siphon scripsit decretum:ut obnoxius coronaret̃:nec adiunxit cum rõnem reddiderit. Ego contra leges hæc
esse scripta ostendi:leges:decreta:& testimonia ipsoꝝ aduersarioꝝ adducens. Q uo igitur manifestius quis rõ
uici põt? Quod aũt & præconium ipsius coronæ contra leges fieri decretum est.hoc iam ostendam. Lex mani
feste iubet:siquis a senatu coronaret̃:in senatu ꝑconium fieri:si a populo,in concione:alibi uero nusquã. Reci
ta mihi ipsam legẽ. LEX. Hæc lex uiri Atheniẽses summam habet honestatẽ. Nõ.n.putauit legumlator ora
torem ad exteros gloriari oportere:sed satis esse:si in sua ciuitate honore potiatur: nec multum in præconiis:
iactari legũlator:Cthesiphon ãt quõ? Recita eius decretũ. DECRETVM. Audite uiri Atheniẽses:lex iubet
apud Pincẽ in cõcione ꝑconiũ fieri:si quis a populo coronaret̃:alibi aũt nusquã. Cthesiphõ uero in theatro nõ
leges solũ trãsgrediens:uerumẽt locũ transmutãs:nec in cõcione populi:sed in certamine tragœdi:ꝝ nouꝝ:
nec in cõspectu græcoꝝ ut uideant.s.qualẽ uiꝝ honoramus. Hic uero:q sic manifeste cõtra leges scripsit una
cum Demosthene resistens artificiose uos decipere conabunt̃:quoꝝ astutias iam uobis aperiam. Isti.n.nõ ꝓ
hiberi a legibus de eo:qui a populo coronaret̃ extra cõcionẽ ꝑconium fieri nunq̃ ostẽdere poterunt. Adducẽt
tñ Dionysicam legem: & recitabunt partem aliq̃ nihil ad hoc iudicium pertinentem:asserẽtes esse duas leges
scriptas circa ꝑconia coronaꝝ. Vnam,quã nũc recitaui,aperte extra concionem fieri prohibẽtẽ. Alteram huic
contrariam:q̃ tragœdiis fieri licentiam præstat. Secundum itaq̃ hanc ultimam legem dicent Cthesiphõtem
scripsisse. Ego aũt contra istoꝝ artes leges uestras producam:quas in tota hac cã diligentissime ꝓsequor. Nã
si hoc ueꝝ est:& hic mos ciuitatem uestram irrepsit:ut inualidę leges simul cum ualidis scriptæ reperiantur:&
duæ de eadem re sibiipsis contrariæ:quænam amplius ciuitas ista putanda est:in qua leges idem fieri iubeant,
atq̃ uetent? Sed non est ita uiri Athenienses:nec uos unq̃ in tantam confusionem uestraꝝ legum processistis:
nec ista pars reipubli.a uobis neglecta est. Sed per singulos annos diligentissime per uiros prudentes ad hoc
per populum deputatos examẽ de legibus habet̃:& siqua lex contraria alteri legi:uel abrogata inter ualidas scri
pta reperiat̃:aut si de eadẽ re plures sint leges i tabulis describere eas iubent̃ & ad populũ referre:atq̃ ita p suf
fragia alias tolli leges:alias relinqui:& sic de quaq̃ re una sit nobis lex: & nõ plures. Recita leges sm quas ista si
unt. LEGES. Si igr̃ duæ forẽt leges de ꝑconiis faciendis:altera iam ex necessitate abolita fuisset. sed cum ni
hil hoꝝ factum sit:manifeste apparet eos non solum falsa dicere:uerũetiam impossibilia. Vnde aũt hoc men
dacium sumant:ego uobis dicam pauca ꝑmittens. Cum fierent certamina tragœdiaꝝ in urbe:p̃çconia in il
lis fieri consueuerant:non ex populi decretis:sed alii a tribubus suis:alii ab aliis priuatim coronabãt̃. Erant &
qui seruos manumittebãt in conspectu totius multitudinis. Sed quod erat grauissimum hospitalitates & cliẽ
telas ciuitatũ nacti quidam agebant:ut certaminibus ipsis ꝑconia celebrarent̃. q a Chiis:& a Rhodiis: aut ab
alia quadam ciuitate uirtutis gratia coronabant̃. Ex hoc aũt fiebant:ut ludi impedirentur:& hi qui co n.õ co
ronabant̃ plus honoris acciperent:q̃ si ex decretis uestris coronati fuissent. Nam ex populi decreto coronatis
in concione:nec alibi ꝓnunciare licebat. De his aũt in conspectu oium græcoꝝ ꝑconia fiebant: huius gratia
lata est lex:nihil pertinens ad eos:qui a populo coronant̃: neq̃ eam legẽ dissoluens: neq̃ illi contraria:sed ad
eos:qui a tribubus:uel hospitibus:aut clientibus coronant̃:& ad eos:qui seruos manumittũt. Hæc lex manife
ste statuit nec manumissionem fieri in theatro:nec a tribubus:aut ab aliquo quẽq̃ coronatum ꝓnunciari:&
si contra fiat,pœnam aduersus ꝑconem imponi. Cum igr̃ ostendat lex eos qui a senatu coronant̃: in senatu ꝓ
nunciare debere. Eos aũt qui a populo in concione. De illis uero,qui a tribubus coronãt̃ in theatro,ꝑconia fie
ri uetet:ne dedita opera coronas,& falsas cõmendationes procurent. Et adiungat̃ in lege neq̃ ab alio ꝑconiũ
fieri posse absente senatu,& populo,ac tribubus. Cũ hæc excipiant̃:quid reliquũ est:præter hospitalitias:cliẽ
telasq̃ coronas. Quod aũt uera dico:magnũ uobis argumẽtum adducã. Ipsam namq̃ aureã coronã: de qua i
theatro ꝑconium fit:sacram esse Palladi lex iubet:ut ab eo:qui coronatus sit.eam auferat. Atqui quis uestrũ au
deret tantam illiberalitatẽ Atheniensis populi arbitrari. Nedũ.n.ciuitas:sed neq̃ priuatus quisquã ita genero
sus reperiret̃:ut quã ipse donasset coronã:simulatq̃ ꝑconium fecerit:dusq̃ sacrarit. Sed puto q hospitalitia erat
corona:consecrationẽ esse repertam:ne quis extremã bñuolentiam patriæ anteponens deterioris mentis: atq̃
euadat. At coronam illam,de qua in concione ꝑconiũ fit,nemo consecrat:sed habere eam licet:ut non solũ ipsi:
sed posteri eius monumentũ domi habentes a caritate & bñuolentia populi nunq̃ discedant. Et ob hoc adiun
ctũ est in lege:ne de aliena corona in theatro ꝑconiũ fiat:ꝑterq̃ si populus decreuerit:ut si qua ciuitas uelit ali
quẽ de ciuibus uñis corona donare:missis huc legatis a populo hoc petat:ut is:qui coronat̃:plus uobis:q ꝑco
niũ fieri promisistis,q̃ coronantibus ipsis se debere existimet. Q uod aũt uera dico:leges ipsas audite. LEGES.
Q ñ igitur isti uos decipere uolentes dicent ascriptũ esse in lege licere ꝑconiũ fieri:si populus decernat:memẽ
tote illis subiicere:ita si ciuitas alia te coronet. Et si populus Atheniensis hoc faciat: locus ostensus est:ubi fieri
debeat. Vetat.n.lex extra concionẽ ꝑconiũ fieri cũ dicit:alibi aũt nusquã. Tota die quã longa est:licet dicas nũ
q̃ ostendere:poteris te sm leges scripsisse. Restat mihi accusationis pars: ad quã maxime ꝓpero: hæc est causa
illa ob quam corona dignũ cẽset. Dicit.n.in decreto suo præconem pronunciare in theatro ad græcos:q coro
nat ipsum Atheniensis populus ob probitatem,atq̃ uirtutem:& præcipue quia perseuerat dicere & facere opti
ma ipsi populo: simplex posthac mihi omnino sermo erit: & uobis audientibus iudicare perfacilis. Oportet
.n.me utiq̃ accusatorem uobis ostendere has Demosthenis laudes esse mendaces: q nec incipit dicere opti
ma:neq̃ nunc perseuerat utilia populo facere. Et si hoc ostendero:iuste Cthesiphon condemnabitur. Oẽs ue
tant leges falsas literas in publicis scribi decretis: aduersario aũt contra ostendendum est:uos autẽ uobis iudi
ces eritis. Sic res est. Ego uitam quidem Demosthenis singulatim prosequi longioris narrationis opus est exi
stimo. Quid.n.nunc quis enarret:aut quæ sibi euenerunt in illo iudicio de uulnere cum Demomelium nepo
tem suum apud Ariopagitas detulit:& tonsurã capitis:aut militiã eius apud Cefisodotũ:ac nauigationẽ i Hel
lespontum:

reſpondit:qñ unus ex pfectis Demoſthenes ptoré ſuũ paternũ amicũ:quẽ in naui portauerat:& cũ quo menſa
ſimul:& ſacrificia cõia ſibi fuerãt:nõ ueritus eſt capitali iudicio accuſare. Aut Midiæ accuſationé:& alapas:qs
in Orcheſtra accepit:quaſq; poſtea cõtumeliã ipſam:& populi piudiciũ:q cõtra Midiã decreuerat:p trigita num-
mis uẽdidit,& diuiſit. Hæc,& his ſimilia tráſeũda mihi reor:nõ pdiés qdẽ uos:neq; certamẽ effugiẽs:ſed illud
ueritus:ne mihi cõtingat uera qdẽ dicere uideri:uetuſta tñ,& nimiũ uulgaria: Atqui o Ctheliphon:cuius tur-
piſſima crimina ita clara,& manifeſta auditoribus ſunt:ut accuſator ea narrãdo:nõ falſa dicere: ſed antiqua:
& nimiũ nota cõmemorare uideat:utrũ hic auro coronãdus eſt:uel cõtumelia afficiẽdus. Ac te mẽdacia,& cõ
tra leges ſcribere auſũ:utq; iudices aſpernari:uel pœnas dare ciuitati oportet. Priuatis itaq; omiſſis de his:q̃ in
rẽpu. patratus eſt:clare dicere aggrediar. Audio.n. ipſum:qñ ſibi dicẽdi locus euenerit:res geſtas ſuas in tria tẽ
pora eſſe diuiſurũ. Quorũ unũ & primũ(ut audio)cõputat illud tẽpus:i quo cõtra Philippũ p Amphiboli bel-
lũ geſſimus. Hoc aũt tẽpus pace,& ſocietate illa diffinit:cuius Philocrates auctor fuit:& iſte ſimul cum illo,ut
ego oſtẽdã. Scdm tẽpus eſſe dicit:cũ in pace fuimus uſq; ad eã diẽ uidelicet:in qua idẽ ipſe orator pacẽ ciuitatis
diſſoluit:& bellũ decreuit. Tertiũ eſt tẽpus ipſius belli uſq; ad calamitatẽ in Cheronia acceptã. Quartũ eſt p-
ſens tẽpus. Hæc dinumerãs(ut audio)me cõpellaturus eſt:aut petiturus:qd horũ tẽporũ accuſem. Et qñ ipſum
in repu. nõ optime uerſatũ eſſe dicã. At niſi reſpõdeã: ſed inuolutus abeã:ſe relaturũ eſſe dicit:& ad ſuggeſtũ re-
ductũ:coacturũq; ut ſibi reſpondeã. Ne igitur utaris ut Demoſthenes:iã tibi reſpondebo in cõſpectu iudicũ:
& aliorũ ciuiũ:q circũſtant:& in cõſpectu Græcorũ:q huic iudicio adeſſe uoluerũt. Video aũt non paucos: ſed
quot nũq̃ antea publico alicui iudicio affuerũt. Reſpõdeo:me oium triũ tẽporũ:quę tu diffinis:res geſtas tuas
accuſare:ac ſi Dii uelit:& iudices æque nos audiãt:& ego illa:q̃ ego noui a te facta:memorare ualeã: pbaturũ
me eſſe cõfido:ſalutis qdẽ nr̃æ Deos ĩmortales cãm fuiſſe:& eos:q rebus ciuitatis humaniter uſi ſunt:calamita
tũ uero oium te cãm fuiſſe. Vtar eodẽ ordine:quo iſtũ audio uſurũ:ut primũ de primo tpe:ſecũdũ de ſecũdo:
tertiũ de tertio:quarto de præſentibus dicã. Ac iã ad pacẽ reuertar:cuius tu una cũ Philocrate auctores fuiſtis.
Vobis enim licebat Athenienſes,anteriorẽ illã pacem una cũ Gręcorũ cõi cõuentu facere,ſi pmiſiſſent. Vos q
dẽ legatiões:quas eo tpe per Græciã miſeratis ad cõem ſocietatem cõtra Philippũ ſuadendã:expectare:& pro-
cedente tẽpore a uolentibus Græcis principatũ accipere:horũq; per Demoſthenẽ & Philocratẽ:ac per eorum
corruptelas priuati fuiſtis. Quod ſicui forte ueſtrũ nũc primũ audienti:incredibile uidet Demoſthenẽ Philo-
crati ſociũ fuiſſe contra remp. pro Philippo. is audire uelle me debet. Nã ueluti cũ pecuniarũ iampridem expẽ
ſarũ ſedẽtes rõnem inſpicimus:ſi falſam de illis opinioneʒ domo attulimus:iñ poſito calculo:nullus ueſtrum
adeo peruerſus eſt:ut rõni non acquieſcat:& uerũ ẽt fateatur. Sic & nunc:ſiquis ueſtrũ hãc opinionẽ habuerit:
ac ea credulitate in iudiciũ uenerit:ut putet Demoſthenẽ nunq̃ aliqd p Philippo una cũ Philocrate geſſiſſe:
qſqs ita putat:neq; damnet:neq; abſoluat:priuſq̃ audierit. Nõ.n. æquũ. Sed ſi me breuiter illa tpa recenſenteʒ:
ac decretũ:quod Demoſthenes una cũ Philocrate ſcripſit:recitãtem audire uoluerit:ſi rationis calculos:oſten
det multa cũ Philocrate de pace,& ſocietate illa Demoſthenem ſcripſiſſe:ut ſupra moduʒ aſſentatorem fuiſſe
Philippi:nec expectaſſe legatos:ſed cãm fuiſſe:ne ciuitas cũ græcorũ conuentu pacẽ faceret:Cerſoblectẽ uero
Thraciæ regẽ:ſociũ:atq; amicũ populi Athenieñſis,Philippo pdidiſſe. Si hæc uobis clare oſtẽdaʒ:rogabo uos
mediocrem rogationẽ:ut mihi per Deos annuatis. Primũ illud tẽpus nõ bñ Demoſthenẽ in repu. uerſatũ:dicã
aũt unde uos maxime aſſequi poſſe exiſtimabo. Philocrates ſcripſit decretũ licere Philippo caduceatores,& le
gatos huc mittere p pace,& ſocietate:ob hoc decretũ accuſatus eſt:q cõtra leges ſcripſiſſet. Venerũt iudicii tẽ
pora. Accuſabat Lyci. reſpondebat Philo. poſt hæc Themiſtocles factus eſt ptor. Eo tpe Demoſthenes in con-
ciliũ recipit:non ſortione aliq̃:ſed ex cõpoſito loco illũ mercatus:ut cũcta pro Philocrate miniſtraret: qd res
ipſa poſtea oñdit. Vincit.n. aliud decretũ Philocrates:in quo decẽ legatos cẽſebat mittẽdos ad Philippũ petu-
ros:ut legatos ſuos cũ ptãte huc mitteret p pace firmãda. Horũ un⁹ erat Demoſthenes:q inde reuerſus pacis
fuit laudator:& legatis eam aliis laudarẽt,ſuadebat:ac ſolus ex ſenatoribus decretũ ſcripſit de pace firmanda:
ſecutus Philocratẽ. Nã illam facultatẽ dedit Philippi legatis:ac caduceatoribus:huc ueniendi:hic firmãdã eſſe
pacẽ cum illis:qui uenerãt:cũ ſua ſnĩa decreuit. Attentione mihi opus eſt ad illa q̃ ſequunt. Facta ſunt enim nõ
cũ cæteris legatis:quæ magnã poſtea calũniam habuerũt ex mutatione Demoſthenis:ſed cũ Demoſthene ip-
ſo,atq; Philocrate. Et merito qdẽ:cum ſimul legatiões obirẽt:ſimulq; decreta ſcriberẽt. Primũ.n. data eſt ope-
ra:ne reditũ legatorũ ad cõcitãdas ciuitates Græciæ cõtra Philippũ a uobis miſſorũ expectaretis:ut nõ una cũ
aliis Græcis:ſed priuatim pacẽ faceretis:deinde,ut nõ ſolũ pax,ſed ſocietas etiã cum Philippo uobis eſſet: ut ſi
quis fiduciam in ueſtra potẽtia habebãt:ſpem atq; animũ oino deponerent:cernẽtes uos foris qdẽ alios ad bel
lũ cohortari:domi autẽ nõ ſolũ pacẽ:uerũ etiã ſocietatẽ feciſſe. Tertiũ ne Cerſoblectes Thracię rex includeret
in fœdere:neq; ſocietatis cum Philippo particeps eſſet. Erat enĩ iam cõtra illũ iductus exercitus. Et Philippus
quidem in hoc emẽdo nil turpe faciebat. Ante enim pacẽ firmatã licebat ei:quę in rẽ ſuã forẽt:efficere. Sed qui
uendebant:in uires ciuitatis pdibant:magno ſupplicio digni ſunt exiſtimãdi. Qui enĩ nunc Alexãdri: & ante
Philippi inimicũ ſe pfitet Demoſthenes:& q hoſpitalitatẽ Alexandri mihi tanq̃ pbrũ obiectat:decretuʒ ſcri
bit ad tẽpora ciuitatis pdeunda:ut cõcio decimaoctaua die Decẽbris haberet:qua die erant Aeſculapii ſacra:
hoc factum eſſe antea nullus meminerat. Sed q attulit cauſam huius diei:ut ſi adſint inq̃ legati:populus celerri
me deliberare poſſit de legatis ad Philippum mittẽdis citra legatorũ pſentiã. Quo facto:cõcionem poccupa-
uit:& tpa noſtra pperando pcidit:ut nõ cum aliis Græcis:reuerſis legatis noſtris:ſed ſoli pacem faceretis. Poſt
hæc:a Philippo legati noſtri aberant:ad ciuitates in Philippũ cõcitandas:hoc tpe aliud decretum Demoſthe
nes obtinet:in quo ſcripſit non ſolũ de pace:ſed etiã de ſocietate Philippi ad populũ referri:& hoc ſtatim poſt
Bacchanalia decimanona die menſis:nõ expectato reditu legatorum noſtrorũ. Quod autẽ uera dico: audite

ipſa decreta. DECRETA. Cũ igit̃ uiri Athenięſes Bacchanalia pacta fuiſſent: cõciones ſunt habitæ: in qua-
rum prima lecta eſt ſententia ſociorũ: cuius capita breuiter uobis expono. Primũ enim cẽſebant ſolum de pa-
ce mentioñe habendam: ſocietatis aũt nomen omiſerant: non obliuione: ſed quia pacem ipſam plus neceſſita
tis: q̃ honeſtatis habere exiſtimabant. Deinde optime obuiant Demoſthenis corruptelæ: cenſentes licere cui-
cunq; Græcorũ infra tres menſes, ſi uelit, in ea pace una cũ Athenienſibus aſcribi: & cõuentorum participẽ fie
ri: duo maxima præuidentes: primũ tẽpus trimeſtre ſatis longum græcis legationibus eſſe arbitrantes: deinde
cõem Græcorum beneuolentiam acquirentes: ut ſi compararentur fœdera: nõ ſoli atq; deſerti bellare cogere-
mur: quod poſtea Demoſthene operante euenit. Quod autem uera dico: ex ipſa ſententia intelligetis. SEN-
TENTIA. Sociorũ. Huius ſententiæ me ſuaſorem fuiſſe confiteor: & omnes: qui in prima concione uerba fe-
cerunt: & populus cũ hac diſceſſit opinione: ut pax quidẽ fieret: de ſocietate autem melius foret, ut taceretur.
nos in medio poſtridie in concione aderamus: hic Demoſthenes ſuggeſtum præoccupans: nec cuiq̃ aliorũ lo-
cum dicendi relinquẽs: nullam utilitatem heſternorum ſermonũ eſſe inq̃: niſi legatis Philippi idem ſuadeatur:
nec ſe quidem intelligere poſſe: quæ nam pax futura ſit cũ Philippo: niſi inſuper ſocietate iungatur. Non enim
oportet inquam (nam uerbi etiam, quo uſus eſt, memini) propter inſolentiam dicentis: & uerbi abrompere ſo-
cietatem a pace: neq; dilationes græcorum expectare: ſed an per noſipſos bellum gerere: an ſeorſum pacem fir
mare? Tandẽq; Antipatro ad ſuggeſtũ uocato rationẽ fecit: cuius reſponſionem prius ipſe docuerat: demum
ut a populo hoc extorquet: ipſo quidem ſuadente. Philocrate autem decretum ſcribente. Quod autem ipſis re
ſtabat Cerſoblectem: ut Thraciæ locum proditum faceret: hoc etiam fecerunt ſexta die exeunte Decembri: an
tequã Demoſthenes ſecundam legationem ad recipiendum iuſiurandum abiret. Nam hic orator: qui Alexan-
dri: atq; Philippi oſtenſorem profitetur: bis in Macedoniam legatus profectus eſt: dum liceret ſibi: ne ſimul q-
dem proficiſci: qui nunc Macedonas deteſtari iubet: in concione ex compoſito ſedens conſultor: Cerſoblecte
una cum Philocrate proditum fecit: Philocrates enim decreto ſuo inter alia multa aſcripſit: ut iuſiurandum
legatis Philippi allegatis ſociorum ea die præſtaretur. Demoſthenes hoc ipſum decretum Philocratis ſua ſen
tentia confirmauit. Res primo non fuit animaduerſa: nam a Cerſoblecte nullus aderat legatus. Qui uero
ſcripſerat legatos ſociorum, qui aderant, iuramentum præſtare Cerſoblectẽ: quia nõ aderat eius legatus: iure
iurando excluſit. Quod autẽ uera dico: lege mihi quis hæc ſcripſit: & quis ea cõfirmauit. DECRETA. Cõ
ſultores. Præclara o uiri Athenienſes: præclara eſt publicarum rerum cuſtodia. Nam firma & immobilis eſt:
neq; cum illis: qui uelut tranſfugę ſunt: ſimul mutatur. Sed licet populo quandocunq; uoluerit: as diſcernere:
qui olim quidem mali fuerunt: poſtea uero mutati bonos exiſtimari uolunt. Reſtat mihi eius adulationẽ oſtẽ
dere. Demoſthenes cum per annum in concilium fuiſſet: nullam unq̃ legationem in ſuperiorem conceſſum
uocauit præter Philippi legatos: quorum gratia locum ornauit: & ueſtes puniceas circunſtrauit: atq; prima lu
ce legatos in Theatrum induxit: pro qua indecenti adulatione exibilatus eſt: & quando Thebas profecti ſunt:
tria iuga mulina illis conduxit: legatoſq; comitatus eſt contra decus ciuitatis: ut autem in ſubiecto permaneã:
cape decretum: quo ipſos legatos in conceſſum uocauit. DECRETVM. Hic ergo uiri Athenienſes adula-
tor eximius: cum per Caridemi ſpeculatores mortem Philippi primus nouiſſet: turpi mendacio ſomniũ Deo
rum finxit ſibi: quaſi non Caridemus: ſed Iuppiter: & Minerua hoc ſibi nunciaſſent: quos poſtera die periurans
ſecum loqui per noctem: & futura prædicere affirmauit: ac ſeptima die poſt mortẽ filiæ uiliſſimus ille: ante lu-
ctus impletos: ante iuſta feciſſet: corona & alba ueſte aſſumpta immolans immolauit: cum illam amiſiſſet: quæ
prima & ſola patrem ipſum nuncupabat. Nec infortunium obiicio: ſed mores diſcutio: qui enim filios odit: &
malus eſt pater: nunquã bonus gubernator populi eſſe poteſt. Nec is, qui cariſſima & familiariſſima corpora
non diligit, & fouet: nunq̃ nos alienos pluris exiſtimabit. Nec qui priuatim eſt malus: nunq̃ publice bonus eſſe
põt. Nec qui domi eſt improbus: in Macedonia, atq; legatione probus foret. Non enĩ mores: ſed locum muta-
uit. Vnde igitur poſtea mutatus eſt. Hoc enim ſecundum eſt tẽpus: & quãobrem ex eiſdem actionibus in rep.
Philocrates quidẽ exul eſt factus: Demoſthenes uero aliis præfuit accuſator. Et quomõ ſceleſtus iſte in calami
tates uos iniecit. Hoc. n. maxime dignũ eſt cognitu. Cũ Philippus Pyas ingreſſus: Phocidis urbes euertiſſet: ac
Thebanos cõtra nos (ut tũc putauimus) corroboraſſet: uos in magna formidine cõſtituti: legatos: qui ꝓ pace
miſſi fuerãt ad Philippũ: maximis rumoribus agitabatis: ſed ꝑcipue Philocratẽ, & Demoſthenẽ: q̃ ii non ſolũ
legati fuerãt: ſed etiã decreta de pace cõſcripſerãt. Cõtingit aũt per id tẽps aliq̃ eſſe diſſenſionẽ inter Demoſthe-
nẽ, & Philocratẽ: de his ferme rebus: de quibus & uoſipſi ſuſpicaremini: q̃ orta diſcordia: cũ innatis ſibi uitiis ti
miditatis, & inuidiæ, & largitionũ cõtra Philocratẽ ſeorſũ cõſultare cœpit: ratus ſi eorũ: qui ſecũ in legatione
fuerãt: & Philippi accuſator appareret: forte ut Philocrates manifeſte interiret: & alii legati in periculo pone-
rent: ipſe uero magnus euaderet: ac ꝓditor ſociorũ & iprobus fidẽ apud populũ naciſceret. Hoc itaq; intuẽtes
quidã belli cupidi: ipſum læti ad ſuggeſtũ uocabãt: ſolũ incorruptũ: ſolũ integrũ uocitãtes. Hic aũt aſſurgens
pricipia belli: & turbationis illis ꝑſtabat. Hic eſt. n. uiri Athenięſes: q primus Serriõ: & Doriſcõ: & Ergiſcẽ: &
Myrgiſcem: & Ganiſ: & Gauida: loca repiit: quorũ ne noia q̃dẽ prius audiueramus. Atq; ad hoc res deduxit: ut
ſi nõ mitteret Philippus legatos, contẽnere ciuitatẽ. Si mitteret ſpeculatores: non legatos miſiſſe diceret. Si ad
alicuius ciuitatis arbitrium cõtrouerſias decidi uolebat: nõ eſſe illã æquã nobis & Philippo aſſeuerabat. Allo-
neſum nobis dabat: hic nõ acciperet ſi daret: ſed ſi redderet, ſuadebat. De ſyllabis diſceptãs tandẽ Ariſtodemo:
& aliis: qui cõtra ius fœderis in Theſſalos & Magneſios exercitũ duxerãt: coronã decernẽs: pacẽ fregit: bellũ &
captiuitatem induxit. Enimuero ferreis, & admantinis, & ipſe inq̃ muris Atticam circunſtruxit Thebanorũ,
& Euboiæ ſocietate. At in his o uiri Athenienſes: tres maximas iniurias perpeſſi fuiſtis: properans de maxima
Thebanorũ ſocietate loq: præmittam de Euboia dicere. Vos o uiri Athenięſes multas & inſignes paſſi Amne-

ſarcho

tyrancho Chalcidensi: Calliæ: & Thauroschenis patre: quos iste accepta mercede Athenienses scribere audet: ac rursus a Themisono Cretensi: qui per pacem Oropum uobis abstulit: eorum sponte obliti estis: cum Thebani Euboiam inuaserunt: ut ciuitates sibi subditas facerent: ut in quinq; dierum spatio auxilium tulistis: & maritimis & terrestribus copiis: & antequam triginta dies transierint: uictis Thebanis & Euboiæ dominium nacti: ciuitates, & libertatem illis reddidistis, & merito: non enim putauistis esse iustum: ut iniuriaq; memoriam seruaretis in eo tempore: in quo illi uobis se credidissent. Ac ipsi tanto beneficio a uobis accepto non similes uobis gratias reddiderunt. Sed cum celerrime transiuissetis in Euboiam Plutarcho auxilium ferentes: licet primum se amicos nobis ostenderent: tamen & primum in Tamynas uenistis: & Cotyleon montem transiuistis. Callias, quam pecunia accepta, tutatur: cernens castra nostra difficillimis locis posita: unde nemo nisi uictor euadere poterat: neq; terra, aut mari consilium habere contractis totius Euboiæ copiis, & a Philippo adiutus: ac frater eius Thauroschenes: qui nunc uos omnes compellat, & salutat: Phocensibus traductis militibus castra nostra inuaserunt: putantes se cunctos delecturos. Ac nisi primum Deorum aliquis castra nostra seruasset: deinde milites nostri: pedites, & equites uiri probi fuissent: ac uicissent: periculum fuisset: ne summum dedecus pateremur. Non enim calamitatem in bello accipere maximum est malum: sed quando ab indignis hostibus prouenit: duplicatur calamitas. Vos tamen talia perpessi Calliæ reconciliati: ueniam dedistis. Sed ille paulopost ad naturam suam reuersus: uerbo quidem Euboiæ conuentum in Chalcide ordinauit. Re uera autem Euboiam contra nos instruxit: sibi autem tyrannidem parauit. Atque huius rei adiutorem sibi Philippum fore sperans abiit in Macedoniam: & circumibat cum Philippo: atq; unus amicorum eius nominabatur: sed paulopost iniuria Philippo illata: inde profugus seipsum Thebanis subiecit: deinde illis quoq; relictis compluresq; euolutiones: q Eurypos ipse: apud quem habitabat fecisse: incidit in Thebanorum, ac Philippi inimicitias. Nescius ergo quid ageret: indicto iam contra eum exercitu: unam perspexit salutis spem sibi relinqui: ut Atheniensis populus sibi nominato socio auxilium ferre sibi iureiurando cogeretur: siquis contra eum ueniret: quod perspicuum erat futurum: nisi uos prohiberetis. Hoc igitur meditatus legatos mittit: Glaucetam, & Empedonam, & Odiodorum: ferentes quidem populo uanas spes: Demostheni uero argentum. tria erant, quæ simul emit. Primum, ut societate nostra potiretur: nullum enim erat sibi remedium: si populus memor iniuriarum suarum societatem eius repudiasset: sed aut Chalcidem relinquere: aut in ea perire: tantæ contra ipsum copiæ parabantur Thebanorum, atq; Philippi. Secundum mercedem tradidit illis: qui decreuissent: ne Chalcidenses Athenis in conuentu adesse tenerent. Tertium ne onera subirent: atq; harum rerum nulla non potitus est Callias. Sed Demosthenes iste qui tyrannos odit, ut ipse fingit, & Cthesiphon optima dicere affirmat: prodidit ciuitatis tempora: & in societate perscripsit nos Chalcidensibus auxilium ferre. uerbo duntaxat declinatis: ut aliquid appareret Chalcidenses auxilium ferre: siquis contra Athenienses ueniret. Munera autem: ex quibus ad bellum conferebatur: funditus sustulit: speciosis uocabulis res turpissimas complectens: & uos per speciem honestatis decipiens: oportere dicit: ciuitatem nostram primo de auxilio ferendo indigentibus Græcis secundo de societate, utilitateq; cogitare. Vt autem uideatis me uera dicere: cape Calliæ scriptum: & societatem: & recita decretum meum. DECRETVM. Nondum est graue hoc q tempora ciuitatis adeo opportuna: q conuentu & munere uendita sunt: sed illud grauissimum uidebitur: quod dicturus sum: in tantum enim processere Calliæ quidem petulantia: Demosthenes uero (quem laudat Cthesiphon) corruptela: ut decem talenta: quæ Oritæ & Cretrienses ad bellum conferebant: uidentibus, intelligentibus, & conspicientibus uobis subtraherent: atq; ciuitates ex conuentu nostro: atq; Athenis in Chalcidem, & Euboicum transferrent conuentum. Quemadmodum autem per quas fraudes hoc fecerint: id iam operæpretium fuerit audiuisse. Fertur enim ad uos non amplius per oratores: sed per seipsum Callias: qui in concionem ueniens uerba narrauit a Demosthene sibi composita. Dixit enim se nupertime ex Peloponneso redire: ibi centum talentorum tributum contra Philippum ordinasse: ac narrauit q quinq; contribuere oporteret, Achæos quidem omnes & Megarenses sexaginta talenta: ciuitates autem Euboiæ quadraginta: ex quibus pecuniis: maritimas, & terrestres copias parari posse: Esse præterea multos alios qui contribuere cupiant. Itaq; neq; pecunias: neq; milites ad bellum defuturos. Hoc aperte dixit: etiam si res quasdam arcanas habere: & earum esse quosdam conscios ex ciuibus uestris. Tandem compellato Demosthene: ut sibi testaretur, rogauit: Hic autem cum magna grauitate suggestum adiens: Calliam maximis laudibus prosecutus est: & arcanum illud se scire finxit: legationem autem suam in Peloponnesum & Archananiam se referre uelle dixit. Summa uerborum fuit: omnes Peloponnesos: omnes Archananas ad munera belli contra Philippum suscipienda dispositos: esse autem numerum pecuniarum ordinatarum ad implendas centum uel octo naues: & ad peditum decem millia: & equites mille: fore insuper per ordinas copias: ex Peloponneso quidem super duo millia armatorum: ex Archanania uero alios totidem: tradi uobis ab omnibus istis principatum. Futura autem hæc non potest longum tempus: sed xvi. die mensis Nouembris indictum esse ciuitatibus omnes conuenire debere Athenis in plenilunio. Et enim Demosthenes hoc proprium habet. Nam alii quando mentiuntur: obscura, & indeterminata dicere conantur: redargutionem formidantes. Demosthenes uero quando mentitur: primum cum iureiurando mentitur: sibi exterminium imprecatus. deinde quæ clare scit: nunquam esse futura ea esse uera dicere audet: dinumerans dies & tempora: & quorum corpora nunquam uidit eorum nomina enarrat: & mutant eos: qui ueritatem dicunt. Quamobrem maximo est dignus odio: q improbus cum sit bonorum signa corrumpit. His dictis decretum scribit: legendum tradit prolixius quidem Iliade: uanius autem q uerba: quæ dicere consueuit: & quicq plenum spe rerum nunquam futurarum: & exercituum nunquam desiderandorum. Abactis itaq; nobis longe a furto suo: & per uanas spes suspensis: sibi decretum: ut legati in Eretriam mittantur: rogatum Eretrienses (nimium enim rogatione indiget)

digebam) ne amplius nobis contribuerent quinque talenta: sed Calliæ: ac rursus alii legati in Oreum rogaturi: ut eundem hostem & amicum cum Atheniensibus putarent: deinde ascripsit decreto: ut quinque talenta non nobis penderet: sed Calliæ. Quod autem uera dico: pompa, & triremibus, & uanitate decreti omissa: recita decretum: & furtum tange: quod scelestus, & insanus iste commisit: quem Cthesiphon etiam in hoc decreto perseuerare in dicendo ac faciendo optima populo Atheniensi perscripsit. DECRETVM. Ergo triremes, & exercitum, & plenilunium, & conuentum uerbo audistis: tributa uero decem talentorum: quæ socii conferebant, re uera perdidistis. Reliquum mihi est dicere. quomodo Demosthenes accepta mercede trium talentorum ita scripsit: talentum ex Chalcide a Callia: talentum ex Eretria a Clitarcho tyranno: talentum ex Oreo: quod, quia populariter uiuunt, & cuncta deliberatione publica geruntur: rem detexit: & latere non permisit. Fatigati enim Philipp. bello Oretiæ: cum nescirent: quo se uerterent: mittunt ad Demosthenem Gnosidemum Caligeni filium eius: qui aliquando in Oreo plurimum potuit. Postulantes: ut talentum ciuitati dimittat: ac pollicentes æream statuam sibi in Oreo posituros. Hic autem respondit: se paruo ære nullatenus indigere talentum per Calliam exacturum. Necessitate ergo adducti Oretiæ: cum inopia publice laborarent: assignauerunt sibi pro talento publicos reditus: & usuras Demosthe. soluerunt a lagitionis suæ mense quolibet dragmam unius minæ: donec talentum exsoluerent: & hæc acta sunt publico decreto: quod cape, & recita.

DECRETVM Oretitarum. Hoc decretum o uiri Athenienses dedecus est ciuitatis uestræ: redargutio autem nõ parua rerum a Demosthe. in republi. gestarum. Manifesta uero Cthesiphontis damnatio. Qui enim sic turpiter largitionibus corruptus est: uir bonus fuisse non potest: quod iste in suo decreto ausus est dicere. Sequitur iam tertium tempus: immo amarissima omnium tempestas: in qua Demosthe. res Græciæ: nostrasque subuertit sacrilegio in Delphico templo commisso: & societate Thebanorum nequaquam uobis æqua per iniuriam inita. Incipiam uero ab his: quæ in Deos perpetrauit. Est uiri Athenienses ager Cirrheus: & portus: qui nunc nefastus: & execratus uocitatur. Hanc regionem habuerunt olim Cirrhei: & Acragallidæ genus hominum audax: ac facinorosum: qui templum Delphicum spoliabant: & Amphitionibus infesti erant. Indigne ergo id passi primum (ut fertur) maiores nostri: deinde alii Amphitionides ab oraculo quæsiuerunt: qua pœna illos affici oporteret: & responsum acciplunt: bellum persequi Cirrheos & Acragallidas: omnes dies, & omnes noctes, ac uastis agris, & hominibus in seruitutem adactis dedicare Apollini Pythio, Dianæ, Latonæ, & Mineruæ prouidæ, & hanc regionem neque ipsos colere: neque alium permittere. Accepto itaque oraculo: Amphitiones decreuerunt: Solone Atheniensi sententiam dicente: uiro legum ferendarum docto: & in poetica, philosophiaque erudito: exercitum contra nefarios homines ducere secundum Apollinis oraculum. Sic itaque copiis contractis: homines in captiuitatem adegerunt: portum impleuerunt: urbem eorum diruerunt: & regionem secundum oraculum sacrauerunt: præstito super hoc iureiurando fortissimo: nec ipsos sacram terram culturos nec alteri permissuros: sed auxilium laturos Deo, & sacræ terræ: manu, & pede, & omnipotentia. Nec satis fuit eis hoc iusiurandum: sed execrationem grauissimam pro his rebus fecerunt. Scriptum est in ea: Siquis illa transgrediatur: uel ciuitas: uel priuatus: uel gens: nefarios ac pollutos esse Apollinis: Dianæ, Latonæ: & Mineruæ prouidæ. Et addicunt: nec agros eorum fructus producere: neque uxores filios parere similes parentibus, sed monstra: neque pecora secundum naturam pullos facere: esse illis calamitatem belli iudiciorum: & fori: dispergi ipsos: & domos: & genera eorum: nec unquam Apollini: nec Dianæ: neque Latonæ: neque Mineruæ prouidæ rite sacrificare posse: neque eorum sacra recipi. Quod autem uera dico: legite oraculum: audite execrationem: meminestis iurisiurandi: quod maiores nostri cũ Amphitionibus iurauerũt. ORACVLVM. IVSIVRANDVM. EXECRATIO. Huiusmodi execratione & iureiurando & oraculo etiam nunc in literis extantibus Locri Amphiseenses: immo principes eorum uiri audacissimi agrum colebant: & portum illum nefastum: & execratum iurauerant: atque inhabitauerant: & ab his: qui nauigabant: portoria exigebant: quosdam etiam ex Amphitionibus pecuniis corruperãt: quorum unus erat Demosthenes. Creatus enim a uobis Pilagoras accepit mille dragmas: ne aliquam mentionem de ipsis apud Amphitiones inferret; pacti insuper erant singulis annis sibi Athenis mittere minas uiginti ex illis profanis: execratisque pecuniis, ut hic eos defenderet. Vnde magis q̃ prius sibi euenit: quemcunque attingere siue priuatum: siue in dignitate constitutum: siue ciuitatem eorum singulos in maximas calamitates mittere. Considerabitis enim siue Dæmonium: siue fortunam: quæ ex impietate lucrorum effluxit: Theophrasto prætore: Pilagoras elegistis Midiam Annagirasium: qui in multis de causis, ut uiueret, optarem: & Thrasylca Lesbium: ac tertium cum istis me. Contingit autem prosequam in Delphos peruenissemus: Diognetum sacratorem febricitare. Hoc idem accidit Midiæ: alii uero Amphitiones cõsedebamus. Nunciabatur autem nobis ab his: qui beneuolentiam ciuitati ostendere uolebant: Amphiseos iam mente in Thebanos conuersos: decretum fecisse contra ciuitatem nostram: in quo Atheniensem populum L talentis condemnabant: quod aureos clypeos ad nouum templum posueramus: antequam templum absolueretur: addito decenti titulo. Athenienses a Medis & Thebanis quando contra Græcos pugnauerunt. Vocatus ergo a sacratore in consessu: & aliquid pro ciuitate dicere iussus: cum ad dicendum me pararem: ac promptius quodammodo consessum intrassem: uociferans quidam Amphiseus uir scelestus: ac (ut mihi uidebatur) nulla doctrina imbutus: fortasse etiam Dæmonio quodam ipsum trahente: principio inquam, o uiri Græci, si sani fuissetis, ne nomen quidem Atheniensis populi per hosce dies nominare debuistis: sed tanquam nefarios: atque pollutos templo excludere. Et simul societatem Phocensium: quam Crobilus ille scripsit, memorauit: & alia multa: & grauia contra ciuitatem nostram inuectus est: quæ ego neque tunc potui: neque hunc sine molestia meminisse. Audiens uero ita commotus sum: ut nunquam magis in tota uita fuerim irritatus: & alia quidem uerba transgrediar. Venit autem mihi in mentem sacræ terræ: quã Amphisei contra fas colebant. Atque ibi existens

ostendi

ostendi Amphitionibus Cirrheū agrū:subiacet enim templo:ac totus oculis patet. Aspicite inquā o uiri Amphitiones agrum ab Amphiseis cultum. Videtis domos inædificatas:cernitis oculis nefastum:& execratū portum muro circundatum. Scitis uos ipsi:nec aliis testibus indigetis: Amphiseos portoria exigere:& pecunias ex sacro portu accipere:deinde recitari iussi oraculū Dei iusiurandum a maioribus præstitum:& execrationē super his factam. Atq; edixi me quidem pro populo Athenensi:pro me:pro filiis:atq; domo mea auxilium ferre Deo:& sacræ terræ:manu:pede:uoce:& omnipotentia:ac urbem uestram quantū ad hoc attinet: apud Deos expiare. Vos autem inquam pro uobis consilium capite:adstant sacra altaribus priuatim & publice:Deos bona precaturi estis. Considerate ergo qua uoce:qua mente:quibus oculis:& qua fiducia:uota faciatis:si hos nefarios:& execrationibus obnoxios impune dimittatis:nō enim obscure:sed aperte scriptum est:q̄ pati oporteat tam improbos illos,& scelestos:q̄ eos:qui permiserint:tandem in execratione exprimitur: nunq̄ rite sacra facere;qui non prohibuerint:neq; Apolloni:neq; Dianæ:neq; Latonæ:neq; Mineruæ prouidæ:eorum sacra non recipi. Hæc & alia multa locutus:cum finem dicendi aliquando fecissem:clamor plurimus & strepitus secutus est Amphitionem:nec amplius de clypeis a uobis suspensis:sed de pœna Amphiseorū sermo habebatur. Iam itaq; magna diei per te transacta profectus præco edixit omnibus:qui in ætate forent:tam liberis: q̄ seruis:ut postridie cum dolabris,& securibus adessent:utq; Sacratores,& Pilagoræ conuenirent ad ferendum auxilium Deo,& sacræ terræ. Siqua uero ciuitas non adesset:eam templo arceri:ac pollutam esse: & execrationi obnoxiam. Sequenti die prima luce ad locum edictum conuenimus. Inde in Cyrrheum agrum profecti: portum illum diruimus:domos,& habitacula incendimus. His peractis cum regrederemur Locri Amphisei:qui lxx. stad. procul a Delphis incolunt:raptis armis populariter contra nos irruerunt:& nisi cursu in Delph. aufugissemus:periculum mortis subibamus. Postera die Coctylus:qui præerat,concionē habuit (Concionē quippe uocant:quando non solum Pilagoræ,& Sacratores conueniunt:sed omnis multitudo eorum:qui sacra faciunt:& Deo utuntur.) Hic multa & grauia in Amphiseos dicta:plurimaq; fuit commēdatio ciuitatis nostrę.

Tandem decretum fuit Sacratores proxima Pylea proficisci in Pylas cum Dogmate:& Amphisei pœnas darent pro his:quæ in Deum & sacram terram:& Amphitiones perpetrauerant: quod autem uera dico: scriba uobis decretum illud recitabit. DECRETVM. Hoc dogmate primum in concilio:deinde apud populum a nobis exposito:cum ciuitas optime sentiret:ac pie facere uellet Demosthenē:qui scelus Amphitio. defendere conabatur:& a me palam refutatus fuerat:postquam uidit secreta uia nihil proficere posse:curiam ingressus est:ac ibi priuatis exclusis sententiam protulit:circumueniens imperitiam illius qui scripsit. Hoc idem perscripsit decretum esse a populo in concione:licet populus iam surrexerat:& ego abieram:non enim concessissem unquam si affuissem. Summa decreti fuit: Sacratorem Athenien. & Pilagoras:qui perpetuo fuerint:proficisci debere in Pylas:& in Del. debitis temporibus secundum ordinationem maiorum nostrorum, Speciosa quidē uerba:sed turpissima opera. Vetat enim in conuentu apud Pylas adesse:qui necessario ante illud tempus haberi debeat. Et rursus in eodem decreto manifestius & acerbius scrib. Sacratorē Athenien. & Pilagoras: qui perpetuo fuerint:non fieri participes eius conuentus:neq; uerborum:neq; operum decretorum:neq; rei cuiusquam:non esse autem participes. quid tandem est? utrum uera loquar? an ad uoluptatem audientium uerba faciam? loquar equidem uera. Nam uerba ad uoluptatem audientium facta:sic ciuitatem nostram disponere. Non sinit meminisse iusiurandum:quod maiores nostri iurauerunt:neq; oraculi. Nos itaq; propter hoc decretum nihil egimus:alii uero Amphitiones in Pylis conuenerunt:præter unam ciuitatem:cuius ego neq; nomen proferrem:neq; eius calamitates quēquā græcorum attingant. Ibi decreuerunt contra Amphiseos exercitum:ducemq; elegerūt Cottyphum Pharsalium. Non erat tunc in Macedonia Philippus: neq; in Græcia:sed longe apud Scytas exercitum ductabat. Quem statim Demosthenes affirmare audebit contra Græcos a me inductum fuisse:profecti igitur primo exercitu Amphitio. ualde humaniter Amphiseos tractauerunt. Pro maximis enim delictis pecunia multauerunt:præscriptis temporibus Deo exoluendam; pollutos uero & auctores maiorum expulerunt: alios uero: qui Deum ueriti aufugerant:reduxerunt. Sed cum postea nec pecuniam soluerent:& pollutos illos reduxissent:bonosq; ab Amphitionibus pauloante restitutos expellerent: rursus contra eos exercitus ducitur:reuerso iampridem Philippo ab expeditione Scytica:Diis nobis principatum tradentibus pietatis suæ. Demosthenes autem corruptella impediente:quominus eum principatum acciperemus. At nonne prædixerunt? nonne significauerunt nobis Dii:quasi humana uoce,ut caueremus? Nullā unquā ciuitatem uidi magis a Diis immortalibus seruatam,magis a ciuibus euersam. Non satis erat signum mysteriis:habitu uates prædixit cauendum esse:& mittendum in Del. ad sciscitandum quid agi oporteret. Verum Demosthenes se opposuit:& Pythiam sectari partes Philippi cauillatus est. Vir utiq; indoctus: & plenus nimia licentia sibi a uobis concessa:nonne prohibentibus sacris exercitum misit in periculum manifestum? Atqui nuper ausus est dicere Philippum ea de causa in Atticam non uenisse:q; litare non poterat. Qua igitur pœna dignus es o Græciæ clades:si uictor non uenit in eorū,qui uicti erant,agrum:q; sacra sibi non fierent:tu in dubio Martis discrimine antequam litares,exercitum misisti. Verum coronare in calamitatibus nostris uel exterminare te oportet? Verum enim non quod temporibus nostris,non accidit,ex his: quæ nec sperare: nec expectare quisquā debuit. Non enim hominum uitam uiximus:sed ad stuporem posterum nati fuimus. Nonne Persarum rex:qui Athon perfodit:qui Hellespontum coniunxit:qui terram & aquā a Græcis postulauit:qui in epistolis ausus est scribere se dominum cunctorum hominum ab ortu Solis usq; ad occasū: nunc non de imperio:sed iam de sui corporis uita decertat? Ac eosdē uidemus & huius gloriæ:& principatus in Persas dignatos:quæ templum Delphicum liberarunt. Thebæ uero urbs nobis propinqua una die ex medio Gręciæ abreptæ sunt: Lacedæmonii miseri:qui principatum Græciæ dudum habuerant: per contagiū eius tēpli

ruentes:nunc obsides tradunt ad Alexandrum transmittendos:hoc passuri ipsi & ciuitas eorum:quem uictori libuerit. Nostra autem ciuitas commune græcorum refugium:ad quam legationes olim ex tota Græcia ueni re solebant:salutem a uobis postulantes:non amplius de principatu Græcorum:sed iam de paterno solo retinendo laborat. Et hæc uobis euenerunt postquã Demosthenes ad rẽpubli. se contulit. Recte enĩ his Hesiodus poeta ostendit. Dicit enĩ quodã loco docens populos:& conciliũ præbens ciuitatibus:ne malos gubernatores accipiant:dicam uobis carmina:ob hoc puto uos in pueritia constitutos poetas addiscere:ut uiri facti eorum sententiis fruamini. CARMINA. Si remoto carmine sententiã considerabitis:puto uiri uobis non esse hæc Hesiodi poemata:sed oraculum in Demosthene. Etenim nauales, terrestresq; copiæ funditus euersæ sunt ex huius actionibus:sed puto ne Frinondas:neq; Euribates:neq; alios quisquã ex illis antiquis pessimis uiris talis incantator & magus unquã fuit:qui o Terra, & Dii, & Dæmones, & hoies quicunq; uera audire curatis: dicere ausus est:aspiciens in ora uestra:Thebanos societatẽ nobiscũ iniisse:non temporis causa: non ob timore meis impendentem:sed propter suas rationes. At qui multi legati ante hunc ad Thebanos profecti sunt:ex his:qui maxime familiares illis uidebantur. Primus hic Thrasybulus uir Thebanis acceptissimus:deinde Thrason:q cũ Thebanis hospitiũ habet. Leodamas Acharneas non inferior Demosthene in eloquentia:sed(ut mihi uidetur)in dicendo suauior. Archidamus iste uir facundus:& magna propter Thebanos pericula perpessus: Aristophon etiã:qui longo tẽpore apud nos propter Thebanos in suspitione fuit:Pyrandus:qui adhuc & uiuit:sed tamen nullus unquã conuertere illos ad nostrã amicitiã ualuit. Causam equidem scio:sed propter eorum calamitates dicere omitto. At puto cũ Philippus metã illis ablatam Thessalis reddidisset:& bellũ quod prius ex Bœotia deleuerat:iterũ reduceret:ac tandem Elaciam occupasset:tunc iã in summo periculo constituti uos uocauerunt:& uos pedestribus:equestribusq; copiis egressi Thebas adiuuistis: antequã de societate:uel una quidẽ syllaba a Demosthene scriberetur. Ducebat autem uos Thebas tẽpus, & metus, & societatis cõmoditas:nõ aũt Demosthenes. Nam in his quidem rebus tria maxime a Demosthene contra uos gesta sunt. Primũ q Philippus nomine quidem contra uos bellũ gerente:ac multo magis Thebanis infesto:ut res ipsa ostendit. Et quid opus est uerbis: hæc Demosthenes occultauit:fingens autẽ societatẽ esse futurã:non temporis causa: sed propter legationes eius populo suasit non esse laborandũ:quibus conditionibus societas fieret:dummodo fieret. Quo quidẽ facto uniuersã Bœotiã Thebanis proditã fecit:scribens in decreto:siqua deficiat ciuitas a Thebanis: Atheniensibus auxiliũ ferre:deinde pecuniarũ:quibus erit opus ad bellum:duas partes uobis imposuit: a quibus longius aberant pericula:tertiam partem Thebanis in singulis largitione corrupit. Et principatum rei maritimæ cõmunem fecit cum Thebanis:sumptus autẽ proprios uestros:terrestris uero rei, si uera fateri uolumus, totum concessit Thebanis:ut nec postea facultatem habuit Stratocles dux noster de salute militũ ex sua sententia prouidendi. Et hæc non ego solus accuso:sed omnes & uos conscii estis:qui pro his rebus irã quãdam tunc suscepistis. Sed accidit iam uobis ita crebro malefacta Demosthenem audire:ut nullam admirationem de eo suspicatis:sed non est ita faciendũ:imo grauiter ferre:ac si reliqua salua esse uultis: pœna afficere debetis. Secundũ multo maius:q libertatem populi Atheniensis funditus sustulit: & transtulit in Thebanos per cõicationem rerum Thebanis concessam:in quo tantam sibiipsi potentiam circundedit:ut dicere postea auderet ad populũ se legatũ abiturũ:quoties sibi uideretur:etiam si uos non mitteretis. Et siquis eidem contradiceret ex ducibus uestris magistratus sibi parere:& nihil contradicere assuefaciens:cedere inquit debere arma suggesto. Plura namq; bona nos accepisse ab ipso ex suggesto:q̃ a ducibus ex re militari. Milites uero conducens & pecunias subtrahens militares:mille ex illis me reclamante Amphiseis concessit:periculum ciuitati superinducens ex copiarum diminutione:quid enim putatis Philippum per id tempus optasse:nonne superari copias uestras:ut non simul cum omnibus:sed seorsum in Amphisa contra milites conductos: seorsum alibi contra urbanas copias dimicaret:& magna plaga iã ante percussos Græcos nimis alacres in prælio reperire. Tantorũ malorũ causa Demosthenes non bene secũ actum putat:si pœnam non dederit:sed nisi aurea corona coronetur: grauate fert:neq; satis est sibi in conspectu nostro præconiũ fieri:sed nisi in conspectu Græcorũ fiat, dedignatur. Sicut, ut uidetur, peruersa natura magnæ licentiæ assumptæ publicas calamitates inducit. Tertium & supradictorũ omnium maximum est:quod dicturus sum. Cum enim Philippus non contemneret Græcos: neque ignoraret:non enim erat decipiens se in breui unius diei pericula de omnibus simul rebus cæterarum: & ob hoc pacem affectaret:& legationes mittere decreuisset:cumq; magistratus Thebani periculum belli horrerent:& merito:non enim orator rei militaris imperitus:ac desertor ordinis illos mouebat: sed Phocense bellum per decem annos agitatum indelebilem doctrinam ipsis præbebat:cum itaq; sic res essent:intelligens ista Demosthenes:ac magistratus Thebanorum per se pacem facere:& aurum a Philippo accipere suspicatus: indigne ferens, si ipse quoq; largitione careret, in concionem prosiliuit:nemine de facienda, aut non facienda pace cum Philippo mentionem faciente:sed quasi præconio indiceret partes largitionum sibi referri oportere: iurauit per Mineruam:quã(ut uidetur)Phidias non solum admirationẽ intuentium:sed etiã pro peieratione Demosthenis operatus est:siquis diceret pacem cum Philippo esse faciendam:eum criminibus captum in carcerẽ tracturum: Cleophontem imitatus:qui Peloponnesiaco bello per hunc modum ciuitatem euertit. Verum postquã ista contempserunt magistratus:ac milites nostros remiserunt:ut de pace consulerent. Hic omnino amẽs factus suggestum ascendit: & proditores græcorũ eos appellauit. At iste:qui nunquã hostes aspexit: se auctore petituros:uos inquã per legatos uestros a Thebanis:ut saltem militibus uestris transitum concederent contra Philippum profecturis:quare ueriti magistratus:ne proditores uiderentur:pacem omiserunt; ad prælium se compararunt. Quo in loco meminisse dignum est optimorum uirorum:quos iste non confectis sacris in manifestum periculum a se missos ausus est postea publico funere laudare; ac pulpitũ ascendere fuga-

cibus

cibus illis:& fugitiuis pedibus:cũ quibus aciẽ ipsaȝ deseruit:in qua illi ceciderunt:quoꝶ uirtutẽ cõmendabat. O ad magnas quidẽ & præclaras res agendas omniũ hominũ ignauissime:ad uerborũ aũt audaciã obstupende:dicere consesti audebis conspiciens istorũ uultus te in calamitatibus ciuitatis coronari oportere : qđ si iste dicat uiri Athenienses:ac uos dicentẽȝ feratis:mortui simul cum illis nos:& nostra memoria uidebimini. Adhibete mihi parũper cogitationẽ uestram:non ad iudiciũ:sed ad theatrũ. Ponite uobis ante oculos præconẽ adeuntẽ:& præconiũ illud quod ex decreto pronunciandũ : ac uobiscũ statuite:utrũ putetis domesticos eorum: qui in prælio ceciderunt plures lachrymas emissuros esse in tragœdiis, ac heroicis fabulis:quæ postea agentur:aut pro ingratitudine ciuitatis. Nã quis non doleat Græcus:aut liberaliter eruditus recordatus per id tempus:cũ ciuitas ista floreret:& melioribus gubernatoribus consueuisse ea die præconẽ in theatro adulescentes: quorum patres in prælio ciciderant assistere:ac pronunciare præconiũ illud pulcherrimũ:& uirtutis maximũ incitamentũ eos:scilicet adulescentes:quorũ patres uiri probi in acie ceciderũt:pubertatẽ adusq; educatos per populũ nunc armatos oibus armis feliciter dimitti ad proprios lares:ac ad honores publicos uocari. Tunc præco hæc pronunciabat:nunc uero assistens eũ:qui orbitatis causa est:pueris quid tandẽ pronunciabit?aut quid dicet?Etenim illa narrabit:quæ decretũ Cthesiphon. iubet:sed ueritatis turpitudo tacebitur:quæ contra uocẽ ipsaȝ præconis reclamare uidebitur:exclamans hunc uirũ(si tamen iste uir est)coronari a populo Atheniensi gratia uirtutis:qui pessimus est:gratia fortitudinis:qui ignauissimus & desertor aciei. Nõ ita p Iouẽ: & alios Deos obsecro uos Athenienses ne de uobis ipsis trupheũ in Dionisii orchestra statuatis:neue in conspectu grecorũ tantã dementiã ostendatis:neq; miseros Thebanos:quos in urbe recepistis:quorũ iste sacra:liberos:& sepulchra suis largitionibus:& regio auro subuertit:in memoriã suarũ calamitatũ reducatis. Sed licet corporibus absentes:attamẽ eorũ clades nostris mentibus intueamur:ponite uobis ante oculos urbẽ captã ab hostibus:ruinas murorũ:ædiũ incendia:duci mulieres & filios in seruitutẽ:senes uiros:& anus fœminas: sero tandẽ amissa libertate seruire dicentes:plorantes:uociferantes:inuocantes nos:& irati non aduersus eũ : qui afflixit:sed aduersus calamitatũ auctores nullo modo euersorẽ Greciæ coronetis:sed Dæmoniũ & fortunaȝ: quæ hunc hominẽ assequitur, caueatis:neq; ciuitas enim:neq; priuatus quispiã bene unquã euasit:quæ Demosthenes consilio uteretur. Vos autẽ o uiri Athenienses non pudet super eos quidẽ:qui Salamina uehunt lege cauisse:siquis eorũ inuitus nauẽ subuertit: quæ huic non licere iterũ uectori esse:ne Græcorũ corpora per imperitiã perdat:qui autẽ rẽpub. uestrã & uniuersam Græciã funditus euertit:et rursus permittere rerũpublic. tractationẽ. Vt autẽȝ dicaȝ & de quanto tẽpore : ac de rebus:quæ nunc sunt:illud memorare nolo:ꝙ Demosthenes non solũ aciẽ in castris:uerumetiaȝ ordinẽ in ciuitate deseruit. Accepta triremi:& Græcis ad tributuȝ coactis per insperataȝ salutẽ in urbẽ reductus:prima illa tẽpora trepidus & semimortuus suggestum adibat : & custodiæ pacis, ut se eligeretis, obsecrabat. Sed uos per ea tempora uiri Athenienses:ne nomen quidẽ Demosthenis in decretis:atq; sententiis scribi permittebatis. Nausicli data est opera:ut pro illo se scriberet:nunc autẽ ut coronari se iubet. Mortuo deinde Philippo & Alexandro in regno constituto:rursus iste portenta meditatus: sacra Pausaniæ sundauit:& senatũ in crimen gratulationis pro feliciter nunciatis coniecit. Cognomentũ Alexãdri desidi imposuit:ausus est affirmare illũ nunquã Macedonia exiturũ:nã bene secũ putare actũ:si in pella spacietur:& intestina custodiat. Hæc se dicere non ex coniectura aliqua:sed ex certa scientia : quia uirtus cruore acquiritur:ipse auteȝ cruorem non habet. Alexandrum metitus:non ex Alexandri natura:sed ex propria timiditate. Iã uero cũ Thessali contra nos copias pararent:& adulescens merito iratus Thebis castra admouisset: missus a nobis legatus Demosthenes ad Alexandrũ ex medio Cithærone retrocessit:neq; in pace:neq; in bello se utilẽ præstitit. Et quod omnium grauissimũ est:uos hunc non perdidistis:neq; iudicari permisistis in communi Græcorũ conuentu. Hic autem nunc uos perdidit:si uera sunt quæ ferunt. Nam(ut aiunt maritimi homines:atq; legati:qui ab Alexandro reueniunt:& res est fide digna)quidam Aristio Plataicus Aristo. Farmacobolę filius:si forte quisquã uestrum illum cognoscit. Hic aliquando adulescens præcipua forma multo tẽpore apud Demosthenẽ in domo eius habitauit:quid autẽ faciens:aut quid patiens crimen est ambiguum: & mihi dicere non satis honestum. Hic(ut audio)de cuius uita, ac moribus dubitatur:apud Alexandrũ nunc est: illiq; inhæret:& aliquid apud eũ potest. Per hunc Demosthe. literis ad Alexandrũ missis:illiq; blanditus:in gratiaȝ est receptus:quod ex eo intelligere potestis:nã si inimico esset animo in Alexandrũ(ut ipse prædicat) tria sibi pulcherrima oblata sunt tẽpora:quorũ nullo usus fuisse apparet. Vnũ & primũ:quando in regno nuper cõstitutus Alexãder nõdũ suis rebus satis cõpositis in Asiã trãsiuit. Florebatq; tunc Persarũ rex pecuniis:terrestribus:maritimisq; copiis:cupide autẽ nos in societatẽ recepisset ob pericula sibi imminentia. Tũ Demosthe. an uerbũ aliquod de huiusmodi societate fecisti?an extat aliquod decretũ de huiusmodi re a te perscriptũ. Vis ponã te metuisse:ac more tuo usum. Atqui publicũ tẽpus rhetoricã timiditatẽ non tolerat. Sed cũ Darius oĩbus copiis descendisset:Alexander uero oĩum rerũ inops in Cilicia(ut tu aiebas)circũuentus:stati ab equitatu Persarũ(ut erat sermo tuus)conculcandus esset:ac petulantiã tuã ciuitas capere non poterat : cũ epistolas digitis pendulas circumferres:ac faciem meam turbatam:& semianimem ostenderes:coronam te sumpturũ affirmares:si aliquid aduersi Alexandro contingeret:nec tunc quidẽ aliquid egisti:sed in aliud tempus cõmodius distulisti. Præteriens igitur hæc omnia de præsenti eorum conditione loquar. Lacedęmonii, & milites conducti pugnantes aduersus Corragum:eius copias deleuerũt:Elii tulerunt auxilium:& Achei omnes præter Pelleneos: & Arcadia omnis præter Megalipolim:ipsa uero obsidebatur:ac de die in diem capi sperabatur. Alexander uero extra arctum:& extra omnem fere mundum abierat. Antipater multo tempore exercitum duxerat:quid futurum esset, incertum erat. Hic tu nobis ostende Demosthenes quid unquam feceris:aut quid unquam dixeris:aut si uis concedam tibi pulpitum; donec ad ista respondeas. Sed ꝙ taceas ueniaȝ tibi habeo:quæ uero tũc

dicebas:nunc dicam.Meministis uiri Athenienses illorum detestandorum:& absurdorum uerborũ:quæ uos ferrei homines tunc audire sustinuistis:quando assurgens Demosthenes inquit: Vinitant quidam ciuitatem amputarunt:scalas populi ciciderunt:uerum neruos propellimur:in arcta tanq̃ diuidunt.Hæc impudentissime cuius sunt uerba:immo cuius monstra.& rursus cum seipsum insinuans circa pulpitum inquit: Fateor Lacones concitasse:fateor Thessalos,ac Perrenos ad defectionẽ impulisse. Tu Thessalos ad defectionẽ moueas. Tu non solum ad urbem aliquam:sed ad domum ubi sit aliquid periculi accedas. Sicubi peconiæ numerẽtur, promptissime illic assisteres:actionẽ uiri nunquam faceres.Sed si aliquid forte eueniat:te auctorem fingeres: tibiq̃ uix dũ factum ascriberes.Si metus superueniat:illinc fugeres.Si non sit metus:præmium postulabis. & aureis coronis coronari uoles:at uero popularis est.Si ad uerba respiciatis uiri Athenienses despiciemini. Equidem una uobiscum examinare uolo:quæ populari & modesto uiro adesse conueni:ac rursus qualẽ esse conueniat eum qui improbus sit:& super alios potentiam affectet. Vos autem hæc utraq̃ opponentes:considerabitis non qualis Demosthenes in uerbis sit:sed qualis in uita. Puto igitur uos omnes consentire hæc populari uiro adesse oportere.Primum:ut parentibus ingenuis ortus sit:ne propter infortonium generis legibus sit infensus:quæ popularem statum ciuitatis conseruant.Secundum:ut aliquod beneficium maiorum suorum in populum extet:uel saltem:ut nullum sibi erga populum ex conditione maiorum odium relinquatur:ne his de causis ciuitatẽ turbare q̃rat. Tertiũ:ut in quotidiana uita modicus sit:ne magnitudine sumptus ad largitiones decliner.Quartum:ut bonæ mentis sit:ac dicendi habeat facultatem:pulchrum est enim optima eligere.Eruditio autem dicentis auditores quoq̃ ad ista conuertit. Bonitas tamen mentis semper præferenda est facultati dicendi.Quintum:ut sit magni animi:ne in summis periculis:difficillimisq̃ temporibus ob timiditatẽ populum deserat.Hæc populari uiro adesse cõuenit. Qui autem super alios potentiam in ciuitate affectat contra hæc omnia:nec opus est illa repetere.Considerate igitur quæ Demostheni assint:& sit mihi per omnia iustum examen.Huic pater fuit Demosthenes Peanicus uir ingenuus quidem,non enim mentiri decet,sed a matre:atq̃ materno auo qualis iste sit uobis dicam:Gylon fuit Cerameus:hic Nympheo Ponti oppido per proditionem hostibus tradito:cum populus Atheniensis tunc oppidum illud teneret:ob hoc exulauit:non expectata poena iudicii quæ contra eum parabatur:fugiens itaq̃ ex urbe in Bosphorum abiit:ac ibi donum a tyrannis:hortos nobiles:& uxorem accepit:mulierem diuitem sane:& aurum non modicum afferentem:sed genere Scythã.Ex ea nascuntur sibi filiæ duæ:quas ille multis cum pecuniis huc missas coniugauit:alterã taceo ut ne plures offendã:alterã accepit,neglectis legibus ciuitatis,pater Demosthenis:ex qua iste genitus est. Quãobrem a materno auo quidem inimicitia,& offensio est sibi in populum.Capitis namq̃ progenitorẽ eius condemnastis:a matre Scytha est Barbarus natura:Græcus uoce:ex quo fit:ut improbitas eius longe aliena sit a moribus nostris.In quotidiana autem uita qualis ex præfecto nauali scriptor orationum repente factus:patrimonium ridicule consumpsit:orationes aduersariis in iudicio contendentibus efferens ad suggestũm prosiluit:pecunias ingentes ex publico accepit:modicæ supersunt.Nunc regium aurum,domesticam eius ruinam occultat:nec id quidem satis.Nullæ enim diuitiæ satis magnæ esse possunt corruptis moribus.Denique non ex propriis facultatibus uitam ducit:sed ex periculis nostris.De bonitate autem mentis,& dicẽdi facultate,illud affirmare possum:Natura Demosthenis hoc habet:ut bene loquatur:male uiuat.Sic enim uixit ut uitam eius recensere perpudeat.Iam enim uidi homines infensos fieri aduersus eos:qui uitia aliorum nimis aperte explanant:deinde quid euenit:leges ciuitatis optimæ sunt:facta autem pessima.De fortitudine uero breuis mihi relinquitur sermo:nam si negaret se ignauum & timidum:ac uos hoc nesciretis:commemorationem mihi locus iste praeberet.Sed cum ipse confiteatur in concionibus:ac uos sciatis:restat,ut leges commemorem de hac re scriptas:Solon ille antiquus:eadem poena afficiendum putauit eũ:qui militare nolet:& eũ,qui aciem desereret:& eum,qui timidus,& ignauus esset. Ac sunt timiditatis iudicia,accusationesq̃:quãquã mirabiliter quispiã naturam accusare posset:sed potest.Cuius gratia:ut quisq̃ uestrum poenas legum magis formidandas: magis q̃ hostes fortius pro patria depugnet.Legislator ergo eum:qui militare subterfugiat:& timidum:& desertorem foro excludit:neq̃ coronari permittit:neq̃ templa publica intrare.Tu aũt qui legibus coronari uetaris:eum coronari iubes:ac illum in templum Dionysii accersis:qui templa urbis propter timiditatem hostibus prodidit.Ne autem longius uos protraham:quando iste se popularem dicet:memineritis uitam eius non uerba:nec quẽ ipse affirmet:sed quis ipse sit considerate:quoniã uero in coronarũ,ac donorũ mentionem incidi,donec memini,pauca adiiciam.Si hæc dona uiri Athenienses tam multa:ac tã leuibus de causis tradita non compescitis:prædico uobis:neq̃ illi:qui donantur:gratiam uobis habebunt:neq̃ respub.aliquam utilitatem percipiat.nam improbos quidẽ nunquã meliores facietis:probos autẽ in summam desperationẽ adducetis.q̃d autẽ uera dico:magna uobis signa ostendã.Si enim quis roget utrũ gloria huius urbis nostra ætate maiorum magis floruerit:omnes fatebimini:ætate maiorũ plus gloriæ habuisse. Viri autẽ meliores:utrum an tempore nostro tunc egregia uirtute:nunc ualde inferiores:dona uero:coronæ:præconia:& stipendia publica utrum tunc plura:an nũc:tũc rara:uirtutis nomen in pretio erat:nunc iam uilescit:& coronæ ex cõsuetudine:nõ ex merito tradũtur.Sic ergo discurrentibus perabsurde fit:ut dona nũc plures:tũc resp.melior:uiri nũc priores:tunc meliores reperiantur.Ego autem quãobrem id eueniat,docere conabor.Putatis uiri Athenẽses:uel ad olympicum:uel ad aliud certamen:ubi coronæ donent:se exercere uelle aliquos:si coronæ ipsæ nõ præstantissimo:sed illi:qui pcuraret & quæreret,traderentur?Nunc aũt puto propter uictoriæ gloriam:cupiunt homines magnos labores tolerare:& se in periculo ponere.Putatis igit̃ uos præmia ponere ciuilis uictoriæ:atq̃ illã cogitate:si dona paucis & merẽtibus cõcedetis:multos habebitis:q̃ de uirtute certabũt.Si uero optãti:atq̃ pcurãti per gratiam cõcedetis:etiã bonos corrũpetis.Quod autẽ recte dico:paulo manifestius docere pergã

utrum uobis præstantior uir uf fuisse Themistocles ille: quo duce nauali prælio Persas uicistis: an Demosthenes? Præterea utrũ illi uiri: qui populũ reduxerunt: utrũ Aristides ille iustus contrariam Demostheni cognominationẽ habens: an Demosthenes? Ac ego nec eisdẽ quidẽ diebus memorandã censeo hãc bestiã: in quibus illi memoranſ. Oñdat igitur Demosthenes, si põt extare in literis, aliquẽ istoꝝ hoium fuisse coronatum. An ingratus ergo populus? non: sed magni aĩ: non. n. oportere existimabat in lr̃is honorẽ p̃stare: sed in memoria eoꝝ: q bñficium acceperant: q̃ usq3 ad hanc diẽ ĩmortalis permanet. Dona uero tunc accepta operepretium intueri. Quidã multo tpe grandia pericula apud Strymonẽ fluuiũ perpessi: tandẽ pugnantes Medos uicerunt: hi reuersi in urbẽ donũ postularunt: populus magnos honores (ut tũc uisum est) illis tribuit: tres imagines lapideas in porticu imaginario poni cũ hac acceptione: ne ipsoꝝ noia illic scriberenſ: ut populi uiderenſ esse: nõ illoꝝ uiroꝝ. Hoc aũt ex uersibus ibi scriptis apparere põt: quos recita. VERSVS. Est illic nomẽ illoꝝ alicubi expressum? nequaq̃: sed populi. Quid in porticu Varia: nã uiuz pulcherrimaꝝ reꝝ memoriã in foro habetis. Quid ergo est? in hoc picta cerniſ Marathonica pugna. Quis ergo dux in ea pugna fuit? oẽs rñdebitis: Milciades. Sed nomẽ eius scriptũ ibi non est. Quare non petiit hoc: sed populus nõ concessit. Sed p noie dedit ut ante oẽs pingereſ ipse: milites ad pugnam cohortans: quid in Matroo: qui est apud curiã in honorẽ eorum: qui populũ reduxerunt? Decreuit populus ad sacrificiũ mille dragmas: hoc est minus: q̃ decẽ dragmæ in singula capita. Deinde eos donauit frondea corona: non aurea. Tunc. n. frondea corona in honore fuit: nunc aũt ẽt aurũ fastidio habeſ. Datur senatui examen discernendi eos: qui obsessi fuerunt a Lacedæmoniis nõ eos qui aciem deseruerunt in Cheronia. Quod aũt uera dico: decretũ legeſ. DECRETVM. Lege nunc decretũ Cthesiphontis in honorẽ Demosthenis maximaꝝ calamitatũ auctoris. DECRETVM. Hoc decreto obscuratur honor eoꝝ: qui populũ reduxerunt. Aut si illi digne honorati fuerunt: hic indigne coronaſ. Atq audio ipsum esse dictuꝝ me iniuste facere: q maiores illos cũ eo cõparẽ. Neq3. n. Philamona pugilẽ ideo coronari in olympia: q Glaucũ antiquũ illũ pugilẽ: sed q sui tpis pugiles superarit. Quasi uero nõ ignoretis pugilib⁹ inter se esse certamen: qui aũt coronas quærũt ad ipsam uirtutẽ certãt: cuius gr̃a coronanſ. Oportet. n. p̃conẽ: q in theatro p̃nũciat nõ esse mẽdacẽ. Nõ ergo q a melius putatione in rep. uersatus nobis enarra: sed q magna fuerit uirtus tua nobis oñde: & sic p̃miũ postula. Sed ne lõgius uos p̃trahã: legeſ uobis epigrãma eoꝝ: q populũ reduxerũt. EPIGRAMMA. Quia eos: q cõtra leges dñabanſ, deposuerũt: honorari dicir. In ore oium erat tũc populũ fuisse cõculcatũ: cũ aliq accusatores eoꝝ: q cõtra leges qd decreuerãt, sustulerũt. Eteni ut ego a patre meo: q. XCV. annis uixit: ac uium laboꝝ publicoꝝ p̃ticeps fuit, audiui. Solebat. n. cũ sibi erat otiũ mihi narrare per id tp̃s: quo populus restitutus est: siqs qd cõtra leges decreuisset, accusabaſ: fuisse uerbum & factũ. Quid. n. magis impiũ: q̃ cõtra leges agere: aut decernere? Nec eodẽ mõ iudices (ut nũc) sed erant ualde infestiores aduersus reos: q̃ ipse accusator. Sæpe ẽt scribã reuocabant: ac leges & decretũ recitari iubebant. Dãnabant aũt reos: nõ si oẽs simul leges: sed si unã dũtaxat syllabã transgressi fuissent. Quod aũt nũc fit: plusq̃ ridiculũ est. Scriba legit delationẽ: iudices tanq̃ cantilenã aliq̃ audientes: alias cogitationes mẽte reuoluunt. Iã uero Demosthenis artibus improbã cõsuetudinẽ in iudiciis recepistis. Quippe puerilis iuribus accusatori minæ obiiciunſ. Reus accusat: iudices iterdũ nesciunt quaꝝ reꝝ iudices sunt: sed de his: q̃ ad iudiciũ eoꝝ nõ p̃tinẽt iudicare cogunſ: dicit reus nõ s̃m leges a se scriptũ: sed siqs talia añ scribens absolutus est: in quo nũc ualde cõfidere: ac uos cõtẽnere audio Cthesiphõtẽ. Eteni Aristophõ ille manicus aliqñ gloriari apud uos ausus est: q nonagiesquinquies accusatus semp euaserit. At nõ Cephalus ille antiquus: qui maxime popularis habitus ẽ: sed cõtra gloriabaſ: q cũ plura decreta, q̃ ullus alter sui tpis orator, scripsisset: nunq̃ fuerit accusatus: q contra leges decreuerit. Et merito quidẽ gloriabaſ. Accusabant. n. se de hoc crimine: non illi q in rep. uersabantur: sed amici amicos: quod ex hoc intelligere potestis. Archinus ille: q unus fuit ex populi reductoribus diẽ Thrasibulo dixit: qui socius sibi fuerat in populo reducẽdo: ac damnari illum fecit paulupost præmia eis decreta. Nec ea res iudices tardauit. Putabant. n. quẽadmodũ reducti fuerant ante a Thrasibulo: sic tunc expelli per decretum illud contra leges scriptũ. Nunc aũt cõtra fit: milites boni: & qui aliquid memorabile p̃ro rep. gesserunt: deprecationẽ in iudicio ponunt: quos merito ingratos putare debetis. Nam siquis in populari statu honoratus: quẽ statum Dei: ac leges seruant: postea contra legem scribenti fauere audet: statum ipsuz ciuitatis oppugnat: per quẽ honores suscepit. Quæ igiſ defendendi rõ esse põt uiro iusto: ac modesto aduocato: ego dicam. In partes tres diuidiſ dies: cum de hoc crimine in iudicio agiſ. Prima infunditur aqua accusatori: & legibus: ac libertati ciuitatis. Secunda reo: aduocatisq3 eius: deinde si primis sententiis non absoluiſ reus: tunc iam tertia daſ ad pœnã delicti constituendã: & ad magnitudinẽ iræ uestrę. Quisquis ergo in pœnam deprecatur: iram uestram deprecatur. Qui aũt primo loco sniam petit: iusiurandũ petit: quoꝝ nihil petere fas est: neq3 petenti concedere. Iubete igitur eos sinere primã sniam ferri: deinde pœnã deprecenſ. Equidem uiri Athenienses affirmare ausim conuenire: ut lege caucereſ: ne in huiusmodi crimine liceat actori: neq3 reo aduocatos habere. Non. n. hoc iudicium in disceptatione iuris consistit: sed clare patent leges. Quemadmodum architectura cum discernere uolumus rectum sit aliquid necne: regulam adducimus: per quã dignoscitur: sic i his causis regula est iusti uel iniusti: tabella hæc: & hoc decretum: ac leges iuxta scriptæ: hæc non inter se discrepare ostendas: & descende. Quid opus est Demosthenem aduocare. Nã cũ iustam excusationẽ p̃teriens astutũ hoiem: & uerboꝝ artificẽ aduocas: decipere nos q̃ris: ciuitatem lædis: libertatem offendis. Sed quõ uos aduersus hanc iniustam defensionem resistetis iudices: iam uobis dicam. Cum in hoc loco cõstitutus Cthesiphon prooemium sibi a Demosthene dictatum narrauerit: ac deinde persistet in cã: neq3 se excusabit: iubete ipsum sine aliquo tumultu capere tabulã, ac leges iuxta ipsum decretũ legere. Quod si fingat non audire: neq3 uos ip̃m audiatis. Nõ. n. ideo consedistis iudices: ut iniustas excusationes audiretis: sed ut audiretis eos: q iuste se excusare uellent. Sin autẽ omissis

cæteris Demosthenē aduocabit:potissimū esset:ne malum hosem uerbo℞ cauillationibus leges oppugnantē audietis:neq; ad uirtutē quisq̄ hoc illi ascribat. Quod si uobis audire placeat Demosthenē: iubete ipsum eundē ordinē excusando seruare:quē ego in accusando. Non.n.uitā Demosthenis prius discussi:neq; publica eius crimina(q̄q̄ uberem ad dicendū haberē materiā)enudaui:sed primo leges ōndi uetantes eū coronari: quibus reddendis rōnibus publice administrato℞ obnoxius esset:deinde Cthesiphontē decreuisse coronā Demostheni;de hoc ipso obnoxio redargui:nec ascripsisse cū rōnem reddiderit:sed uos:ac leges oīno paruipēdisse: futuras ēt cauillationes aduersus ista dicendas refutaui:qua℞,ut memineritis,oro. Secundū uobis narraui leges de p̄coniis faciendis:quibus aperte cauet:ne is:qui a populo coronat:extra concionē p̄nunciet. Cthesiphon aūt non lege solū transgressus:sed tp̄s & locū p̄conii faciendi:non in concione:sed in theatro:neq; dum concio haberet:sed dum Tragœdiæ agerent:p̄nunciari coronatū decreuit. Post hæc pauca de priuatis criminibus:multa de publicis locutus sum. Eodē igit ordine rn̄dere Demosthenē iubeatis. Ad legē: quæ de obnoxiis est primum:de p̄coniis s̄m:tertiū & maximū:quo dono sit dignus. Quod si a uobis petat:ut alio dicendi ordine uti sibi permittatis:ac in fine orationis suæ rn̄surum se legibus p̄mittat:nō concedatis:neq; ignoretis hanc esse artem quandā ad iudiciū euertendū. Non.n.quia tunc rn̄dere uelit:sed quia non habet:q̄d rn̄deat:alia℞ re℞ iniectione uos in obliuionē legum:& criminis conat abducere. Vt ergo in gymnicis certaminibus uidetis pugiles de loco inter se certare:sic uos uniuersam diē pro repu.ac pro ordine orōnis cū Demosthene certetis: neq; permittatis extra accusationē uagari:sed assiduitate:ac diligentia audiendi fugas eius custodiatis:& in accusationē reducatis. Sed q̄ uobis euenient:si per hunc modū illū audietis:hæc uobis p̄dicere debeo. Adducet.n.illū ueneficū Marsupio℞ incisorē:qui remp.indicit. Hic plorat facilius q̄ alii rident:periurat promptissime omniū hoīum:neq; admirarer:si in istos:qui circunstant:conuersus eis malediceret:ac potētes ad accusationes populares ad subsellia rei uenisse affirmaret. At hæc factiosa eius uerba:si ista dicet:ita rn̄deatis. Si tibi similes fuissent o Demosthenes illi:qui populum restituerunt:nunq̄ popularis status in hac urbe uiguisset. Sed illi difficillimis tp̄ibus ciuitatem seruauerunt p̄lato illo pulcherrimo uerbo: nequis p̄terito℞ facino℞ reminisceretur. Tu aūt orōnes meditaris:& uerba quotidiana plus tibi sunt curæ:q̄ ciuitatis salus. Q ñ aūt periurans p̄ fide iusiurandi Iouē appellabit:illud ei subiiciatis:qui sæpe mentiat:ac semp in iureiurando adhiberi sibi fidē postulet:duo℞ alte℞:quo℞ neutrū huic est:aut Deos esse uanos:aut auditores non eosdē. De lachrymis aūt ac labore uocis:cū a uobis q̄ret:dicens:quo me conferā uiri Athenienses:circūscripsistis me in rep.non est ad quē amplius confugiā:subiicite. At uero populus Atheniensis:quo iam se confert Demosthenes:aut ad quē cōfugiet? Quid tu pro populo unq̄ fecisti?namq; p̄ te ipso feceris oēs uidemus? Deseruisti urbē:nec in pyræo habitas:sed ex urbe euadis:pecunias tibi cōparasti ex regio auro:& ex publicis corruptelis. Tandē quid istæ lachrymæ? quid hęc uociferatio? quid raucedo ista uocis sibi postulat? Reus est in hoc iudicio Cthesiphon. Tu neq; de uita:neq; de patrimonio certas:oē tuū certamen est de aureis coronis:ac de p̄conio in theatro faciendo: q̄ deberes:si hic populus male sanus,ac sui oblitus:tam alieno tp̄e coronare te uellet:hunc honorem pro te ipso deprecari dicens. Non.n.decet uiri Athenienses: p̄ quibus rebus ciuitas luxit:ac sordidata fuit: pro illis me coronari. At puto ista diceret uir:qui reuera cū uirtute uixisset. Quæ uero tu dices:diceret monstrū aliquod:qui uirtuti obtrectaretur. Nullus uerum formidet iudices:ne Demosthenes uir fortis:ac celsi animi: si corona nō potiatur:sibiipsi domum reuerso mortē consciscat:qui usq; adeo gloriam paruifecit:ut detestabile illud ac obnoxium caput:quod iste contra leges coronandum censuit millies totonderit:atq; horum mercedem acceperit uulnus,ac alapas ita:ut nunc etiam plagarum extent uestigia. Hic autem homo non caput: sed redditum possidet. De Cthesiphonte autem qui decretum scripsit:pauca dicam:multa transgrediar:ut uidear:si uos egregie malos homines(etiam si nullus dicat)cognoscere ualeatis. Quod uero est commune amborum:circūeunt illi forum:ueras de seipsis opiniones habentes:nec uerba mentiuntur. Cthesiphon non pro se timere dicit:sperare quippe se ideo tam quendam uideri;sed Demosthenis corruptelas in repu.ac ignauiam,& secordiam eius terrorem sibi afferre:Demosthenes uero in se aspiciens bene sperare dicit. Cthesiphontis improbitates:lenociniaq; formidare. Eos ergo:qui sic adinuicem se condemnant:uos communes iudices nunquam absoluatis:de maledictis autem:quæ aduersus me iactabant;pauca uolo prædicere. Audio enim Demosthenem dicturum multa ab eo commoda tempu.suscepisse:multa uera incommoda a me:& Philippum:& Alexandrum: & eorum causas in me esse relaturum. Sic enim,ut uidetur in dicendo,astutus est uerborum artifex: ut non satis illi sit:siquid ego apud uos in repub.gessi:aut si siquid dixi,accusare:uerumetiam quietem meam carpit: ac silentium meum accusat: nequis sibi locus uacuus calumnia relinquatur. Improbat etiam meas exercitationes in gymnasiis cum iunioribus:& in hanc causam statim dicet me non gratia reipubli.accusasse: sed ut per eius inimicitiam me Alexandro ostenderem. Atq; a me quæsiturus est(ut audio)quamobrem summam rerum a se gestarum in republi.nunc reprehendo. Singula autem dum agebantur:non improbauerim:neque accusauerim:sed illa transgressus:& parum frequenter in republi.uersatus:distulerim accusationem. Ego autem neque Demosthenis exercitationes æmulor:neque mearum me piget:neque uerba:quæ interdum apud uos feci:infecta esse uelim:neque si ita ut Demosthenes uerba fecissem:mihi uiuendum existimarem. Taciturnitatem autem meam Demosthenes mediocritas mea peperit. Parua mihi satis sunt:ac maiora turpiter quærere non opto. Itaque & sileo & loquor:arbitrio meo non coactus aliqua morum necessitate. Tu accepta pecunia silentium agis:consumpta uero exclamas. Verba autem facis non quādo bene tibi uidetur:neque arbitrio tuo:sed arbitrio illorum:qui mercedem tibi dant. Non erubescis mentiri:neque redargutionem formidas. Accusationem uero istā:quā non reip.gratia:sed ut Alexandro me oñdā introduxisse dicis:ego uiuente adhuc Philippo eā suscepi:anteq̄ Alexander in regno constitutus esset:nondum Pausaniæ somnio a te uiso:neq; te ad Mineruam &

uam &

uam & Iouem per noctem locuto. Quo igit ego causam hanc introduxissem: ut Alexandro me osnderem: ni
si forte eadē somnia ego & Demosthenes uidissemus. Quod aūt non continue: sed interdū ad rēp. accesserim:
cā est nō obscura. In ciuitate.n. quā potentes aliqui occupant: nō is: qui uult: sed is: q potēs est, accusat. In libera
aūt ciuitate is: qui uult: & qn sibi uī. Quinetiā intermissio ad populū dicendi signū esse uiri: qui tps & utilitatē
reip. cōsideret, & obseruet. Nullā aūt diē intermittere: signū est hois cuncta p mercede loquentis, atq; agentis.
Quod aūt dictitas te nunq̄ accusatū a me fuisse: aut auditores obliuios putas: aut teipsum decipis. Nā sacrile-
gia quidē p Amphiseis: ac Euboiæ corruptelas: quia tpa lōge trāsierunt: per q̄ a me redargutus fuisti: fortasse
speras populū nō meminisse: sed tuas circa rē naualē rapinas: qđ unq̄ tps obscurare ualebit: cū tu lege lata de
trecentis nauibus sperasti Atheniensem populū uniuersæ classi te pfectum. At ego osdi te sexagintaquinq;
nauiū uelociū pfectos sustulisse: ac plus minuisse rē naualē: q̄ cū Athenienses apud Naxū nauali plio Lacedæ-
monios: & urbē uicerunt. Sic aūt tibi p alienas calūnias puidisti: ut nō audaciæ tuæ: sed illis: qui cōtra obuia-
rent periculū iminerct. Multū quidē Alexādrū: multū uero Philippū in calūniis ferēs: quosdā ciuitatis tpa im-
pedire accusans: semp pñtis corrūpens: ac futura pmittens: tandē cū diem tibi dicturus essem: dephentionem
Anaxini: q merces olympiadi emebat, reperisti: ac cū dephensum: & tuis manibus ad tormenta positū morte
ipsum tua snia cōdēnasti: apud quē nup in horreo māseras: ac ex eadē mēsa cibū: potūq; assumpseras: dexterā-
q; illi inieceras: hospitē & amicū effeceras: eum postea occidisti: de qbus rebus i cōspectu populi a me cōuictus:
ac hospiticida uocatus: nō factū negasti: sed rñdisti te ciuitatis sales pluris fecisse: q̄ hospitis mēsaz: sup quo rñ
so: ciues: pegriniq; qui in cōcione aderant, reclamarūt. Taceo falsas epistolas: captos speculatores: tormenta
falsis de causis inflicta: cū me: & quosdā alios nouas res in urbe moliri falso criminabaris: deinde a me qsitur⁹
est: ut audio: qualis foret medicus: qui ægrotanti nihil cōsulat: mortuo aūt eo: narret ad pximos: q̄ si fecisset:
sanitatē recuperasset. A te aūt nō qris: qualis esset populi ductor: q populo qdem adularet: tpa aūt: in qbus ser-
uari resp. ualebat: quāobrem tūc ipm errata nō phibuerunt: neq; accusauerunt. Rñdebit uero tādē: quia post
cōmissam pugnā occupati in legationibus p reip. salute otiū nō habuimus ad te puniendū. Sed cū nō sufficiat
tibi pœnā non dedisse: uerū insuper dona postules: ac in derisionē græcoꝝ ciuitatē ponis: in hoc surrexi: ac no-
men detuli. Audio insup Demosthenē (qđ p Deos grauate dicam) uocem meā Sirenibus cōparare uelle. Etenī
ut ab illis nō mulcent hoies: sed pdunt: ex quo fit ut eaꝝ musica nō adamet. Sic dicendi facultatē meam fuisse
ad calamitatē audientiū dicet. Atqui ego nemini cōuenire puto: ut de me huiusmodi similitudine abutat: qđ
sicui cōueniret hic sermo certe non Demostheni. Hoc.n. dicēdū esset a uiro forti: ac rei militaris perito: q mul-
ta p rep. gessisset: q̄ ipse dicere: ac uerbis osndere nesciret: & ob hoc aduersarioꝝ naturam miraret: q sibi cōsci-
us esset impotentiæ in dicendo suæ: accusatorem aūt uideret ea facundia pditū: ut non solū res a se gestas ante
oculos audientium poneret: uerum etiam ea: quæ nunq̄ gessisset. At cum uir totus ex uerbis cōpactus: atq; his
uehementibus: & supflue laboratis simplicitatē simulet: quis ferre possit? cuius gulā: siquis auferat: instar fistu-
laꝝ nihil reliquū erit. Miror equidē o uiri Athenienses & audire cupio: quonā respectu reū absolueritis? utrū
quia decretū legitime scriptū est? At nullū nunq̄ magis contra leges fuit. At qđ auctor eius decreti pœnā non
meret. At nō sunt apud uos moꝝ cēsuræ: si hunc impune dimittatis. Illud uero nō molestū: q prius implebat
orchestra aureis coronis: qbus populus coronabat: q externis coronis hæc dices assignata est. Ex Demosthe-
nis uero actionibus uos coronis & pconiis caretis: hic aūt habebit. Et siqs poeta faceret Therſitē a Græcis co-
ronari: nullus uestrum id ferret: q ignauus & calūniator fuisse dr. Ipsi aūt cū hunc uiꝝ coronabitis: nō putatis
opinione: ac snia Græcoꝝ exsibilari. Maiores nri pclara: ac splendida facta populo tribuebant: indigna uero:
atq; abiecta in oratores malos referebant. Cthesiphon aūt censet infamiā a Demosthene ablatam: populo tri-
buendā. Prædicatis uos fortunatos esse: ut certe estis: deinde uobis fortunā defuisse: Demosthenē uero bñ con-
suluisse decernetis. Et qđ est oium absurdissimū: de largitione condēnatos infames esse statuistis: quē uero p
mercede in rep. cuncta gessisse nouistis: coronabitis. Iudices: qui nō recte choreas Dionysii iudicant: multatis.
Vos aūt iudices non circuloꝝ: & choreaꝝ theatraliū: sed legū: & ciuilis uirtutis constituti: dona nō sm leges:
neq; paucis & dignis: sed pcuranti cōceditis. Deinde exit ex iudicio iudex: cū se quidē ipsum imbecillē: orato-
rē uero potentem sua snia effecerit. Cuius.n. priuatus in libera ciuitate: lege: & calculo regnat: quos si alteri cō-
cedat: suā ipse potentiā dissoluit. Insuper iudicii periuriū ipsum sequit: ac stimulat: gratia uero incerta est: nam
calculus secreto reddet. Videmini aūt mihi o uiri Athenienses & feliciter euasisse: & in periculū uenisse parum
consulte. Nā q multi paucis nimiam potentiam cōcessistis, non laudo. Quod aūt non fuit ætate uestra malo-
rum atq; audacium uirorum ferocitas: hæc ego felicitati uræ ascribo. Superioribus.n. tpibus talia respu. inge-
nia ptulit: quæ perfacile potentiam populi per hunc modū sustulerunt. Gaudebat.n. populus adulationibus.
Itaq; postea euenit: ut non illi: quos populus formidabat: sed illi ipsi: quibus sese crediderat: eum euerterent.
Tales quippe aliqui ex triginta tyrannis fuerunt: qui plures q̄ mille & quingentos ciues indemnatos necaue-
runt. Neq; permittebant necessarios defunctoꝝ funeribus adesse. Num igit sub uobis eos: qui in rep. uersant,
continebitis: non superbos humiliabitis: atq; deiicietis. Nō meminceritis nullum unquam prius euertere liber-
tatem aggressum fuisse: q̄ in ciuitate plus posset: q̄ leges: ac iudicia. Libenter equidem uiri Athenienses in con-
spectu nostro cum reo discuterem: ob quæ beneficia Demosthenem putat coronam mereri. Si eni dices unde
principium decreti tui fecisti: q muros & agros bene muniuit: ualde equidem admiror. Nam causam fuisse ut
istis indigeremus: plus reprehensionis haberet: q̄ illa laudis. Non enim decet ciuem dona petere: q illuz aut fos-
sām: aut murum effecerit: sed q alicuius boni cā fuerit reip. Si uero ibis ad secundam tui decreti partez: in qua
scribere ausus es: q uir bonus & optima populo Atheniensi dicere opera: ac facere perseuerat: sublata iactatio-
ne: & adulatione uerborum: opera ipsa tange. Ostende nobis quid dicas. Amphiscos & Euboiæ corruptel-

las omitto. Thebanæ societatis cām Demostheni attribuis: in quo ignaros qdē decipis: sciētes uero & sentien
tes angis. Taces. n. occasionē & tps p q̄ illa societas inita est: ac ciuitatis dignitatē Demostheni ascribis. Qualis
uero sit hæc tua iactatio: ego uno exēplo docere conabor. Persarū rex n̄ō multo āpe ante transitū Alexādri in
Asiā: populo Atheniēsi epistolā misit: barbarā nimiū ac supbā: in qua & alia multa indocte, ruditerq; disseruit:
& in fine ita scripsit. Ego uobis aurū nō dabo: nō me petatis: nō n. habebitis. Hic tū idē magnus iuunc piculis
circūuentus nō petentibus uobis: sed spōte sua tricēta talēta populo misit: quę uos merito accipere noluistis.
Ferebat aūt uobis aurū illud tps: & metus: & idigētia societatis. Hæc ipsa Thebanā societatē iduxerūt. Tu De
mosthenes nomē Thebanorū: & infelicissimā illā societatē auribus n̄ris sp inculcas. Talenta uero septuaginta
subtices: q̄ ex regio auro pcepta nō reddidisti. Nōne defectu pecuniarū: q̄ q̄nq; talēta illis tradita nō sunt: mili
tes cōducti arcē Thebanis nō tradiderūt? Nō p nouē talēta res Arcadiæ infecta remāsit populis iā egressis, ac
ducibus iā auxiliū ferre paratis. At locuples factus es: & cupiditatibus tuis idulges. Et, ut summatī dicā, aurū re
giū apud te remāsit: picula uero apud nos. Dignū est ēt uiri Athenienses istorū ignorātiā cōspicere. Si n. aude
bit Cthesiphō Demosthenē in defensionē adducere: at ipse assurgēs seipm laudabit: grauius erit hoc audire: q̄
opa ipsa, q̄ fecit, sustinuisse. Cū. n. uiros strenuos: quos multa & pclara gessisse cōstat: seipsos laudātes non fera
mus: qs tādē hoiem: q dedecus ciuitatis fuerit: si seipm laudet: audire sustinebit? Tu itaq;, si sapis, ab ipudētissi
ma re abstinebis: ac p teipm o Cthesiphō r̄ndebis. Nō. n. dicere utiq; potes: te facultatē dicēdi nō hr̄e. Esset qp
pe absurdū: si nup ad Cleopatrā Philippi filiā ad cōdoiēdū p iteritu Alexādri Molosorū regis legatus ire susce
pisti: nūc aūt dicēdi facultatē hr̄e te negabis: an alienā mulierē uiduā cōsolari potes: te aūt ipm in iudicio de
fendere nō potes? Vel talis est: quē coronādū cēsuisti: ut nullo dicēte ab his: qbus ille bn̄fecit: non cognoscat.
Quære a iudicibus si cognouerūt Chabriā, & Iphicratē, & Timotheū: & cognosce ab eis: quare dona illis nō
dederūt: statuas posuerūt. Oēs tibi r̄ndebūt: Chabriæ pp naualē pugnā circa Naxū: Iphicrati, q̄ forte Lacedæ
moniorū pemit: Timotheo, q̄ circa Corcirā nauigauit: & ob alia multa: q̄ ipsorū qsq; in bello gesserat. Demo
stheni aūt siqs petat: quare nō dabitis? qa largitiōibus corruptus: qa timidus & ignauus: qa aciē deseruit. Vtrū
hūc honorabitis: in uos ipsos inhonorabitis? ac eos simul: q p uobis in acie ceciderūt: quos potetis ituēri mœ
stos: ac moleste ferētes: si iste coronabit? Eteni graue eēt o uiri Atheniēses: si ligna: & lapides: & ferrū res mu
tas: & sensu carētes: si casu quē occiderint, exterminamus: ac siqs necauerit seipm: manū, q̄ hoc pegit, abscindi
mus: & sepatim a corpe sepelimus. Demosthenē uero: q exiciabilis exitus auctor fuit: & postea milites pdidit,
honorabitis? Nō cōtumelia afficient defuncti: uiuētes aūt spem oēm amittent: cernētes pmiū uirtutis mortē
esse: memoria uero eos deficere. Quod si q̄rant a uobis iuniores: ad qd exēplū eorū uitā dirigere oporteat: qd
illis r̄ndebitis? Scitis. n. q neq; palestræ: neq; scholæ: neq; musica solū instruūt iuuenes: sed multo magis publi
ca pconia. Pronūciat in theatro qs coronari uirtutis gr̄a: hō corruptæ uitæ, & sordidæ. Iuuenis hæc aspiciens
corrupit. Pœnā dedit improbus leno: ut Cthesiphō est: alii emendant. Cōtra honestatē: & iustitiā qs decreuit:
deinde domū reuersus filiū monet. Ille merito nō audit. Sed hæc monitio iuste molestia appellari pōt. Vt ergo
nō solū iudices: sed cōtēplatores harū rerū: sic sniam feratis: ut sniæ ur̄æ rōnē ciuibus ur̄is: cū illā repetēt: redde
re possitis. Scitis. n. o uiri Atheniēses: talē uideri ciuitatē: qualis est, q pnunciat. Est aūt turpissimū uos nō ma
ioribus ur̄is: sed Demosthenis timiditati: ignauiaq; similes uelle uideri. Quo igr hanc infamiā qs aufugiat: si
hoies suspectis moribus & humanis uerbis caueatis. Nā bonitas & populare nomē in medio iacent: ad ea con
fugiūt qdā uerbis: q factis lōge absunt. Cū ergo reperiatis oratorē externarū coronarū: & pconiorū cupidū: p
bationes uerborū ex uita & moribus eius exigatis. Cui hæc nō attestant: non pbant eius laudes. Et libertatis
curā habetis: q̄ iam abiit a uobis. An nō graue uobis esse ur̄: q iudicia & populus cōtēnit. Epistolæ atq; lega
tiones in priuatas domos ueniūt: nō ab hoc uel illo hoie: sed a principibus Asiæ: atq; Europæ. Et quarū rerum
mors est pœna ex legibus cōstituta: has qdā nō negant facere: sed in cōspectu populi fatent: ac epistolas iter se
legūt. Alii, ut eos intueamini, uelut custodes libertatis ur̄æ iubent. Alii dona postulant: ut pr̄iæ seruatores. Po
pulus aūt abiectus: & quasi cōfectus senio: ac delirus: nomē dūtaxat libertatis retinet: facta uero aliis cōcessit.
Postea habitis ex cōcionibus: nō cōsiliis a uobis traditis: sed tanq̄ reliquis reip. diuisis: id esse uerū inde cogno
scere potestis. Fuit qdā (doleo eqdē tā sępe calamitates uestras cōmemorās) uir plebeius. qui nauigare in Samū
cū uellet: tanq̄ pditor patriæ cōprehensus a cōcilio Ariopagi morte dānatus est. Alter quidā plebeius ex Rho
do reuersus: quia nō cōstanter metū ferebat: in iudiciū uocatus: pares snias excepit: quarū si una defuisset: aut
mortē: aut exiliū erat sibi subeundū. Apponamus qd̄ nunc fit. Orator oīum malorū cā: aciem in castris dese
ruit: aufugit ex urbe: hic postulat se corona donari: ac pronunciari in theatro: nō reiicietis hoiem: tanq̄ cōem
græcorū calamitatē: uel deprehensum pyratam sub noie reip. nauigantem pœnis afficietis. Non tps conside
rabitis: in quo sniam fertis: ppe diem futurā sunt Apollinis sacra: & Græcorū conuentus. Est aūt calūnia con
tra ciuitatē n̄ram per hæc tpa ex Demosthenis actionibus inducta. Si hūc coronabitis: cōsentire uidebimini
pacis trāsgressoribus. Si cōtra facietis: populū excusabitis. Nō ergo: ut p aliena: sed p re ur̄a cōsulite: nec hono
res diuidatis: sed iudicetis: & in pstantiores uiros cōferatis. Nec solū corpibus: sed oculis uosipsos inspiciatis.
Cōsiderate Demosthenis fautores: utrū sunt uenationū: aut palęstrarū in adulescētia socii. At p Iouē r ō apros
uenatus est: neq; corpis habitudinē exercuit: sed artes meditatus est cōtra pecuniarū possessores. Vanā insuper
eius arrogantiā intelligatis: cū dicet se legatū ex manibus Philippi Bizātiū abstulisse. Acarnanas ad defectio
nem concitasse: Thebanos dicendo conteruisse. Putat. n. uos ita faciles: ut credatis nō calūniatorem: sed suade
lam ciuitate aluisse. Cum uero in fine orōnis socios corruptelarū aduocabit: poteritis intueri in hoc suggesto: i
quo nunc sisto: uiros amplissimos: quorū maxima bn̄ficia in populū extant: cōtra illorū scelus resistētes: Solo
nē cum suis pulcherrimis legibus uirū pl̄num: & legiferū optimum: grauiter (ut sibi conuenit) uos rogantē: ne

Demosthenis

Demosthenis uerba ploris faciatis:q̃ iosiurãdũ & leges: Aristid' illũ iustũq; tributũ Græcis ordinauit: cuius defuncti filiæ a populo nuptæ sunt mœstũ & ipsũ afflictatẽ ob iustitiæ repulsam:ac q̃ uobis ꝗrentẽ: an non erubescatis:si maiores uſi Artiniũ Zeliẽ:q auꝝ ex Medis huc tulit:cũ eẽt huius ciuitatis hospes exilio mulctauerũt & q̃ i necauerũt. Vos aũt Demosthenẽ nõ ferẽtẽ auꝝ ex Medis:sed ex largitionibus eoꝝ hñtẽ:aurea corona donaturi estis: Themistoclẽ & eos:q̃ i Maratone ceciderũt:& q̃ i plateis: & ipsa maioꝝ sepulchra ñ putatis gemiscere:si hic q cũ Barbaris cõtra Græcos sensisse fatet,coronabit. Ego qdẽ ergo o Terra:& Sol:& Virtus:& Intelligẽtia:& Doctrĩa:p q̃ honesta & turpia dignoscim⁹:auxiliat⁹ sum & dixi. Si bñ ac p dignitate facinoris accusaui:dixi:ut uolui. Si minus:ut potui. Vos aũt ex dictis:& omissis iuste p rep. decernatis. Finis.

Argumentũ Ofonis Demosthenis in Aeschinẽ pro Cthesiphõte per supradictũ Leonardũ trãslata.

ADuersus Philippũ Macedoniæ regem:Græciæ dñatũ sibi uindicantẽ restiterũt Athenienses: & p sua: atq; cõi Græcoꝝ libertate cõplures annos pugnauerũt. Demũ tñ & ipsi superati sunt: & reliq uis Græcia in Philippi ptãtẽ cõcessit. Subactis itaq; Athenis:potẽtia qdẽ Demosthenis:q ipse I primis auctor Philippo resistẽdi fuerat,cessauit:grã tñ ac bñuolentia eius apud ciues suos nõ cessauit sed inquantũcũq; subacta ciuitate:& in reliqs ipsis reip. q̃cũq; agẽda erãt:ea ferme oĩa p Demosthenẽ gerebãtur. Creatus ergo ad reparãda mœnia curator:magnã eius õpis partẽ ex suo patrimonio pfecit:ob quã libertatẽ motus Cthesiphon ad populũ tulit:ut Demosthenes ob pstantẽ aĩum:& egregiã uoluntatẽ:p quã & bñficia olim reip. multa contulerat & conferre paratus erat:uirtutis grã corona aurea donaret: celebraretur q; eius coronatio in theatro. Nũc Demosthenis honorẽ indigne ferens Aeschines:Cthesiphontẽ accusauit: q is contra leges hmõi honorẽ decreuisset. Primo:q a nulla essent merita in rẽpu. sed contra pernities & clades: cũ auctor & cã fuerit maloꝝ oĩum:q̃ per id tp̃s Athenienses pertulerant. Deinde:quia leges eũ:qui publice quid administrasset:ornari uetarent priusquã rõnem administratoꝝ reddiderit:fuisse aũt Demosthenem publico muneꝝ operi pfectum:nec rõnem ad illã diem reddidisse. Tertio:quia in theatro coronationẽ celebrari leges phiberent:hæc erant accusationis capita:Demosthenes Cthesiphontẽ defendit:uera de se scripsisse probat:criminibus rñdet:lacessentemq; accusatorẽ p maledictis ulciscit:in his tota consistit õfo:quã si trite & accurate leges:nihil ornatius:nihil elegantius:nihil copiosius te unquam legisse:aut audisse confiteberis.

Oratio Demosthenis pro Cthesiphonte.

Nulla certe:qd ſi negas:oſtēde:ego acquieſcam:atq; tacebo. Sed nulla eſt huiuſmodi lex uiri Athenienſes. Laudauit inquit illum ſenatus rationibus reddēdis obnoxiū. Nā de illis quidē:ob quæ obnoxius eram: ſed de iis: quæ inſup donauerā calūniator. At murorū urbis curator fuiſti inquit. At ob hoc ipſum merito laudatus ſu;: q de meo expēdi:nec cōputaui. Rō enim datoꝝ:& acceptorū examē reqrit:donatio uero laude:atq; gfa potiri debet:quamobrē hæc iſte de me ſcripſit. Et hoc ita eſſe:ac nō ſolū ex legibus:uerumetiam ex ueſtris maioribus ita diſponi ego facile oſtēdam. Nam & Nauſicles ꝑtor ob ea: quæ ex ꝓprio cōſumpſerat:pluries apud uos coronatus fuit:& Diotimos:cū ſcuta donauit;& poſt eum Caridemus ea de cauſa coronati fuerunt: poſt hos iſte Neoptolemus:cum multis rebus gerendis ꝑfuiſſet pro iis:quæ donauit, honore potitus eſt. Etenim abſurdum eſſet:atq; impiū:ſi homini magiſtratū aliquē gerenti:aut donare per magiſtratū non licebit:aut pro gratia ob liberalitē habēdam ad rōnē donatoꝝ reddendā cōpellatur. Et ut hæc, quæ dixi, uera eſſe intelligatis:recita mihi decreta de his rebus facta. DECRETA. Horū quiſq; Aeſchines magiſtratus, quē geſſit, rōnē reddere tenebaẛ:eoꝝ uero:ob quoꝝ gfam coronatus fuit:nō tenebaẛ. Nec ego igiẛ eodem modo: idē enim ius in me qđ in cæteris eſt:donaui:laudor ea de cauſa: nec teneor eoꝝ, q̄ donaui, rōnē reddere. Magiſtratum geſſi:huius geſtiōis rōnē reddidi:nō eorū:q̄ donaui. At male geſſiſti. Quare igitur cū publice examē de me factū eſt: tu præſens non accuſaſti. Vt igitur intelligatis:hoc mihi teſtimoniū ferre:ex quibus rebus rationem reddere nō teneor:me nunc coronari: cape decretum hoc pro me ſcriptū:& totū recita. Quæ enim accuſare omiſit in iis illa: quæ pſequitur falſo criminatus apparebit:recita. DECRETVM. Ergo de iis; quæ ipſe donaui: nihil perſequeris: quæ uero mihi a ſenatu eorū gratia decreta ſunt:ea perſequeris. Accipere quidē liberalitatē legitimū ſtatuis:gfam uero pro acceptis referre:cōtra legem putas:homo perditus, & impius, & malignus obtrectator eiuſmodi eſſet per Deos īmortales, nō huiuſmodi. De ꝑconio aūt in Theatro faciendo mille millies fuiſſe cōceſſum ꝑtermitto:& pluries ipſum corona prius fuiſſe donatū:ſed per Deos Aeſchines uſq; adeo rudis & inſenſatus es:ut nō intelligas coronā eundē honorē afferre ubicūq; publiceẛ: ſed gratia eoꝝ: qui coronanẛ in theatro fieri:ut ii ſcilicet; qui præconiū audiūt, ad uirtutē incendanẛ. Vbi qui gratias referant plus laudantur:q̄ ipſi coronati. Ea de cauſa lex hæc facta eſt:quā cape, & recita. LEX. Audis Aeſchines legē dicētem: præter q̄ ſi populus:aut ſenatus decernat:nā tū ꝑconiū fieri debere. Quid ergo miſer calūniaris:quid uerba fingis: quid teipſum helleboro nō purgas:nō erubeſcis Aeſchines inuidiæ cuiuſq̄ accuſare:& legū uerba partim commutare:partī abſcōdere:quas totas recitare oportuit:ut qui iurati iudicaturi ſunt:ſentētiā recte ferre poſſent. Deinde cū hæc feceris:cōmemoras ea:quæ populari uiro adeſſe cōuenit:tanq̄ per deſcriptionē effugiens;quæ cum non habeat ea:quæ debet: illa:quę deſunt ex libello reportat:quaſi non rebus:nec uita populares:ſed uerbo cognoſcantur. Vociferas dicenda & reticenda quaſi ex rheda: ꝓferēs ea:quæ tibi:ac generi tuo aſſunt, non mihi. Atqui uiri Athenīēſes ego iurgiū ab accuſatione hoc differre arbitror:q accuſatio crimina cōtinet: quorum in legibus pœnæ ſcriptæ ſunt. Iurgiū uero:maledicta: quæ inimici adinuicem iactant. Arbitror etiā maiores noſtros hæc iudicia ædificaſſe:nō ut in illis cōuenientes ob priuatas ſimultates male adinuice; diceremus: ſed ut redargueremus eos:qui publice quid mali feciſſent. Hoc & ſi nō ignoraret Aeſchines:tamen me laceſſere maledictis, q̄ accuſare maluit:in qbus ipſe melioris cōditionis eſſe nō debet:nec minus q̄ maledixerat:male audire:ad qđ iam pergam tantū antea ꝑcontatus:utrum te quis Aeſchines reipu. hoſtē:an meū putare debetẛ Meum uidelicet. Cur ergo cum liceret tibi per leges me accuſare:& ſi deliquerim: pœnis ſubiicere: in reddendis rōnibus:in ferendis ſentētiis:in aliis iudiciis dudum omiſiſtiẛ nunc autē cum ſim legibus; tpe: præiudicio: redargutione ueſtra:qui ſæpe me accuſantes:nihil oīno a me improbe factū:probare potuiſtis:liberatus ciuitati:ad quā rerū publice geſtarū gloria pertinet:obuiare conaris. Vide ne horū quidē hoſtis ſis:meū uero te fingas. Cum igiẛ pia ac iuſta ſententia oībus oſtēſa ſit:oportet me iam, ut uidetur, licet minime procacē:pro multis, ac falſo in me dictis quantū neceſſitas cogit:pauca de ipſo dicere: & quis ipſe:& ex quibus ortus ſit: ex quibus facile initiū maledicendi fecit:& uerba ita magnifice iactat, oſtendere. Si enim Aeacus, aut Rhadamāius, aut Minos eſſet accuſator noſter: ac nō fabula:& tritura fori:& uiliſſimus ſcriba:aut equidē reor grandiora dixiſſe:nec rigidiora uerba ꝓtuliſſe:uelut in tragœdia exclamās: O Terra: o Sol: o Virtus:& huiuſmodi cætera. Et rurſus: o Intelligentia, atq; Doctrina: p quā honeſta:atq; turpia dignoſcunẛ. Hæc uos ipm audiſtis dicentē. Tibi pollute quicquam cū uirtute:aut honeſtorū:aut turpiū ulla cognitio:unde, aut quomodoẛ Qui tibi fas eſt diſciplinam cōmemorareẛ qua, qui præditi ſunt, nedum talia de ſeipſis profiterentur:uerūetiam alio dicente erubeſcerent. Qui uero alieni ſunt ut tu:ſimulant quidē ob ſtultitiā:& audiētibus moleſti ſunt. Sed cū quid de te:ac de tuis dicendū ſit minime:ignoro tamen unde ſit incipiendum. Vtrum ne ut pater tuus Tromes Elpie ſeruiuit ei:qui apud Theſei templum literas docebat;compedes ferens & baculumẛ An ut mater tua in clauſtro apđ catamitū quotidianis nuptiis te pulcherrimā ſtatuā:& ſummū pugilē tertiarū partiū educauitẛ An ut Phormio tibicē Dionis Phreanei ſeruus ab hoc præclaro quæſtu eam abduxitẛ Per Iouē & Deos alios uereor: ne dum te digna dicam me:indigna ꝓferam uerba. Itaq; hanc relinquo:& a te, ac a uita tua incipiā. Nō erat ut quis:ſed ut ii:quos populus deteſtatur. Sero enim tandem:ſero autem:immo uero heri: atq; pridie ciuis ſimul & orator factus:duabus additis ſyllabis pro Tromite Attromitū patrē;matrē uero Glaucotheam nominauit: quam omnes Empuſam ſciunt prius nuncupatam;ex eo uidelicet:q omnia faceret, atq; pateretur. Vnde eni; aliasẛ Sed tamē uſq; adeo ingratus ac prauus es:ut ex ſeruo liber:& ex inope locuplex horū beneficio factus:nedum nullam gratiam habens:ſed mercede accepta contra eos omnes geras. Et de quibus ambiguitas quædā eſſe poteſt omitto:quæ autem pro hoſtibus manifeſte geſſit, memorabo. Nulli porro ueſtrum incognitus fuit Antiphon:qui ſe inceſſurum naualia noſtra Philippo pollicitus in urbem uenit:quē in pyræo latitante;: cum ego cepiſſem:& in concionem traxiſſem:clamando iſte & uociferando:me in libera ciuitate re; facere intole-

rabilem:ꝙ calamitosos ciues persequerer:& domos alienas sine senatus decreto audirem:ut dimitteret̃, effecit. Et nisi consilium Ariopagi, re audita, & populi ignoratione cognita, hominē quæsiuisset:& rursus captum ad uos reduxisset:ille pœnas nunq̄ dedisset:sed per huius operā euasisset:quem postea tormentis confectum extremo supplicio affecistis:ut iste etiam una secum mereba tur. Itaq; postea cum uos istum in Delum eadem ignoratione ducti:qua multa perieront:syndicum elegistis:ut Ariopagitis potestatem eius rei dedistis:cōsēsi hūc, ut proditorē, remouerunt & Hyperidē in eius loco posuerunt. Hoc fecit senatus Ariopagitarum ab ipsa ara ferens sententiā:quo in loco nullus inuētus est: qui hūc scelestū remouēdum nō censeret. Et ꝙ hæc uera sint: testes cita. TESTES. Cum igitur hūc ad dicēdum electū senatus remouit:alteriq; cōmisit:tunc ꝓditorē & inimicū uestrū iudicauit. Hoc unū ab isto forti uiro in rempu. gestū nequaq̄ iis simile est:de quibus me criminat̃. Alterios aūt uos meministis. Nā cum Pytho Bizātius:& legati oīum sociorū a Philippo missi:huc uenissent:ut ciuitati uerecūdiā infererent:argueīēq; eius iniuriā:ego tūc Pythoni maxime elato:plurimūq; aduersus uos fluenti:non cessi:neq; effugi:sed surgenti restiti:& iura ciuitatis nō prodidi:imo iniurias Philippi sic nudaui, ac patefeci:ut ipsius socii eas fateri cogerentur. Iste uero Pythonē adiuuit:& contra patriā testimoniū tulit:& falsum quidē nec satis id fuit:sed postea cū Anasino speculatori se coniunxisse in Thrasonis dꝓhensus est domo. At quisquis speculatori ab hostibus misso solus solo congredit̃:& colloquia habet:is natura speculator: atq; hostis patriæ existit. Harum rerum mihi testes uoca. TESTES. Multa insuper de isto referre possum, quæ ꝑtermitto. Etenim sic res. Multa enim referendi habeo facultatem:quæ iste per id tēpus hostibus obsequendo:& me persequendo molitus est. Sed non residēt ista in memoria uestra diligenter:nec, qđ dicebat, odiū horum gratia concepistis Sed mala quadā consuetodine magnam licentiam præstitistis cuicūq; uelit reipub. ac uestris cōmodis studentem supplantare:atq; calūniari:uoluptatem cōtentionum, ac maledictorum pro utilitate reipub. commutātes. Itaq; semper facilius:ac tutius fuit inimicis obsequentem mercedem capere:q̄ pro utilitate uestra certantem in rep. uersari. Et fauisse quidem Philippo:ante quā aperte esset hostis: q̄q̄ sit graue. Nam quid aliud dici potest aduersus patriam:tamen date huic si uultis:date ueniam huius. Sed palā nauibus subtractis:Chersoneso populata:cum iam Attica inuaderetur:nec ambiguum erat bellum:quid unquā pro uobis a se factum:pessimus iste memorare potest? Nullum enim decretum:nec maius:nec minus pro utilitate reipu. auctore Aeschine est factum:uel si quod esse dicit in me, ostendat a quo. Sed non est ullum. At qui alterum necesse est:aut ꝙ ea: quæ per id tempus a me gerebantur:nullo modo reprehendere poterat:nihil aliud decreuisse:aut ꝙ hostium utilitati studebat:commoda patriæ tacuisse:nec in medium protulisse. At uero quē admodum nihil sententia sua decernebat:sic etiam cum aduersus rempubli. dicendum erat:nihil loquebatur: immo nulli ad dicendum relinquebat locum. Verum cætera quidem:quæ erant obscuriora:ferre poterat respu. Vnum autem patratus est tale uiri Athenīēses:quod omnibus prioribus finem imposuit. Cum multis uerbis Amphiseorum dogmata narrauit:quasi contra ueritatē facta. Hoc certe huiusmodi non est. Vnde quemodo? nequaq̄. Nunq̄ exterges maculam illic contractam Aeschines:nunq̄ tm̄ dices. Voco aūt omnes Deos:qui regionē incolunt:& Apollinē Pythiō:qui huic urbi præsidet:atq; pariter omnes oro:si uera sunt: quæ dicam: quæq; tunc apud populum dixi: statim cum sensi hunc scelestum talia moliri: cognoui enim celeriter:cognouit mihi fortunā prosperam & salutem præstent. Si uero aut priuatæ dissensionis:aut simultatis caosa: crimen aduersus ipsum falsum induco:cunctorum bonorum expertem me faciant. Quid ergo ista sic extuli?ac uehementer ostendi? Quia & cum literas habeam publice scriptas:ex quibus ista clare ꝓbare possum:& uos istorū sciam meminisse:tamen uereor:ne iste impar tantis facinoribus uideatur:nunq̄ tanta mala efficere potuisse: quod antea euenit: cū miseros Phocēses sua opera euertit:falsa huc renonciando. Amphisei enī belli per qđ in Elatiam uenit Philippus:& per quod dux Amphitionum electus:uniuersam Græciam subuertit. Hic fuit auctor:& oīum maximorum malorum hic onus est causa. De qua re cum tunc apud populum uerba facerem: atq; eum plenissime attestarer:bellō Aeschines in Atticam inducis:bellū inq̄ Amphitionicum. Alii ex composito assidentes non permittebant me dicere:alii admirabantur:& propter simultatem:quæ inter nos erat: uanum a me crimen conuinci existimabant. Quales uero fuerint huiusmodi res:& cuius gratia ordinatæ:& quē admodum gestæ:nunc demum audite:quoniam tunc impediti fuistis. Videbitis facinus bene compositum: eritq; uobis utile ad notitiam rerūpubl. & quanta calliditas fuerit Philippi cognoscetis. Bellum aduersus nos conficere nullo modo poterat Philippus:nec finem:quem cupiebat, imponere:nisi Thebanos & Thessalos inimicos nobis fecisset. Sed quāq̄ prætoribus nostris contra illum male pugnantibus:tamen & latronibus & bello ipso multis incōmodis afficiebatur. Nihil enim ex regionibus eius asportari poterat:nec ea importari, quibus indigebat:nec mari præualebat:nec in Atticam uenire poterat: Thessalis non sequētibus: nec Thebanis una euntibus. Fiebat autē natura ipsa loci:& rerū utrinq; existētiū:ut etiā ipsos duces superante, omitto quales:tamē magnis incōmodis afficeretur. Si ergo sui causa aut Thessalos:aut Thebanos sibi coniungeret: non putabat fore:ut ex animo secū perseuerarent. Si uero eorū causa dux eligeretur:partim decipere:partim suadere posse arbitratus est. Quid ergo molitur? Videbitis quā astute. Bellū excitat in Amphitionibus:& circa Pylæam tumoltū. Hoc enim facto:uidebat illos statim sui indigere. Si ergo hoc ab aliquo sociorū factum esset: putauit fore:ut res ab eo composita aīaduerteret̃:& Thebani:ac Thessali:ac cæteri oēs cauerent. Si uero a uobis aduersariis fieret:faciliter se id, quod cupiebat, consecutuū putauit:qđ quidē euenit. Quo ergo pacto id agit:hūc mercede data cōducit:qui nullo rē obseruante:nec suspicante quidē:quēadmodum consueuit: apud uos pleraq; eiusmodi fieri prærogatiuā nactus:& a tribus:uel a quatuor per suffragium subleuatus Pythagoras eligitur. Vt igitur auctoritate publica accepta in Amphitiōas peruenit: cæteris omnibus posthabitis:ea ꝑfecit:pro quibus mercedem acceperat. At uerba colocata, fabulasq;:ut Cirrhea regio dedicata fuit: enarrans

hoibus

hoibus insuetis uerborũ, & futurum minime prospicientibus: suadet, ut eam regionem: quam Amphisei seu propriam colebant, inuadant. Atq; eo quidem tempore cum nihil oĩno aduersus nos Locri molirentur: quod hinc itelligere potestis: nõ poterãt Locri sine uocatione quicq̃ aduersus nos facere. Quis igitur uos uocauit? aut quando? noĩa aliquẽ conscium? Ostende si potes? At non potes? sed falsã cãm mentiendo adducis? Circũeuntibus ergo Amphitionibus regionẽ, ut iste suaserat, insurgentes cõtra eos Locri uniuersos pene confuderunt: quosdã etiã ex sacrificolis arripuerunt. Vt uero causæ odiorũ iã suberant: ac bellũ aduersus Amphiseos gerebat: primus Coryphus exercituũ dux Amphitionũ copias delegit. Verũ ut alii quidẽ nõ uenerũt: alii uenĩetes nihil pfecerũt. In secũdo cõuentu corrupti qdã hoĩes ex Thessalia: aliisq; ciuitatibus (ut antea compoĩuerant) Philippũ uocãdũ cẽsuerũt: affirmãtes: aut ab ipsis cõferẽdũ esse pecunias: & cõductũ militẽ nutriẽdum: pœna que afficiẽdũ eos: qui hæc facere recusarẽt: aut illũ esse eligẽdũ. Quid opus est uerbis? eligitur dux hoc modo: & confestim delectu habito: copiisq; in unũ coactis: quasi Cirrheam adiens: pfectus dissimulato itinere: & Cirrheis, & Locris relictis: Elatiam urbem occupat. Et nisi Thebani re cognita cõfestim uobis adhæsissent: tanq̃ torrẽs in hãc urbẽ tũc Philippus incidisset. At eius ĩpetum Thebani cõpescuerũt: idq; fecerunt maxime ꝑpter alicuius Dei erga nos benignitatẽ: deinde q̃tũ ad unũ hoĩem attinet ꝑpter me. Da mihi decreta & tpa: in qbus hæc facta sunt: ut uideatis q̃ta mala hoc detestabile caput operatũ pœnas nõ dedit. DECRETA AMPHITIONVM. Recita & tẽpora. Sũt enĩ cũ iste munus publicũ in Pylis gerebat. TEMPORA. Da mihi epistolã: quã postq̃ Thebani parebãt in Peloponnesum ad socios scripsit Philippus: ut ĩtelligere possitis illũ cõtra Greciã: cõtra Thebanos: cõtra nos egisse. Finxisse aũt se ex cõibus Amphitionũ decretis agere. Iste uero occasiones ac facultates huiusmodi sibi ministrabat. Recita Epistolã. EPISTOLA. Videtis q̃ fugiat priuatas causas: & in Amphitiões cõfugiat. Quis ergo illũ adiuuit? quis occasiões ꝑbuit? quis oĩum maloꝝ causa fuit? Nonne iste? Nõ dicatis ergo uiri Athenienses uniuersam Græciã ab uno hoĩe tãta mala perpessam fuisse. Nõ enim ab uno hoc factũ est: sed a multis: apud quos licet ĩprobis: atq; corruptis: quorũ hic est unus: quem si dici fas sit: nõ dubitem equidem cõem pestem omniũ appellare hominũ: locorũ: urbium. Nã qui semẽ præbuit: is nascentium causa est. Itaq; patientiã uestrã magnopere admiror: q̃ non confestim surgẽtes illũ laceratis. Sed ueritas apud uos obscura est: & quasi tenebris quibusdam præpedit. Euenit autẽ mihi, dum ea, q̃ isti cõtra patriã fecissent, referrẽ: in eorũ, quæ cõtra eos ipse gessi, mẽtionẽ incidere: quæ multis ex causis æquũ est uos audire uelle: maxime quia turpe est uiri Athenienses: si ego quidem res ipsas pro nobis toleraui: uos autẽ ne uerba quidem eorũ sustineatis. Nam cum animaduerterẽ Thebanos: uos etiã quodãmodo ab iis: qui res pro Philippo gerebãt deceptos: qd erat utrisq; formidandũ: & diligentissime cauẽdum: Philippũ augeri negligẽtes: nec ulla in re id obseruãtes: sed inimice sese adinuicẽ labefactare cupientes: ne hoc fieret: operã ac studiũ meũ interposui: nec id solũ ex mea sentẽtia: sed Aristophõtis: atq; Euboli: quos sciebã omni tpe cupiuisse hanc amicitiam firmare. Et cum in cæteris rebus sibiipsis ꝑsæpe dissentirent: in hoc tamen uno idem semp sensisse: quos tu uiuentes assentando impudentissime sequebare: mortuos uero non dubitas criminari. Nã quæ tu mihi de Thebanis succensesi: illis magis q̃ mihi succẽses: a quibus ante me hæc societas fuerat comprobata. Sed illuc redeo. Cũ bellum Amphiseum ab isto conflatum fuisset: ab aliis uero eius auditoribus inimicitia aduersus Thebanos eẽt inducta: euenit ut Philippus nos inuaderet: cuius rei gratia istæ ciuitates adinuicẽ colliserant. Quod nisi ꝑsensissemus: nec recipere quidem nos potuissemus: sic isti procul rem ipsam composuerant. Quẽadmodum uero res erant: ex his decretis: responsionibusq; cognoscetis: quæ mihi recita. DECRETA. Recita & responsiones.

RESPONSA. Cum per istorũ operam Philippus ciuitates sic adinuicem disposuisset: eiusmodi decretis: responsisq; elatus: putãsq; fieri nullo modo posse: ut cũ Thebanis posthac conspiraretis: profectus cũ suis copiis Elatiam occupauit. Qua re hoc nunciata: quanta trepidatio in urbe fuerit, licet pleriq; meministis, tamen ex me pauca: quæ necessitas exigit, audiatis. Vesper quidẽ erat: cum hoc nunciatũ est: Elatiam a Philippo captã: cuius rei nuncio exciti magistratus: alii ex scæna surgẽtes: scænas in foro positas disturbant: igneq; immisso cremant: alii prætores in forũ cogũt: tibicinẽq; uocant: tota urbs tumultu: ac trepidatione iplet. Mane aũt facto: magistratus in curiã senatũ uocant: uos autẽ in cõcionẽ frequẽtes iuistis: & priusq̃ senatus quicq̃ decerneret: uniuersus populus in gradibus Theatri consedit: deinde ut senatus uenit: & quæ nunciata fuissent, exposuit: nunciusq; ipse coram adductus eadẽ ipsa retulit: rogare cœpit præco: quis cõsulere uellet: nullus tamen surgebat. Sæpius tamen præcone rogante: nihilo magis quisq̃ assurgebat. Cum omnes quidem prætores: omnesq; oratores adessent: uocante cõmuni patriæ uoce: ut de sua salute consuleretur. Nam quam præco secundũ leges uocem emittit: hanc esse cõmunẽ patriæ uocẽ putandũ est. Atqui si eos, qui remp. saluam esse uellent, assurgere oportuit: uos omnes, & cæteri Athenienses assurgere debuistis. Cuncti enĩ, ut bene scio, patriæ salutem uolebatis. Si ditissimos eos: qui trecẽti appellantur. Si & beneuolos, & locupletes, qui deinceps magna tributa pẽdunt. nam & caritate & diuitiis hoc agunt: sed ut uidetur tẽpus illud, atq; illa dies non beneuolũ, & locupletẽ ciuem duntaxat flagitabat: sed qui ab initio rem consecutus iam ꝑuidisset: cuius rei gratia hæc facta essent a Philippo: & quid ipse sibi uellet. Nam qui hæc iam antea non diligenter præmeditatus esset: quãquã beneuolus & locuples, nihil magis quid agẽdum foret, cognosceret: aut uobis consilium afferre potuisset. Ego igitur in ea die huiusmodi apparui: & assurgens illa dixi: quæ uos duoꝝ gratia audire uelle debetis. Primum ut intelligatis me solũ ex oĩbus: qui in repu. uersabant: in rebus arduis: aduersisq; tẽporibus nunq̃ caritatẽ patrię omisisse: sed dicendo, & decernẽdo ea: quæ utilia forẽt: perquisisse. Deinde q pro paruo tempore ad reliqua reipu. negocia multo eritis peritiores: dixi ergo illos, qui formidabant, Thebanorum cũ Philippo initam societatẽ, statum ipsum rerum penitus ignorare. Nam si hoc esset: iam ipsum non in Elatia: sed in nostris finibus audituros esse: me tamen putare: ac pro certo habere illa de causa illuc uenisse Philippum: ut Thebanoꝝ mentes,

quemadmodũ cupit, disponat. Nam quoscunq; Thebanos aut decepisse: aut pecunia corrũpisse potuit sibi iã pridem asciuisse. Esse uero quosdam: quos in sententiam suam trahere nondũ potuit: ea nunc de causa Elatiã occupasse: ut copias ostentando: & arma propius admouendo: cum suos extollat & alacriores faciat: tum aduersarios deterreat: ut sic uel concedant ea: quæ adhuc recusauerunt: uel certe compellantur. Si igitur & nos in quã uolumus: si qua in re molesti fuerunt unquã nobis: Thebani eius rei nunc meminisse: nec iis ullo modo credere primum ea faciemus quæ maxime cupit Philippus. Deinde illud uereor: ne mutatis iis: qui nunc aduersantur: atq; unanimiter cunctis in Philippũ conuersis: ambo simul Atticam irrũpant. Si tamen mihi assentiemini inquã: nec cupiditate animi: nec contẽtione: ea, quæ dicam, considerabitis: me uiaʒ ostensurũ arbitror: per quam hoc iminens reip. periculum dissoluatur. Quid ergo dico? Primum istũ timorem esse deponendũ: & mutata mente pro Thebanis suscipiendũ: qui hoc periculo sunt uiciniores: deinde ab omnibus: qui ætate sunt militari in Eleusinam exeundum: & cum armis sese ostentandum: ut ii: qui nobiscum sentiunt Thebanorum æque confidere possint: uidentes eodem modo uos sibi pro libertate certantibus: opem fere paratos: quẽadmodum iis: qui patriam Philippo uendunt: adest in Elatia auxilium copiarũ: post hæc eligendos esse cẽseo legatos decem: iisq; potestatẽ una cum prætoribus dandam: & exeundi & proficiscendi illuc quando eis uideatur. Cum uero Thebas adierint legati: quid obseruare debeant, diligentissime animaduertite. Nihil a Thebanis supplicitet postulare debent: non enĩ conuenit tempori: sed promittere uos auxilium laturos: si ipsi postulabunt: cum ipsi sint extremo in periculo constituti: nos uero meliori coniectura quid futurum esset, prouiderimus. Vt si hoc recipiant: & nobis assentiantur: simul & quæ cupiunt consequantur: & pro dignitate huius populi hæc sint gesta. Si uero perficere nequeamus: ipsi sibi imputent errata sua. A nobis uero nihil turpiter: aut abiecte factum dici possit. Hæc & his similia cum dixissem: consedi laudibus nullo contradicente. Nec dixi quidem hæc: non autẽ decreui. Nec decreui: non autem legatus abii. Nec legatus abii: non autem persuasi Thebanis. Sed de primo ad ultimũ cũcta pfeci: in nullo mihi ipsi parcens: cũ tanta pericula urbem circũdarẽt. Da mihi decretũ tunc factum. At quẽ uis me Aeschines: & quẽ te illa die fuisse ponam? Vis me ponam eũ: quẽ tu per contumeliam appellare soles batulũ? Te uero Heroa quẽdam egregiũ Crephontẽ: aut Creontẽ: aut, quẽ tu sæpe male egisti, Enomaon. Tunc igitur in illo tẽpore ego Peanicus Batulus: te Enomao Cothochidie utilior fui patriæ. Nã tu nulla in re utilis fuisti: ego in omnibus, q̃ decent bonũ ciuem. Recita hoc decretũ. DECRETVM. Hoc principiũ amicitiæ cũ Thebanis fuit: cũ ante semper odiũ: inimicitiaq; istis auctoribus uiguissent. Hoc decretum: id periculũ: qđ tunc reip. imminebat: tanq̃ nubem aliq̃ dissipauit: erat boni ciuis tũc ostendisse omnibus: siquid his haberet utilius: non hoc tandem tẽpore reprehendere. Calũniator enĩ, atq; consultor, q̃q̃ nulla in re cõueniant: in hoc tamen uno plurimũ differũt: q consultor ante rem gestam sententiam suã ostendit: & fortunæ atq; temporis sese apud eos, qbus suadet, obnoxiũ præstat. Alter uero cũ opus est consilio: silentiũ agit. Siquid aduersi acciderit: maligne reprehendit. Erat igit, ut ego dicebam, tẽpus illud uiri boni: & patriæ amatoris: iustorũq; uerborũ: ego aũt tm̃ superadiũgo: ut si uel nũc ostendere q̃q̃ possit: qđ illo sit melius: aut oĩno aliqd ultra id: qđ tũc persuasi: me in crimine esse confitear. Siqd est qđ aliqs nũc faciendũ fuisse uiderit: qđ tunc factũ non sit: hoc ego dico me latere non debuisse. At si non est: nec dici potest etiaʒ hodie: qd oportebat consultorẽ facere? nonne q̃ uidebant optima, potissimaq; eligere? Hæc ego Aeschines feci: præcone flagitante: qs consulere uellet: non qs accusare præterita: aut diuinare futura uellet: te tũ silentio per illũ tempus in concionibus sedente: ego surgens consuli. Sed qm̃ tunc consiliũ tuũ non ostendisti: saltem nũc ostẽde. Dic quã rationem inire tũc oportuit: aut qđ tempus a me prætermissum: q̃ societas: quæ res agenda: atqui præteritũ semper apud omnes relinqtur: & nemo hoc in consultationeʒ ponit: futurũ aut præsens consiliũ postulat. Tũc ego partim horum quæ futura erant, ut nunc uidemus, partim iam aderant: in qbus uide: quid ipse consilii capiendũ censuerim: nec ea, q̃ euenerũt, intorq̃as. Nam finis rerũ omniũ, ut fortunæ libuit, in ponitur electio uero consulentis ingeniũ ostendit. Noli mihi hoc crimen obiectare: si euenit ut Philippus in prælio uicerit. Nam in Dei id erat, non in mea, potestate. Sed q non cũcta scdm humani ingenii capta: iuste simul atq; diligenter prouidi: & eũ summo labore effeci: aut q non honesta pro reip. dignitate cõsului. Hoc mihi nũc obiectato: atq; ostende si potes. Si uero hoc fulmen: atq; hic æstus: non solũ hos: uerũ exteros quoq; Græcos uehemẽtius inuasit: quid est agendũ? Velut siqs nautam: q omnia pro salute nauigantiũ diligenter sibi comparauerit: & omnibus nauem instruxerit: q̃ ad salutem uidebant expedire: deinde fluctibus agitantibus: armis fatigatis: aut confractis: naufragii accuset. At non eram gubernator inquietiut nec ego dux exercitus fui: nec fortunæ dominus: sed ipsa fortuna omniũ. Verũ illud uide: atq; attende: si una cum Thebanis pugnantes superati fumus: qd illis Philippo coniunctis putandũ est fuisse euenturũ? pro quibus tunc Philippus tantos emisit clamores. Et si nũc pugna triũ dierũ iter procul ab Attica commissa: tantũ periculũ: ac terrorem huic urbi attulit: qd expectandũ fuit: sicubi intra fines nostros hoc euenisset? Consistendi enim & respirandi: ac multa de salute nostra prouidendi: unus: duo: tres dies nobis spatium dederũt. Tũc autem nec referenda quidem sunt illa: q̃ nec experiri nos permisit Deorũ benignitas: & prouisio societatis huius: quã iste calũniatur. Hæc aũt omnia ad uos iudices respondendo: & ad illos: qui circũstant: atq; audiũt. Nam q̃tum ad istũ scelestũ attinet: breuis ac plana satisfacit oratio. Si tu solus Aeschines hæc præuidebas: tunc palam facere debuisti: cum ciuitas de his rebus cõsultabat. Si non præuidebas eidem cum aliis: ignorationi obnoxius es. Itaq; quid tu magis de hisce rebus mei accusandi ius habes: q̃ ego tui. Ego certe in hoc ipso melior q̃ tu fui ciuis: in hoc dico: nec duʒ de aliis dixerim q ego me ad illa contuli: quæ utilia fore uidebant: nullius mei periculi rationeʒ habens. At tu nec meliora inuenisti (non enim hæc secuti essent) nec ad ipsa te utilem quoquomodo præstitisti. Quod uero improbissimus, ac inimicissimus huius urbis fecisset: hoc tu fecisse in his, q̃ euenerũt, cõprobaris. Et simul Aristratus in Naxo:

& Aristolaus in Thaso: huius urbis inimicissimi amicos Atheniensium persequūtur: & Aeschines Athenis Demosthenem accusat. Atqui cui infortunia Græcorum splendori sunt: perisse dignior est: q̄ aliū accusare: & cui tempora eadem: quæ hostibus ciuitatis utilia sunt: is patriæ amator esse nullo modo potest. Cōstat uero ex iis: quæ dicis ac facis: quæq; in repu. geris: & rursus quæ non geris: agitur quid ex iis: quæ profutura uideantur. Mutus Aeschines: offendit quippiam: & fuit q̄lem non oportuit. Adest Aeschines: uelut contracta atq; disiecta: cū malum qd corpus habet: tunc & ipsa mouentur. Sed cum euentibus maxime inhæreat: uolo aliquid dicere incredibile: & nulli per Deos miraculo sit: sed id qd dico beneuole recipiat: si cunctis ea quæ euenerunt: manifesta fuissēt: omnesq; præuidissent: & tu prædiceres: atq; attestareris clamando: ac uociferando: qui nihil oino dixisti: nec ita quidem hæc ciuitas aliter facere debuit: uel si gloriæ: uel si dignitatis maiorum: aut futuri sæculi ratio est habenda. Nūc enim non processisse res: qd cunctis mortalibus cōmune quando Deo uideaf. Tunc aūt eū digna principatu haberetur ciuitas sibiipsi defecisse: & Phili. concessisse: ac omnes prodisse argueretur: si ipsa sine ullo certamine abiecisset: pro quibus maiores nullū unq̄ periculum recusarunt. Quis te non abominaretur? non enim temp. nec me: qbus oculis uenientes in hanc urbem aspiceremus: si res, ut nunc sunt, essent. Dux uero & dominus factus esset Philippus: & cæteri Græci ne id fieret præter nos restitissent. Quāq̄ hæc ciuitas nunq̄ ante hoc tempus glorioso periculo securitatem in gloriam anteposuit. Nam quis Græcorū: quis Barbarorū ignorat & Thebanos, & Lacedæmonios prius: ac Persarum regē libentissime cōcessuros fuisse: & hæc ciuitas suis omnibus retentis: & aliis insuper: q̄ uellet acceptis, iussum fecisset: concessissetq; alteri Græciæ principatum. Sed non erant hæc Atheniensibus pacta: nec tollerabilia: nec conuenientia: nec potuit hic populus unq̄ adduci: ut dominantibus iniuste coniunctus secure seruire uellet. Sed omne tempus de primitiis: de gloria: de honore certare non destitit. Hæc uos & honesta: & uestris maiorib⁹ consentanea iudicastis: ut maiores: qui hæc fecerunt: maximis laudibus persequamini: nec immerito. Quis enim non amet uirtutem illorū: qui & regione & urbe deserta naues ingressi sunt: ne imperata cuiusq; reciperent: eūq; qui hæc suaserat Themist. ducem sibi elegerunt. Et qui repugnabat: nec parere decreto uolebat: Cyrsilū non solū ipsi ipsum: sed & uxores illorū: illius uxorem lapidibus obruerunt: nec quæsiuerunt tunc Athenienses oratorem: nec ducem: per quem seruirent fortunate. Sed nec uiuere qdem sine libertate uoluerunt: putabat enim eorū qsq; se non parentibus solū esse natū: uerūetiam patriæ. Interest autem hoc: q̄ is: qui dūtaxat parentibus se natū arbitratur: fatalem atq; spontaneū uitæ exitū expectat. Atqui se etiam patriæ natū putat: ne illam seruire uideat: morti se obiiciet: contumeliamq;, & infamiam: quā in patria seruienti tollerare necesse est: magis formidabit q̄ mortem. Si ergo uos a me inductos dicam: ut ea: q̄ indigna forent maioribus uestris faceretis: nullus est qui me iuste reprehenderet. Sed ego uestras mentes eiusmodi fuisse ostendo: doceoq; etiam ante me huiusmodi propositū huius populi fuisse ministerii: tamen per singula tempora gestorū me participem fuisse dico. Hic aūt Aeschines: me causam fuisse omniū affirmans: & uos mihi infensos facere nitens: quasi omniū formidinū, periculorūq; auctoris: me qdem præsenti honore: uos aūt perpetua gloria per omne tempus spoliare quærit. Si enim improbatis rebus in rep. gestis meis: hūc damnabitis: errasse qdem uidebimini: non fortunæ uitio hæc pertulisse. Sed nō est causa cur erretis uiri Athenienses pro libertate: & salute omniū pericula subeūtes. Non per eos: q in plateis in acie steterūt progenitores: & q in Artemisio: & multos alios præclaros uiros: quorū in publicis annalibus extat memoria: quos hæc ciuitas simili dignata honore sepelit Aeschines: nō illos dūtaxat q uictores fuerūt: sed omnes: nec immerito. Nam qd fuerat bonorū ciuiū opus: oēs fecerūt. Fortuna uero sic usi sunt: ut fatū pparauit. Deinde me honore & gratia apud hos priuare q̄rens: trophea pugnans: & antiquas res gestas commemorans: qrū cōmemoratione p̄sens certamen neq̄q̄ indigebat. Me aūt de principatu reip. cōsulentē: quā mētē induere oportuit: an eorū: q īdigna huius populi censebāt: iuste mehercule iterissem. Praeterea nec uos o uiri Athenienses publicas & priuatas causas eadē mente iudicare debetis: sed cōsilia priuatarū rerū priuatis legibus: actionibusq; metiri: publica uero ad dignitatem maiorū referre. Et qsq; uestrum cū ea iudicant: simul cum tabella mentem ciuitatis inducere. Sed in maiorum mentionem lapsos nonnulla decreta: ac res gestas ptermisi. Redire ergo uolo illuc unde digressus sum. Postq̄ Thebas peruenimus: ostendimus ibi Philippi, & Thessalorum, & alioꝝ socioꝝ legatos, & nostros quidem amicos metu perculsos: illius uero alacres, atq; erectos: & ut hæc me dicere tēporis causa uideatis: recita mihi Epistolam: quā tunc legati scripsimus. Atqui iste eo calūniæ prouehitur: ut siquid bene gestum fuerit: tempori tribuat: non mihi: q̄ autem aliter euenerūt: eoꝝ fortunam meam dicat causam fuisse. Et, ut uidetur, cōsultor ego, atq; orator eoꝝ q̄ uerbo, atq; cōsilio bene gesta sunt: nullo modo uideor particeps: eoꝝ uero quæ armis & exercitu infeliciter processerūt: solus causa uideor sibi fuisse. Qui acerbior calūniator reperiri potest: aut detestabilior. Recita Epistolam. EPISTOLA. Cum ergo concionē aduocauissent Thebani: illos prius introduxerūt propter societatē: q adeuntes uerba fecerunt: multa pro Philippo: multa contra nos dicentes: & quæcūq; feceratis unq̄ contra Thebanos commemorantes. Sūma dicendi hæc fuit: ut pro beneficiis a Philippo acceptis amicos se illi præstarent: pro iis uero: quæ a nobis iniuste perpessi erant: poenas capere uellent: aut per se inuadentes: aut una secum Atticam irrumpentes. Addiderunt etiā ex his: quæ ipsi suadebant fore: ut omnis generis p̄da ex Attica in Boeotiam traduceref. Ex his uero: quæ nos essemus dicturi: & pecora: & homines & cætera bona ex Boeotia auferri. Alia p̄terea multa in hanc sententiā disseruerunt. Cōtra hæc qd nos diximus: singula qdem sic libenter referrē ut pro ipsis referendis uitam paciscerer. Sed uereor: ne p̄teritū tēpus tanq̄ diluuiū aliqd haꝝ rerum memoriam ita diluerit: ut molestus ac superuacuus hic sermo uideatur. Quæ tamen nos persuasimus: & quæ nobis illi responsa dederunt audi. RESPONSIO THEBANORVM. Post hæc igitur illis uocantibus: uos exiistis auxilium tulistis: & nedum media [illegible]: sic familiariter uos susceperunt: ut cum ipsorū pedestres: equestresq; copiæ foris essent: intra urbē

atq; domos: inter liberos: atq; coniuges: & cætera cariſſima exercitum ueſtrum receperunt. Atq; de tribus præclariſſimis rebus illa die nos apud omnes homines Thebani cõmendauerunt. de fortitudine: de iuſtitia: de modeſtia. Nam bellum eligendo potius una nobiſcũ q̃ aduerſus nos gerere fortiores eſſe: & iuſtiorem habere cã: q̃ Philippum iudicauerunt. Et quæ apud cæteros plurimæ cuſtodiæ: liberos: & cõiuges nobis credendo: temperantiæ fiduciam de nobis ſe habere oſtẽderunt. De qbus oĩbus uiri Athenienſes quantum in uobis fuit: recte eos exiſtimaſſe apparuit. Nã tanto exercitu Thebas ingreſſo: nullus aduerſus quemquam ueſtrum ne iniuſte qdem queſtus eſt: ita uos modeſtos pſtitiſtis. Et bis cum hoſte congreſſi prioribus pugnis: una ſuper fluuio: altera apud chimæram: non ſolum fortes uiri: uerumetiam mirabiles apparuiſtis ornatu: ſtructura: audacia. Ex qbus: ab aliis quidẽ uobis laudes: a uobis autem ſupplicationes: atq; põpæ Diis immortalibus fuerunt. At equidem libenter peterem: cum pro iis rebus geſtis gaudio: ac gratulatione urbis erat referta: utrum in ſacrificiis & lætitia una cum populo erat Aeſchines: an triſtis: & bonis publicis infenſus: domi manens affligebatur. Si aderat: & una cum cæteris particeps fuit: indigne facit: immo impie: ſi illa: quorum ut proſpere geſtorum Deos teſtes uocauit: a uobis nunc improbanda cenſet: q Deos iurati eſtis. Si non affuit: quomodo perire dignus eſt: nec ſemel: nec pluries: ſi de quibus alii lætitiã ſuſceperunt: ipſe mœſtitia afficiebatur. Recita hæc decreta. DECRETA. Nos itaq; tunc in feſtis eramus: Thebani uero ſe a nobis ſalutem accepiſſe arbitrabantur: & factum erat: ut hi qui auxilio indigere uidebant: ipſi mihi aſſentiendo: aliis auxilium ferrent. At quas nunc uoces emiſit Philippus: & in quibus fuerit turbationibus iſtorum gratia: declarant eius epiſtolæ in Peloponneſum miſſæ: quas nunc mihi recita: ut uideatis: qd aſſiduitas, & labores, & legationes, & decreta mea: quæ nunc iſte uituperat, profecerunt. Atqui complures apud uos uiri Athenienſes oratores ante me præclari fuerunt: Calliſtratus ille Ariſtophon: Cephalus: Thraſybulus: alii multi: nullus tñ iſtorum ſe oĩno totum reipu. tradidit: ſed alter decernebat: non legationes obibat: alter legationes obibat: non autem decernebat. Relinquebat enim ſibi quiſq; partim facilitatem: partim refugium: ſiquid forte accidiſſet. Quid ergo dicet quiſpiam: tu uſq; adeo cunctis & magnitudine animi: & uiribus antecellis: ut unus omnia exequaris. Non dico hoc: ſed tanta mihi uidebatur periculi magnitudo: quod tunc imminebat: ut exiſtimarem nullam propriæ ſalutis habẽdam eſſe rõnẽ: & bene actum putari: ſi nihil omittendo ea: quæ agẽda forent: agerent. Perſuaſerã etiã mihi: ſtulte fortaſſe attamẽ perſuaſerã: neq; ſententiam dicẽdo quem q̃ melius decreturum eẽ: nec legationes obeũdo diligẽtius queq̃ id agere: ea de cã me oĩbus expoſui. Recita epiſtolas Philippi. EPISTOLAE. In hoc coniecit Philippum opera mea. Hanc ille uocem emiſit ppter me. multa & acerba prius cõtra urbẽ minitatus: ob quas quidem res iuſte coronatus tunc fui: pſente & nõ repugnãte quidẽ te. Diondas, qui tunc repugnabat quintã partẽ ſententiarum nõ reportauit. Recita mihi decreta: quæ tunc in accuſatione deducta: non tamen ab iſto accuſata euaſerunt.

DECRETA. Hæc decreta uiri Athenienſes eaſdẽ habẽt ſyllabas: atq; eadem uerba: quæ prius Ariſtonicus: & nunc Cteſiphon ſcripſit: & hæc Aeſchines ipſe non accuſauit: nec accuſanti fuit ſubſcriptor. Atqui tunc Demomelẽ: qui hæc decreuit: & Hyperidẽ: magis iuſte q̃ hunc pſequi licebat. Quãobrẽ? Quia nunc iſte ad illos ſe referre: & res iudicatas: & iſtõ nõ accuſauiſſe: cum alii tunc accuſarent: & leges non permittere: id, de quo actũ eſt, agi: & multa alia allegare poteſt. Tunc aũt res ipſa per ſe iudicabat: anteq̃ in iudicium fieret. Sed nõ licebat (opinor) tunc facere quę nunc facit. Ex antiquis: uetuſtiſq; decretis multa colligere: quæ nec puidere quiſq̃ poterat: nec opinari: ab iſto hodie referri: calũniari: & tẽporibus trãſpoſitis: & falſis cauſis pro ueris inductis aſſerere. Nõ licebat tunc iſta facere: ſed ſub ipſa ueritate: quę recens erat uobis: res ipſas geſtas memoria tenẽtibus: & quaſi in manibus ſingula habentibus: ſola eius uerba nota fuiſſent. Quapropter redargutiones iuxta res ipſas fugiens: poſt tot elapſis temporibus uenit: rhetorũ certamẽ (ut mihi uidetur) non rerum geſtarũ examẽ: & iudicium uerborum: non utilitati: cuiuſq̃ reipu. inducens. Deinde uos perſtringere uolens ait: quã opinionẽ de nobis domo attuliſtis: eã in iudicio eſſe attendendã. Quẽadmodum enim inquit eũ pecuniã alicui ſupereſſe putatis: ſi poſito diligenter calculo: nihil ſibi deberi reperiat: conceditis: ſic nunc iis: quæ ratio oſtendit inhærendum eſſe: uidebitis q̃ fragile ſit omne quod eſt a iuſtitia ſeiunctum. Nam ex hoc ſapienti eius exemplo: planiſſime confitetur: uos intelligere me pro patria certauiſſe: ipſum autem pro Philippo. Non enim diſſuadere quæreret: ni talis de utroq; eſſet opinio. Quod tamen non iuſte quærit hãc opinionem remouere: ego oſtendam: non poſitione calculorũ (non enim hæc eſt rerum rõcionatio) ſed cõmemoratione breui rerũ a me geſtarum: calculatoribus ſimul & teſtibus, uobis audientibus, utens. Mea opera: quã iſte criminatur: cũ Thebani una cũ Philippo Atticam inuaſuri forent: ut nobiſcum coniungerent: ac illum phiberent, effecit: cũ bellum in Attica futurũ eſſet: ut ſeptuaginta ſtadiis procul ab urbe in finibus Bœotiæ gereretur: cũ latrones ex Eubœa prędaturi nos forent: ut maritima regio omni tempore belli pacata fuerit: cum Helleſpontũ occupaturus eſſet Philippus: Bizantio capto: ut nobiſcũ aduerſus illũ Bizantii pugnarent. At tibi inſtar calculi uidet harũ rerũ cõmemoratio: an horũ memoriam cenſes tolli oportere: ac non potius, ut in omne tempus firma ſit, cogitare? Illud non addo: q crudelitatẽ: quã uidere licet in his: quorũ Philippus dominus eſt cõſtitutus: alios experiri contingit. Humanitatis uero, quam pro cæteris captandis erga uos ſimulauit, uos nec improbe fructum conſecuti eſtis. Sed hæc omitto. Nec illud dicere uerebor: q ſiquis oratorem uelit iuſte ſine calũnia intueri: non qualia tu nunc referebas, accuſaret: exempla fingens: & uerba: atq; geſtus ueluti in ſcena componens. Valde nimirum, ut uidet, res Grecię periclitauerunt: ſi ego hoc uerbum, ac non hoc protuli: aut ſi huc, non illuc manum traduxi. Sed hæc cõſideraret quas uires habebat ciuitas: quæue auxilia: cum ad remp. me contuli: & quæ poſt hæc ipſe cõparaui: qualeſq; forent tunc hoſtiũ res. Ac deinde ſi ego minui has copias: me accuſare: ſi auxi: nõ obiectare debuiſti. Cũ ergo tu hoc facere nolueris: ipſe faciã. Et aĩaduertite ſi iuſto utar ſermone: potentiã ciuitas habebat: inſulares nõ tamen oẽs: ſed imbecilliores. Non.n. Chius, nec Rhodus, nec Corcyra nobiſcũ erãt: pecu-

niarum

nauium uero ordinationem ad quinq;, & quadraginta talenta: & hæc iam prius erant absumpta: peditem ue-ro, aut equitem præter domesticos nullum. Quod autem deterrimum erat & maxime hostibus accommodũ isti uicinos oẽs sic disposuerant: ut inimici proprius essent, q̃ amici: Megarẽses: Thebanos: Euboios. Hic erat tunc nostrarum rerum status: nec aliud præter hæc dicere quisquam põt: Philippi autem: cum quo nobis erat certamen: quemadmodum res erant, considerate. Primum eorũ: qui sequebantur: dñabatur: ipse suo arbitrio eorũ: quæ ad bellum pertinent, moderator: quod maximum est omnium rerũ. Deinde isti arma semper habebant in manibus: pecuniis affluebat: ex sua sñia res gerebat: non prædicens in consiliis: nec in aperto, q̃d agendum foret, disceptans: nec obtrectantibus, aut iudiciis subiacens: nec causas fugiens: nec obnoxius cuiq;: sed ipse dñs: dux: imperator oĩum. Ego uero: qui illis oppositus eram: nam hæc examinari conuenit: cuius eram dominus? nullius certe. Nam hoc ipsum dicere ad populum: quod solum in me fuit: una cum istis: qui mercede corrupti erant: cõe mihi feceratis. Et in quibus isti superabant, q̃d sæpe accidit: qua tandem ex cã omitto: hæc uos pro hostibus decernebatis. Attamen ex huiusmodi iniquitate rerũ ego socios uobis feci: Euboios: Achæos: Corinthios: Thebanos: Megarenses: Leucadios: Corcyreos: a quibus quindecim millia peditum: absq; urbanis eorundem ex auxiliis congregaui: pecuniarum uero quantum potui maximum nomerũ disposui. Si uero aut Thebanorũ: aut Bizantiorũ: aut Euboiorũ fœdera cõmemoras: aut de æquitate nunc contendis. Prio quidem ignoras. & ante: cum pro salute Græcorũ pugnatum est ex trecentis nauibus (tot.n. pugnauerunt) ducentas Atheniensium fuisse. Nam putauit tunc populus Atheniẽsis ius suum minui: nec diem illis dixit: qui huius consilii fuerunt auctores: nec unq̃ super his conquestus est: nam turpe id quidem. Sed Diis gratias habuit: si in cõi Græcorũ periculo ipse plus: q̃ oẽs reliqui ad reliquarum salutem contribuit. Quamq̃ uanas his gratias præstas: in me accusando. Quid.n. tunc tandem mones? quid tunc fuerit faciendum? ac non tunc: cum esses in urbe hæc tua sententia decreuisti: siquidem id ipsa patiebantur: in quibus: non ut uolebamus: sed ut facultas dabatur nobis: necesse erat suscipere. Nam præsto erat: qui emeret: & qui eos: quos nos reiiceremus: sibi promptissime asciscerer: pecuniasq; superadderet. Quod si nũc accusor: quid putas? si me frigide, ac parce incedente, recessissent ii populi & Philippo se coniunxissent: & simul Euboiæ: & Thebarũ: & Bizantii dñm nactus esset: hoc impios hoĩes fuisse ductatos? Nonne proditos? nonne repulsos fuisse illos? qui nobiscum esse cupiebant? atq; ita Hellespontum & transmissionem frumenti in dictionem Philippi peruenisse? Bellum uicinũ & graue propter Thebanos in Atticam introductum: mare propter Euboiam nauigari nequiuisse. Nõne hæc & multa alia dicerent mala o uiri Athenienses mala res est obtrectatio: semper, & ubiq; calumnians. Hic etiam natura impudens est: nihil unq̃ liberale: nihil laudabile operatus: Tragica Simia: rusticus Enomaus: absurdus orator. Quid.n. eloquentia tua usoi unq̃ fuit reipublicæ? Nunc dicis nobis de rebus præteritis: uelut si medicus quispiam ægrotantes adiens: nihil adinueniat: neq; ostendat quo morbum effugere queant. Deinde mortuo eorũ aliquo: cum busta eidem fiant: ad monumentum secutus dicat: Si hoc & hoc fecisset homo iste non esset mortuus. Attonite nunc tandem hoc ais. Non ergo nec conflictum illum: super quo læticia exultas: cum suspirare deberes: q̃rom ad me attinet: ciuitati euenisse reperies. Sic enim considerate: Nullo ex loco ad quẽ missus a uobis legatus fui: uictus recessi a Philippi legatis. Non ex Thessalia: non ex Ambrachia: non ex Illyriis: nõ a Thraciæ regibus: non ex Bizantio: non aliũde unquam: non tandem nuperrime ex Thebis: sed in quibus legati eius superabantur dicendo: ipse armis fretus superabat. Hoc igitur a me efflagitas. Nec te pudet cui mollitiem obiicias: ab eodem ut Philippi copias solus profligaret, requirere. & in uerbis domtaxat? Nam cuius alterius habeam potestatem (non enim animi cuiusquam) nec eorum qui in acie steterunt: nec belli gerendi: cuius a me orationem reposcis. Ad omnia quæ spectant ad oratorem perscrutare diligenter: eorum examen subire nõ recuso. Quæ ergo sunt illa? uidere res inceptas: & præsentire: & prædicere. Hæc a me facta sunt. Et insuper in omnibus rebus agendis: taeditatem pigritiam: ignotationem: contentiones: quæ communia ciuitatum: & necessaria sunt uitia: quantum potest compescere: concordiam: amicitiam: & ad illa: quæ agenda sunt: animationem inducere. hæc omnia a me facta sunt: nec reperietur quicquam a me esse prætermissum. Siquis ergo petat: quibus rebus Philippus potissimum res confecerit: omnes dicent exercitu & largitione: atq; corruptela eorum: qui rebus præerant. Ego nec copiarum dominus eram: nec dux. Itaq; nihil hoc ad me. In largitione uero & corruptione ipse Philippum superaui. Ut.n. qui pecuniam dat: uincit eum: qui accepit: sic qui nõ accipit: nec corrumpi se permittit: uictor est pollicentis. Quare uictrix est ciuitas: quo ad me. Quæ igitur a me gesta sunt: ob quæ hic iuste de me illa scribere potuit. hæc sunt & eiusmodi multa. Quæ uos omnes nouistis: ea iam dicam. Post pugnam statim: cum populus Atheniensis omnia: quæ ego fecissem, cognosceret in ipsa formidine, & grauissimis temporibus: quo in tempore non ingratos ergo me fuisse multitudinis animos: mirandum uidetur. Primum quidem circa tutelam, ac defensionem urbis meas sententias secutus est. Et quæcunq; ad custodiam facta sunt: deputatio custodum: fossæ: atque aggeres: reparatio murorum: meis decretis sunt facta. Deinde cum uirum ad rem frumentariam deputaturus esset: me ex omnibus elegit. Et post hæc: cum maleuoli mei in unum coacti: accusationes: delationes multifariam aduersum me incuxissent: nõ per se ab initio: sed per eos: per quos latere existimabant. Scitis enim ac meministis: primis illis temporibus: singulis fere diebus ad iudicium me traxisse: nec Sosidei amentiam: nec Philocratis calumniam: nec Diondæ, Melanique insaniam aduersus me intentatam reliquisse. In quibus omnibus maxime Deorum: deinde etiam uestro: ac reliquorum Atheniensium beneficio incolumis euasi. Iuste. hoc enim uerum est: & pro iuratis: & pro iuramenta ipsa agnoscentibus iudicibus. Cum ergo accusatum me absoluistis: & quintam partem sententiarum accusatoribus non dedistis: tunc iudicastis me optime rempublicam gessisse. In quibus uero ipse accusatus euasi; iusta me & suadere, & decernere ostendistis. In quibus autem positis calculis liberastis: iuste ac m

corrupte me in publicis rebus uersatū confessi estis. Quæ cum ita sint: q rebus a me gestis nomen imponere
debuit Chesiphon: nonne id quod populum uidebat imposuisse? non id quod iurati iudices? non id qđ uerita
tē apud omnes certam? Ita inquit. Verum illud Cephali: illud præclarum nunq̄ accusatū fuisse: & fortunatū
certe. Sed tñ is: qui sæpe accusatus: nunq̄ conuictus fuit: qui ob eam rem magis reprehendi pōt? Et si quantū
ad hunc attinet uiri Athenienses: instar Cephali mihi gloriari licet: nunq̄.n.ab isto accusatus sum: itaq; quantū
in te est: nihilo deterior ego ciuis q̄ Cephalus. Multifariam uero huius amentiam, & calumniam uidere licet:
maxime tū in iis: quæ fortuna disseruit. Mihi aūt quicunq; homo: homini fortunam obiectat: desipere uidet.
Nam cum is: qui optimo statu se putat: & prosperam habere fortunam: nihil exploratum habeat: an usq; ad
uesperas talis fortuna sit: qua rōne de ea loqui: aut alteri obiectare pōt? Cū itaq; iste pter alia multa: de his quo
q; superbe locutus sit: uidete: & aīaduertite q̄to uerius & humanius a me dicetur. Ego quidem fortunā huius
urbis bonā esse arbitror: & hoc uideo, & per Dodoneū: & per Apollinis Pythii oraculū nobis esse tōsum: oiū
tñ hoīum in hoc tpe duram: atq; grauem esse dico. Nam quis Græcoꝝ: aut quis Barbaroꝝ non multis pmit
calamitatibus? Quod ergo consilium cepimus, laudabile: q; melius nobiscum actū sit: q̄ cum aliis Græcis: q
si nos desertos: atq; abiectos relinquerent: se beatos fore arbitrabant: bonæ fortunæ huius urbis imputo. Q d
uero aliquid aduersi passi fuimus: nec oīa quæ optauimus: nobis euenerunt: cōis fortunæ oīum partem aliq
hunc populum suscepisse reor. Priuatam uero meam: & uniuscuiusq; uestrum fortunam in priuatis rebus con
siderandam censeo. Hæc mihi de fortuna uidentur: & iuste quidem: ut opinor: quæ uos quoq; sentire credo.
At iste priuatam fortunam meam: publica ciuitatis fortuna: ualidiorem esse dicit: paruam: atq; tenuem ma
gna: atq; potenti. Q uo hoc fieri potest? Atqui si protinus fortunam meam examinare uis Aeschines? cum tua
ipsam compara: & si tuam reperies inferiorem: mihi meam ne obiicias? Vide igitur statim ab initio ætatis: nec
me per Deum quisquā leuitatis accuset. Nam mihi quidem nec ob paupertatem quis uituperandus uī: nec ob
diuitias extollendus. Veꝝ huius maledicta: atq; calūniæ me cogunt in huiusmodi sermones deuenire: quibus
q̄tum potero: temperate utar. Mihi ergo contigit Aeschines in pueritia quidē constituto ad magistros (ut cō
gruebat) proficisci: & cuncta habere: quæ habenda sunt ei: qui nihil turpe facturus sit propter egestatem. Post
pueritiam uero consequenter apparatus ludoꝝ: præfecturas nauium pbere: nullo honesto munere: nec publi
ce: nec priuatim carere: sed & reip. & amicis utilē esse. Deinde cū ad remp. me contuli: eiusmodi partes eligere:
atq; ita me gererem ut & a ciuibus: & a cæteris sæpe sim corona donatus: nec uos inimici ausi fuistis mea facta:
ut non recta accusare. Hæc mihi fortuna fuit: & cū multa præterea dicere possim, prætermitto: ueritus ne cō
memoratio huiusmodi reꝝ aliquid inuidiæ contrahat. At tu gloriose uir: qui cæteros sic insolenter fastidis cō
para cū his fortunam tuā. Puer summa cū egestate educatus es una cū patre: ludo literato assidens: atramen
tum terens: subsellia purgans: pædagogū exornans: serui instar, nō liberalis adulescētis. Vir deinde factus: m f
initiādi codices lectitabas: & in aliis huiusmodi auxiliū pbebas: per noctē nebris & crateribus intentus: eos, q
initiabantur, lustrabas: pilis abstergens: ac dicere illos iubens effugi malum: inueni melius. Qua in re nullum
unq̄ præclarius ululasse gloriari solebas: quod ego uerū arbitror. Nō.n.existimetis ipsum ita grande proloqui:
ululasse aūt non īmensum. Die uero pulchros thyasos per uicos agebas: Maratho & Papio coronatos agnos
contrectans: & super caput extollens: clamansq; euioi: & salutans hyis attis: attis hyis: dux: princeps: ædifer
& lucernifer ab aniculis appellatus: mercedē pro iis capiens enthrypta & neslata: inquis fortunā tuā recte bea
tā dicet. Cū uero inter populares scriptus es: quoquo mōid fuerit: nā hoc ptereo. Sed cū scriptus: confestim p
claꝝ opus tibi assumpsisti: scribā esse ac ministrū magistratuū. Vt uero tandē ab hoc quoq; emersisti: oīa: de q
bus alios accusas: ipse operatus: nihil prioꝝ deturpasti posteriori uita. At Simido & Socrati histrionibus: quos
raucos appellabant: locatus: tertias ptes fabulaꝝ agebas: ficus: uuas: oliuas ex alienis fundis colligens: plura
accipiēs uulnera: q̄ cū de uita & sanguine certat. Erat.n.bellū uobis cōspectantibus infestū: a qbus cū plura
acceperis uulnera: recte eos, qui insueti sunt huiusmodi periculoꝝ, ueluti ignauos, timidosq; contemnis. Sed
relictis q̄ de paupertate dici pñt: ad crimina eodē ordine, quo tu nup, pficiscer. Tales.n.partes reip. tibi assum
psisti: cū tandē ea tibi quoq; euenit: per quas florente qdē patria: & incolumi rep. instar leporis tibi erat uiuen
dū: timide: trepide: semper expectādo plagas p iis: q cōscius tibi eras nefarie ppetrasse. Euersis aūt cæteris: ala
crē te ostidisti. Atqui qsq; mille ciuibus necatis, fiduciā assumpsit: qui ab illis, qui supsunt, dignus est pati. Mul
ta prætereo: quæ referre possum. Non.n.cunctas sordes istius: quas ostēdere ualeo: dicendas esse reor: sed eas dū
taxat: quæ sine uerecundia mea referre possum. Cōpara igitur tuam: ac meam uitam benigne: & sine acerbita
te Aeschines: deinde ab istis pete utrius fortunā mallent. Docuisti literas: ego didici. Initiasti: ego initiatus fui.
Saltasti in choreis: ego choream dedi. Fuisti scriba: ego magistratū gessi. Fuisti actor: ego spectator. Cecidisti:
ego exibilaui. Pro hostibus oīa gessisti in repu. ego pro patria gessi. Omitto alia. At nunc hodie de corona cer
to: qđ est nihil per iniuriam unq̄ fecisse. Tu uero Sycophanta nunc quidem appares. Sed utrum de certo id ti
bi facere liceat: uel oīno nō liceat, periclitaris: præclare nimiꝝ fortunæ uir: meā ut improbā accusat. Age nūc
mihi: recita uomeꝝ meoꝝ testimonioꝝ: quæ ipse subii. Affer tu nunc Aeschines carmina, quæ disperdebas.
Absum a mortuoꝝ latebris: & tenebraꝝ portis. Et scis me nuncium nolle afferre malum. Te maluz male per
dant potissimum: deinde isti oēs reprobum ciuem: ac patriæ proditorē. Recita testimonia. TESTIMONIA.
In publicis quidem huiusmodi fui uiri Athenienses: in priuatis aūt: si non oēs scitis me humanum: & indigen
tibus me liberalem fuisse, sileo: nec quicquā dicerem: aut testimonium ullum super hoc afferrem: nec si quos
ab hostibus mea pecunia redemi: nec si quibusdam dotes contuli ad filias nubendas: nec aliud quicq̄ tale: naz
ego sic putaui, ac puto beneficiorum memoriam illum per omne tempus obseruare debere: qui accipit: eum
aūt, qui contulit, statim obliuisci: si uelit hic boni uiri: ille non praui animi opus efficere. Propriorum.n.bene

ficiorum cōmemoratio parum ab improperatione. Non ergo faciā tale quicq̄: neq̄ adducar: sed qualiscunq̄ sit de his opinio: satis est. Volo autem priuatis omissis: pauca insuper de publicis referre. Sed potes Aeschinē sub Sole nominare: qui sine offensione aliqua euaseris: prius a Philippi: nunc ab Alexandri potentia: aut Graecum aut Barbarum concedam tibi meam, siue fortunam, siue infortunium appellare mauis: omnium malorum causam fuisse. Sin autem ex his: qui me nunq̄ uiderunt: nec uocem meam audiuerunt unquam: multi multa, ac grauia fuerunt perpessi: nec solum homines: uerumetiam urbes, & nationes: quanto iustius, & uerius cōmunē oium fortunam, & tempestatem quandā aduersam conuenit causam putari. Tu ergo his omissis me: qui apud hos in rep. uersatus fuerim, accusa: & si intelligis: si non totum: partem huiusce criminis ad oēs: & ad te maxime pertinere. nam si ego dux: atq̄ imperator ex meipso consilium rerum agendarum cepissem: possetis uos caeteri oratorē me iosse accusare. Si uero in concionibus semper aderatis: & respu. efflagitabat: ut communis utilitas in consultationibus quaeratur: & haec omnibus utilia uisa sunt: & tibi maxime: qui non beneuolentia aliqua erga me: mihi gloriam & honorem concessistis: quae omnia in his aderant: quae per me tunc gerebantur. Sed ueritate ipsa conuictus: cum nihil ostendere posses utilius: quanta nūc tua iniuria est in illis reprehendendis: quibus nihil melius tunc excogitare potuisti. Apud caeteros omnes uideo haec quodammodo diffinita, & ordinata esse. Deliquit quis suas sponte, uolensque: ita & poena aduersus ipsum. Errauit quis inuitus: uenia pro poena aduersus ipsum. Nec deliquit: nec errauit: sed cum utilitatem sequeretur: una cum omnibus assequi non potuit: nec rem (ut cupiebat) perficere: nec improperandum est huic: nec obiurgandum: sed condolendum. Haec manifesta sunt nec legibus duntaxat: uerumetiā natura ipsa: non scriptis legibus humanis moribus diffiniuit. Aeschines uero cunctos legibus homines crudelitate: atq̄ calumnia usq̄ adeo superauit: ut de his etiam: quae ipse ut infortunia commemorat: me accusare non uereatur. Et praeter caetera: quasi ipse simpliciter: & cum beneuolentia cuncta dixisset: cauere & obseruare monet: ne uos decipiam aut subducam: astutū magnum: & sophistam: & huiusmodi appellans. Velut siquis primus q̄ sibi cum alio sit dicens: nolit amplius perquiri: quis sit ipse: qui talia narrauit. Ego autem scio uobis omnibus istum probe esse notum: atq̄ intelligere multo magis ipsi: q̄ mihi ista conuenire. Et simul illud scio meum ingenium (si quod est) quamquam ego uideo dicendi uim: atq̄ robur maxime in his: qui audiunt consistere: nam ut uos beneuoli estis: utq̄ uerba cuiusq̄ suscipitis: ita is: qui dicit: sapere uidetur. Sed tamen si penes me facultas est aliqua: hanc inuenietis publicis uestris commodis semper intentam fuisse: contra uos autem nunquam: nec priuatim quidem: hunc uero non solū hostibus fauisse: uerūetiā siquis in aliquo unq̄ offendit: aduersus eū uim suā exercuisse. Nō. n. iuste: nec ut cōmodū est reip. ea utitur: nā neq̄ irā: nec inimicitiā: nec aliud quicq̄ eiusmodi bonus ciuis obiicere debet iudicibus: nec horum gratia uos audire: sed ab huiusmodi perturbationibus uacuum se praestare. Si uero fieri non potest: quietē ac tolerantiā habere. In quibus ergo uehementē se praestare bonū ciuē: & oratorē decet: in quibus periculū reip. uersatur: in quibus cū aduersariis reip. controuersiae est. Haec & generosi & boni sunt ciuis: nullius aūt publici criminis: nec etiam priuati: poenas a me exigere: nec reip. cā: nec sua: sed coronae ac laudis accusationem inducere: & tm̄ studiū in hoc ponere: priuatae inimicitiae: & inuidiae & pusillanimitatis signum est. Quod uero omisso contra me certamine: huic diem dixit: mirabilem habet improbitatem. Mihi quidem uidetis Aeschines ea de causa hoc certamen induxisse: ut contentionem uocis & clamoris induceres: non ut cuiusquā delicti reū postulares. Est aūt non uox: neq̄ tonus in oratore laudabilis: sed idem uelle: quod ciues sui: & eosdem diligere: atq̄ eosdem odio habere: quos patria sua. Nam qui sic animatus est: per beneuolentiam cuncta exequetur. Qui uero illis: quos patria attinet: obsequendo adheret: non idē sentit cū populo: itaq̄ nec idem ad securitatē suā expectat. Sed uides me idem uoluisse: atq̄ idē in cunctis quaesisse cū istis. Non igitur tu idem fecisti. Et qua ratione: qui confestim post pugnam legatus profectus es ad Philippum: qui auctor per id tempus fuerat cladium nostrarum: cū superiori tpe semp negasses qcq̄ tibi cū illo esse, ut oēs norūt. Quis est deceptor patriae: an nō is: q ea nō dicit: q̄ sentit? Cui pco rite maledicit: nōne huic ipsi? Quid turpius oratori pōt obiici: q̄ non eadē sentire ac pferre? At tu eiusmodi reperiris? Deinde hiscere audes: aut horum ora, uultusq̄ aspicere? An non putas istos cognoscere quis tu sis? An tm̄ somnū, obliuionemq̄ cepisse: ut non repetant uerba: quae in concionem apud populum fecisti: obsecrando atq̄ abiurando: nihil te negocii cū Philippo habere: sed me hanc aduersus te calūniā ob priuatā simultatē falso induxisse. Deinde: ut de conflictu renunciatū est: nihil omnino ueritus amicitiā: ac hospitalitatē Philippi apertissime fatebare: ad mercedē & locationē haec noia traducens. Nā ex qua iusta & honesta causa Aeschini Leucotheae Tympanistriae filio: hospes aut notus amicus: aut nutus erat Philippus. Equidē non uideo. At mercede corruptus illis obsequebare. Sed q̄q̄ sic aperte in illis q̄ acciderūt deprehēsus pditor: & contra seipsum deprecatus: mihi illa obiicit: quorum causam magis apud oēs: q̄ apud me fuisse reperietis. Multa & egregia haec ciuitas Aeschines, me auctore, suscepit, perfecitq̄: p quibus non ingratā se praestitisse hinc intelligi pōt: q cū eligeret a populo: qui eos: qui in acie ceciderant: laudaret: non te elegit q̄q̄ sonora uoce: nec Demadē: q nuper fuerat auctor pacis: neq̄ Agemona: nec aliū quēq̄ uestrū, sed me. Quo in tpe: cū tu: atq̄ Pytocleus impudenter: atq̄ acerbe contra me niteremini: & haec eadē obiiceretis: ēt magis me tunc populus elegit. Cuius rei causam non ignoras tu quidē: attamen dicā. Ambo. n. nouerant hoīes: meā. s. beneuolentiā, ac diligentiā: quā in rebus agendis prospexerant: & uestrā prauitatē. Quae. n. iurati incolumi rep. negauistis: haec in aduersis tēporibus fatebamini. Qui ergo in cōi calamitate audaciam sumebant: ea quae sentirēt profitendi: hostes quidē iam antea: sed tunc demū manifestos putauerunt. Deinde cōgruū illis uisum est: eū q defunctos laudaturus esset: nec domesticū: nec cōplicē eorum, cū quibus pugnauerant, fuisse: ne qui illic laetati festum super cōi Graecorum calamitate cum interfectoribus celebrassent: huc reuersi: honorem haberent. Nec qui ficta uoce illorum fatum: sed qui reuera, condolerent. Haec. n. cernebant in se: atq̄ in me esse: in uobis

autem nequaq̃. Ea de causa me elegerunt:non uos. Nec populus quidem ita. Defunctorum autem parentes, fratresq; a populo funeri præfecti aliter censuerunt. Sed cum epulum daturi essent:quod apud maxime necessarium defunctorum fieri consueuit:id apud me fieri uoluerunt:merito id quidem. Nam genere singuli eorum, singulis erãt propinquiores, q̃ ego. Communiter uero omnibus nemo erat propinquior. Cui enim maxime illos uincere conducebat:is maiorem dolorem pro eorum indigno casu suscipiebat. Recita Epigramma:quod publice hæc ciuitas tunc inscribi iussit:ut uideas Aeschines te in hoc ipso ingratum:atq; improbum, & scelestum esse. Dic. EPIGRAMMA. Audis Aeschines in hoc ipso Epigrammate omnia perficere:& in nullo falli Deorum est;nec in consultore:aut pugnantibus uincendi:aut perficiendi esse potestatem : sed in Diis ipsis. Quid ergo pessime mihi obiicis? quid ais? quæ in tuum, ac tuorum caput Dii conuertant. Sed cum multa aduersus me per calumniam mentitus sit:unum tamen in primis admiror: q̄ de casibus reipubli. mentionem faciens:non ut beneuolum; nec ut iustum decuit ciuem:mentem seruauit:nec lachrymas emisit:nec animo commotus est:sed uocem extollens:& fauces aperiens:dum me accusare putat:se palam fecit in grauibus reipubli. casibus nequaquam ut cæteros ciues afflictum fuisse. Atqui eum:qui se profitetur legum : ac reipubli. curam habere(ut iste nunc facit)& si nihil aliud:at certe hoc habere conuenit:ut iisdem rebus gaudeat:iisdem q; doleat:quibus & ciuitas. Nec in repu. sentire cum hostibus:quod te fecisse manifestum est:me accusans:ac propter me asserens ciuitatem in has incidisse calamitates:licet antea:q̃ ego ad rempubli. me conferrem:auxilium præstare Græciæ cœperatis. Cum si hoc mihi a uobis tribueretur:per me factum fuisse:ut aduersus dominatum: qui in Græcis instituebatur:uos opponeretis:maius mihi munus concederetis:q̃ illis unquam concessistis. Sed nec ego hoc dicerem:iniuriam enim uobis facerem:nec uos, ut puto, concederetis. Hic autem si recte facere uoluisset:gratia inimicitiæ meæ præclarissimam partem gloriæ uestræ non detraxisset. Sed quid ista reprehẽdo? cum alia longe duriora mentiri aduersus me ausus sit. Qui me partes Philippi: o Terra : & Dei : secutum esset affirmat. Quid iste iam non affirmaret? Sed per Iouem:& per Deos omnes:si contentionibus:& calumniis de medio sublatis:recte considerare uolumus:qui sunt ii:quibus merito & iste istarum rerum : quæ euenerunt:causam uniuersi ascriberent:in qualibet ciuitate huius similes : non mei reperietis; qui cum res Philippi paruæ:atque infirmæ essent:sæpe præcedentibus nobis & cohortantibus:at monentibus:gratia priuati lucri communia commoda abiecerunt:ciues suos decipiendo:atque corrumpendo:quoad seruos efficerent Thessalos, Daochus, Cyneas, Thrasylaus. Arcades, Cercida, Hieronymus, Eucampida. Argiuos, Nirtis, Telodans, Niciasseus. Ciienses, Euxitheus, Cleotimus, Anstechimus. Messanios, Nco, & Thrasylothus, filiadē scelesti filii. Sicynios, Aristratus, Epicates, Dinarchus. Megarenses, Phiodorus, Elixus, Perilaus. Thebanos, Timolaus, Theogiton, Onomcta. Euboios, Hipparchus, Clytarchus. Dies me certe deficeret, proditorum nomina referentem. Hi omnes sunt uiri Athenienses:eorundem in suis ciuitatibus consiliorum:quorum isti apud uos: homines scelesti:atque nefarii:euersores rerum publicarum:libertatis proditores:primum Philippo:nũc Alexandro subiicientes:qui uentre:ac turpissimis uoluptatibus felicitatem diffiniunt : qui libertatem, & nemini subesse:qui prioribus Græcis finis:atque norma erat bonorum, euerterunt. Huius igitur fœdissimæ:atque infamis conspirationis:immo uero o uiri Athenienses proditionis:si uera fateri uolumus:Græcorum libertatis & hæc ciuitas apud omnes expers fuit meis consiliis freta : & ego apud uos. Deinde petis ob quam uirtutem me ducam honore dignum. Ego iam tibi dico:q̄ iis:qui in rebuspublicis Græcorum uersabantur:uniuersis, a te incipiendo, corruptis ante a Philippo:nunc ab Alexandro:me neque tempus:neque humanitas uerborum: nec pollicitationum magnitudo:nec spes:nec metus:nec aliud quicquam adduxit unquam : ut ea, quæ recta forent, & utilia reipubli. arbitrabere, omitterem. Nec instar uestrum, quemadmodum statera ad eam partem unde capit inclinans, consului:sed omnia integre sine ulla animi corruptela peregi:& in maximis ætatis meæ rebus uersatus:iuste, & incorrupte me gessi. Horum gratia me honore dignor. Nam muralis ista opera:quam tu calumniari nisus es:& agger est:& ipsa quidem(ut arbitror)digna gratiæ, atq; laudis : nec aliter dici potest. Res tamen a me in republi. gestas longe antepono. Non enim lapidibus urbem:nec lateribus muniui:nec hoc magnifacio:sed si meam munitionem perscrutari uis:reperies arma:urbes:loca, portus:naues:equos:& milites pro his pugnantes. His ego præsidiis Atticam muniui:quantum humano consilio possibile fuit:hoc ego muro regionem firmaui:non Pyræi duntaxat:neq; urbis ambitum:neq; consiliis Philippi superatus sum:neq; apparatu belli:sed sociorum duces:atque copiæ fortuna superati sunt:ut clare & manifeste ostendam. Nam sic considerate. Quid oportuit bonum ciuem facere:quid eum:qui cum omni studio:diligentia:industria pro utilitate patriæ uigilaret. Nonne a mari quidem Euboiam:quasi præsidium Atticę firmare:a Mediterranea uero regione Bœotiam. Ab ea rursus parte:quę in Peloponnesum spectat:ea loca:quæ sunt confinia:non sic prouidere:ut importatio frumenti non impediretur:sed usq; ad Pyræum pertute deuehi posset:non alia monendo: decernendo:auxilia mittendo conseruare:ut Proconnesum:Chersonesum:Tenedum:alia ad societatem amicitiamq; inducere:ut Bizantium:Abidum:facta sunt decretis meis:quæ siquis sine inuidia considerare uelit: reperiet summa cum iustitia gesta:& cuiusque rei gerendæ tempus nec relictum : nec ignoratum: nec proditum a me fuisse:& quantum unius hominis uim:atque ingenium cadit:nihil omissum. Si uero aut Dei cuiusdam:aut fortunæ uis:aut ducum ignauia:aut proditorum malignitas : aut hæc simul omnia obstiterunt : & cuncta euerterunt:quænam aduersus Demosthenem reprehensio:aut iusta querela esse potest. Si qualis ego Athenis:talis in unaquaq; ciuitate sui ordinis unus uir fuisset:immo si unum Thessalia:unum Arcadia:idem mecum sentientem habuissent:nullus Græcorum nec intra Pylas:nec extra in præsentes calamitates incidisset:sed omnes liberi, & beati, & sine ulla molestia:suas quisque patrias coleret : huius tanti: ac tam ampli doni uobis Atheniensibus gratias habentes propter me. Vt autem uideatis me pro magnitudine rerum gestarum:ut

ftaҙ: ut declinẽ inuidiã parcius uerbis uti: cape ista, & lege numeҙ auxilioҙ ex meis decretis. AVXILIA.

Hæc facere Aeschines bonum ciuem oportet: quibus feliciter cõfectis primarius in ciuitate merito eẽ possit. Alter uero ꝓcedentibus: laudem tñ assequatur: q ea gessit: quæ nemo põt reprehẽdere: sed fortunã accusare: q sic res turbet humanas. Non mehercule cõmoda publica pereuntem: & se hostibus mercede adiacentẽ: tpibus inseruire: atq aduersus eum: qui ꝓ dignitate ciuitatis monendo: & scribendo insistat. Hoҙ gratia obtrectare: ac siquis in aliquo priuatim offendat: memoriter id obseruare. Nec otiũ agere indignũ: atq infensum: ut tu plerunq facis. Est.n. otium iustum: atq utile reip. quod multi uestrũ uiri Athenienses agũt: sed nequaq̃ iste huiusmodi agit quietem. At qñlibet ab rep. se disiungens, frequenter aũt id libet, obseruat: cum uos alicuius satietas habet: aut aduersi quid acciderit: multa uero sunt humana. Deinde in hoc tpe: subito rhetor ex quiete: uelut ꝓcella quædam apparet: & uoce exercitata: uerbisq ex meditatione collectis: claro & infracto spiritu orationem extollit: inutilẽ quidem: atq infructuosam: sed ad infortuniũ alicuius priuatim: & ad publicam ignominiam: atq huiusce meditationis, diligentiæq Aeschines siquidẽ iustæ: & ꝓ rep. suscipieres fructus uberrimos: atq honestos extare oportebat: societates urbium: redditus pecuniaҙ: constitutionẽ fori: positionem utilium legũ: impedimenta contra eos: qui hostes sunt iudicati. Hæc oĩa superioribus tpibus efflagitabant. Deniq preteritum tps multas ꝓbationes: & quasi testimonia uiro bono: i quibus tu nullatenus fuisse appares: nõ primus: non secundus: non tertius: non quartus: nõ quintus: nõ sextus: nõ quotuscunq. Nam q̃ ciuitatis potentia pte creuit: q̃ societas opera tua facta est: qd' auxilium gloria: quæ legatio: qd' opus: per qd' ciuitas sit honorem aliquem consecuta. Quid ex oĩbus quibus præfuisti domi: uel foris per te cõmendatum: quæ nauis: quæ tela: q̃ naualia: quæ muroҙ confectio: quæ equestres copiæ: quid deniq ex oĩbus per te utiliter factum? Quod auxilium pauperibus: aut locupletibus ad contributionem pecuniaҙ attulisti? Nullum profecto. At si nihil hoҙ: saltem studium & beneuolentiam. Vbi: qñ: qui o cunctoҙ flagitiosissime cæteris quicunq ut q̃ pulpitũ ascenderunt: ad salutem largientibus: & nouissime Aristonico coactam pecuniam in multis: nec tunc quidem accessisti: nec quicq̃ largiri uoluisti. Quod ut facias nequaq̃ inopia adduceris: qui ultra quinq talẽta ex Philonis hæreditate: duo uero talenta a principibus tribuum accepisti: ut pro ea mercede legem naualis præfecturæ euerteres. Sed ne uerbum ex uerbo trahens: ex præsenti me auferam: ista relinquam: quod tñ non ꝓp egestatem nõ dedisti, manifestum est: sed quia noluisti quicq̃ a te contrarium fieri iis in rep. negociorum facessis. Quibus igit in rebus: & qñ promptus atq insignis es. Quoties aduersus istos quid est dicendum. Tunc splendidissimæ uocis: summæ memoriæ: optimus histrio: tragicus Theocrines. Ac ẽt claroҙ uiroҙ mentionem facis: & recte quidem. Non tñ æquum est uiri Athenienses: me nunc uiuentem cum illis conferri: qui mortui sunt: quibus beneuolentia affecti estis. Quis enim ignorat aduersus omnes: qui uiuunt: esse aliquid: aut maioris: aut minoris inuidiæ: defunctos uero nec inimici quidem iam oderunt. Cum igitur ita sit natura rerum: cũ illis i qui ante me fuerunt: ego comparer: atq inspiciar: nequaq̃. Non.n. iustum aut æquum Aeschines: sed tecum, & cum quouis eorum, qui te sectantur, uiuentium. Et simul illud cõsidera: utrum præstet ob superiorum excellentia merita: quæ supra modum sunt: nec satis de eorum magnitudine dici põt: præsentis tpis merita aspernari. An omnibus: qui beneuole quid agunt: humanitatem: & honorem impartiri. Quod si hoc quoq dicendum est: mea opera & uoluntas in repu. si quidem recte inspiciatur: eiusdem propositi cuȝ illis summis uiris reperietur. Tua uero similis: & idem sentiens cum iis: qui præstantibus uiris tunc obtrectabant. Constat enim & illis temporibus fuisse aliquos detractores: qui tunc uiuentes reprehendebant: & superiores laudabant: idem quod tu nunc per inuidiam facientes. Post hæc dicis me illis nequaq̃ similem esse. Tu uero similis Aeschines: uel frater tuus: aut alius quisq̃ oratorum: æquidem nullum esse puto: sed cum his: qui uiuunt: bone uir: ne aliud dicam uiuẽtem compara: & cum iis: qui eiusdem ætatis sunt: ut poetas & choros: ut pugiles: ut cætera omnia. Philamon: non quia Glauco Caristi filio: & quibusdam aliis superioris temporis athletis infirmior erat: incoronatus ex olympia abibat: sed q omnium: qui secum congressi fuerant: optime pugnauerat: coronabatur: & uictor pronunciabatur. Et tu eodem modo ad eos: qui nunc sunt oratores: me inspice. Ad te: ad quemlibet omnium: nemini enim cedo: quorum tunc cum ciuitas suo arbitrio de rep. consultabat: & caritas patriæ certatim excitare debebat: optima dicere uidebar meis decretis: meis legibus: meis legationibus cuncta gerebantur: uestrũ autem nullus apparebat: nisi cum quid contra istos agendum erat. Postquam uero euenerunt: quæ nunquam euenire debuerunt: nec consultoribus iam opus erat: sed satellitibus: præceptis obtemperantibus: & contra patriam pro mercede se locantibus: & assentandi erat certamen: tunc tu, & istoruȝ quisq magnus, & clarus: ego autem impotens fateor: sed magis beneuolus his q̃ uos. Duo hæc uiri Athenienses habere oportet mediocrẽ ciuem: sic enim de meipso sine inuidia dicere posse uideor: ut in potestate quideȝ generosi ac principis animũ: in omni autem tempore: omniq actione beneuolentiam in repu. conseruet. Huius enim natura domina est: potentiæ uero, atq opum alia. Hanc apud me semper fuisse reperietis. Videte me nec postulatum: nec amphictionicis causis aduersus me inductis: nec minis: nec delationibus: nec ab istis impiis: tanquam a bestiis quibusdam impetitum amorem: & caritatem erga rempu. abiecisse. Ab ipso enim initio rectam uiam: iustamq delegi: honori: potentiæ: dignitati patriæ studere: illas augere: cum his esse. Non in aliorum potestate lætus, atq alacer, forum perambulo: illis me ostentans: quos puto illuc relaturos: nec patriæ commoda perhorresco: & cum nunciantur: uultum deiicio: suspirans: ut isti impii: qui patriam oppugnant: quasi non seipsos oppugnẽt: qui foras aspicientes: in quibus per calamitatem Græcorum alter floruit: ea laudant: &, ut semper conseruentur, prouidendum esse monent. Non ita o Dii omnes. Nullus uestrum hoc annuat. Sed istis potius, si fieri põt, saniorem mentem, animumq concedite: si uero insanabiles sunt: ipsos quidem per se mari: terraq dispedite: nobis autem reliquis liberationem impendentis metus, & salutem indubiam præstate. FINIS.

Senatui, Populoq; Athenienſi Salutem Aeſchines dicit.


GO me ad remp, contuli trigeſimotertio ætatis anno: non mehercule ex ſcæna, ut aiebat Demoſthenes, ſed & liberaliter ſcribere doctus: & ſtudiis bonarum artium mediocriter eruditus; atq; ita in dicendo exercitatus: ut me Athenis loqui non dedeceret. Nec ego reperiar unq̃ facultatem dicendi meam ad alicuius calumniam meditatus: neq; iudicium pro pecunia deſeruiſſe: nec acceptas contumelias uindicaſſe. Sed nec omnino contumeliam paſſus ſum: nec occaſionem præſtiti: cur contemni deberem. Nec quemquam ciuium iudicio ſubieci: præter unum Timarcum. Nec ſane apud nos glorior: ꝗ multa accepiſſe: dũ mihi liceret: acceperim. Poſtea uero Cthesiphontem multa ab eo perpeſſus: multa etiam a Demoſthene in iudiciu3 uocaui: iuſtiſſima (Dii immortales) accuſatione: ſed admirandum non eſt: ſi & ueſtrarum legum: & meorum uerborum Demoſthenis eloquentia uictrix fuit. Dixi equidem alio loco: cum forte grauioribus criminibus q̃ iſtis: propter quę nunc cecidi: a Demoſthene accuſarer: non paruam probationem apud uos eſſe debere integritatis meæ: ꝗ neq; Demoſthene accuſante fuerim condemnatus. Poſt hanc autem calamitatem & euerſionem meam: nedum uobis: ſed omnibus Græcis manifeſtum feciſſe reor. Quis enim ignorat homines ſic defunctos: & ciuitatibus eiectos: tunc maxime: quibus fuerint moribus: apparere ſolere. Nam quæ ipſorum occultabat pręſentia: remotis ipſis: perſpicua fiunt. Quiſquis enim tunc maxime eos accuſat: cum dicere contra non poſſunt. Qui uero ob eas cauſas a ciuitatibus exulant: ꝗ cum hoſtibus ſenſiſſe dicantur ii: & quos mores: & quas mentes erga rẽpublicam habuerint penitus manifeſtat. Nam & quemadmodum aduerſam erũmnam ferant: & quemadmodum erga patriam animati ſint: clare conſpicitur. An eſto ipſe: qui & proditor patriæ fuiſſe: & tanta miſericordia in legione commiſiſſe: ut uidelicet Macedonibus placerem confeſtim: ut in exilio miſſus ſum: ad Alexandrum me contuli: gratiam eorum, quæ patratus fueram', & mercedem exilii accepturus. Nec ſane me latent Bœotiæ diuerſoria: & agrum iugorum uiginti: & aureas phialas Demadem habere. Egemenonem uero, & Calimedontem: alterum in pelle alteri uberia: & ampliſſimis donis: & clararum mulieru3 nuptiis honeſtatos. Atqui neq; ad Thebanos: neq; ad Theſſalos confugi: neq; ad alios quoſpiam: apud quos mihi neceſſe foret aut patriam meam uituperare: & uituperantibus aures præbere: ſed Rhodum ueni: ciuitatem nec uobis ſane infeſtam: nec alioquin odioſam. Turpiter enim patriæ incumbere delirantium in calamitate mihi uidetur: potius quam amantium ciuitatem. Nam qui ex animo ciuitatem ſuam amat: longius abire oportet: nequid præ oculis, quod mentem perturbet, habeat. Equidem nec in Rhodo conſtiti: ſed in Arida caſtellum quoddam eligẽs a minori. Ibi mercatus prædium ſum talentis duobus: quanta uidelicet expendere decebat: Philippi primo: deinde Alexandri mercennarium: qui & Phocidem: & Græcorum libertatem Macedonibus prodiderit. In eo nũc perſiſto: cum ſeptem miniſtris: & duobus familiaribus: & cum matre: quæ ad tertium & ſeptuageſimum prouecta annum: mecum nauigauit: particeps calamitatis mihi per uos inflictæ: & cum uxore: quæ comes exilii eſſe uoluit: licet pater uetaret: & leges fortaſſe manere eam iuberent. Mores ciuitatis magis: q̃ leges ſciebat: & cum tribus filiis: ne cum quidem ſatis fortunam ſuam: nec qualem ſibi Deus dederit patriam: intelligentibus. Et alii quidem, ut uidetur, filios eorum: ſiue in Bœotia: ſiue in Aetolia natos: Athenas mittunt eruditionis cauſa: quibus uero a natura hoc datum eſt: nec plebeio patre: nec ob turpem cauſam pulſo, natis: ii exulant infantes: & aluntur egeni: in ſolitudine, & exilio paterno. Et de Lycurgi quidem filiis Demoſthenes recte faciens uobis ſcribit: & ut paterna multa eis remittatur, ſuadet. Vos autem ſecuti ciuitatis more3, & miſericordia freti: nihil aliud q̃ Athenienſium opus feciſtis. Nam uobis mos eſt faciliter quidem iraſci: ac rurſus miſereri. Ego autem pro meis filiis non perſuadere rogandu: ne mihi tantum in orbitate nutriantur: ſed orbati ſimul & exules: cum nec mali quicquam fecerint in pueritia conſtituti: nec ullo modo damnati: ſed cuncta: quæ damnari ſolent, perpeſſi. Poſtea defuncti memineritis mei: & preces admittatis. Sed agetis uiri Athenienſes: ac flectimini pro conſuetudine ueſtra. Non enim puto mores ueſtros deſeretis: nec diſſoluetis ciuitatis gloria3: quæ bonitate & humanitate præ cunctis excelluit. Nec plus uirium habebit Malanopus ab humanitate, & probitate uos abſterendo: q̃ ad eam prouocando modo Aeſchines. Non per Deos immortales: non enim idoneus: nec fortunatus ego ſuadere patriæ meæ præſertim hoc tempore: & cum rem meam agere uidear: ſed ciuitatis conſuetudo: & ueſtrum ſolitum nomen: & maiorum exemplum: cui neceſſarium eſt magis: q̃ Malanopo contra uos roganti annuere.

Finis.

℄ Venetiis: In Aedibus Guilielmi de Funtaneto Montisferrati. MDXX. Die. XV. Setembris. Inclytu Leonardu Lauretano Principe.


REGISTRVM.

AA A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y

Omnes quaterni: præter AA duernus. P, & Q quinterni.

Quinterni. 18. Car. 2.





£ - 10

